




(Gail)
~~अ G~~
KAC

GEOGRAPHI GRÆCI

MINORES.

VOLUMEN SECUNDUM.

OPUS VENIT

Apud

AUCTOREM, in via *Neuve des Petits-Champs*, n.° 12		Lutetiæ.
BOSSANGE fratrem		
TREUTTEL et WÜRTZ		
DUFART		
ADOLPHE BOSSANGE		Lipsiæ.
TREUTTEL et WÜRTZ		
BOSSANGE patrem		Londini.
WILHELM GRÄFF		Petropoli.

[redacted]

GEOGRAPHI GRÆCI
MINORES.

HUDSONIANÆ EDITIONIS ADNOTATIONES INTEGRAS
CUM DODWELLI DISSERTATIONIBUS
EDIDIT,
SUASQUE ET VARIORUM ADJECIT;
TEXTUM DENUO RECENSUIT, ET VARIAS LECTIONES SUBJECIT;
VERSIONEM LATINAM RECOGNOVIT;
COPIOSISSIMIS DENIQUE INDICIBUS,
AC TABULIS IN ÆRE INCISIS,
INSTRUXIT

JOANNES FRANCISCUS GAIL.

VOLUMEN SECUNDUM,

CONTINENS

DICÆARCHI GEOGRAPHICA QUÆ SUPERSUNT,
SCYMNI CHII ORBIS DESCRIPTIONEM, CUM FRAGMENTIS,
ET ANONYMI STADIASMUM MARIS MAGNI.



PARISIIS.
REGE CHRISTIANISSIMO ANNUENTE,
TYPIS REGIIS EXCUSUM.

M. DCCC. XXVIII.

P. F. J. GOSSELLINO

VIRO . CLARISSIMO

ET . POST . DANVILLIVM . PRINCIPI

APVD . NOS . GEOGRAPHIÆ . VETERIS

INDAGATORI

ET . INSTAVRATORI

REGIÆ . BIBLIOTHECÆ . PARISIENSIS . NVMISMATVM

CVSTODI . ETC

HOC . VOLVMEN . VENERATIONIS . PIGNVS

DISCIPVLVS . DEVOTISSIMVS

J. Fr. GAIL

D.D.D.

P. F. J. GOSSELLINO

VIRO . CLARISSIMO

ET . POST . DANVILLIVM . PRINCIPI

AEVI . NOS . GEOGRAPHIAE . VETERIS

INDAGATORI

ET . INSTAVRATORI

REGIAE . BIBLIOTHECAE . PARISIENSIS . NVMISMATVM

CVSTODI . ETC

HOC . VOLVMEN . VENERATIONIS . PIGNVS

DISCIPVLVS . DEVOTISSIMVS

J. Fr. GAIL

D. D. D.

LECTORI BENEVOLO

EDITOR.

PRÆFATUS habeo de quibus præmonendus sis, lector erudite; satis enim declarabit pars quæque hujus voluminis, quibus adjumentis fretus, et quam laboris rationem secutus, hæc nova tibi paraverim.

Hudsonianam editionem integram tibi referre usque persevero; de Dicæarcho Maierus Marxius, vir egregius, haud mediocrem supellectilem suppeditavit, et volumine jam ad umbilicum perducto, forte fortuna incidi in librum, qui me usque eo latuerat titulo illo, *i Frammenti di Dicearco da Messina . . . , dall' avvocato D. Celidonio Errante*, Palermo, 1822 (2 vol. 8.°). Hoc opus nuper ex Sicilia Lutetiam apportavit vir doct. *Raoul-Rochette*, auctoris donum Academiæ Parisiensi (*Classe des inscriptions et belles-lettres*) offerendum. Inde dissertatiunculas tres sumsi, quas inter præfationes vel epistolas variorum de Dicæarcho,

huicce volumini præfixas, inclusi. Emendationes nonnullas, et quas præcipuas reperire mihi visus sum, in *Addendis* collocavi, p. 585-587. Virorum doctorum adnotationi meam subjunxi.

In Scymnum Chium nullas ullius adnotatoris animadversiones habui, vel criticas, vel exegeticas, quibus auctor ille explanaretur, nisi quæ Bastius optima et luculentissima scripserit de Scymni Fragmentis, quæ Holstenius ex duplici Anonymi fragmento de Ponto Euxino aperte retractaverat, immo et confinxerat. Ingeniosæ et eruditæ epistolæ illius fragmentum iterum habes p. 308-314. Adnotationem autem Bastii integram de Anonymo utroque cum Anonymis ipsis publici juris mox iterum faciam.

Ad edendum tertium libellum, cui titulus est *Stadiasmus Maris Magni*, omnis defuit editoris ullius labor; nam textum fere tantummodo exscripsit Iriarte in *Noth. mss. Matrit.* In Dissertatione nostra, pag. 414 sqq., satis te, lector erudite, de iis monui, quæ Mannerto et Leakio accepta grato animo referam. Hunc Periplum, satis recentem, quod ad formam adtinet, sed antiquitatis vestigia exhibentem, et vere antiquum, jam nunc in secundo volumine hocce tradendum existimavi; ea

EPISTOLÆ

ET PRÆFATIONES

PRIORIBUS EDITIONIBUS PRÆFIXÆ.

Lucæ HOLSTENII præfatio ad Dicæarchum (ex Manzii ed.).

Elegantissima hæc Dicæarchi fragmenta Henricus Stephanus princeps in lucem edidit sua lucubratione diligenter illustrata, quo nomine optime de re literaria meritus est. Auctiora deinde dedit ea, magnamque apud doctos omnis antiquæ eruditionis, atque elegantiæ amantes, gratiam inivit, David Hoeschelius, vir ad bonos auctores ab interitu vindicandos natus, ex Palatinis, Herwarti, et Casauboni mss. codicibus, qui tamen omnes ex uno, eodemque fonte promanasse mihi videntur, quale nimirum codice, unde Budæus quoque descripserat. Ita eadem in omnibus lacunæ: neque desperatis, atque depositis aliquod locis quidquam remedii inde adhiberi potuit. De iis vero quid sentiam, si quis exquirat, paucis plane proferam. Henricus Stephanus, aliique docti viri, operis de vita Græciæ partem esse censent. Conradus Rittershusius epitomen quamdam Dicæarchi, non Dicæarchum ipsum, quia, inquit, libellus hic unicus est, et continuus; cum Dicæarchum tres libros scripsisse de vita Græciæ constet. Mihi neutrum verisimile videtur. Nam ea, quæ a Porphyrio, Athenæo, Zenobio, Stephano, Apollonii scholiaste, aliisque antiquis auctoribus, ex opere de vita Græciæ fragmenta nobis conservata sunt, satis superque testantur, Dicæarchum eo in opere non

jam nimio copia erat: sed hæc et similia in ultimum totius operis volumen reponam, si laboris metam attingere fato conceditur.

Clausulam præfandi faciam, novas agendo gratias viro summo Car. Ben. Hase, Instit. Francic. socio, itemque viro amicissimo et doctissimo Longuevillio, qui benigne sua mecum communicaverunt. Vale, lector erudite, et studiis meis fave.

Scribebam Lutet. Paris. april. mens. 1828.

J. F. GAIL.

EPISTOLÆ
ET PRÆFATIONES
PRIORIBUS EDITIONIBUS PRÆFIXÆ.

Lucæ Holstenii præfatio ad Dicæarchum (ex Manzii ed.):

ELEGANTISSIMA hæc Dicæarchi fragmenta Henricus Stephanus princeps in lucem edidit sua lucubratione diligenter illustrata; quo nomine optime de re literaria meritus est. Auctiora deinde dedit ea, magnamque apud doctos omnis antiquæ eruditionis, atque elegantiæ amantes, gratiam iniit, David Hoeschelius, vir ad bonos auctores ab interitu vindicandos natus, ex Palatinis, Herwarti, et Casauboni mss. codicibus; qui tamen omnes ex uno, eodemque fonte promanasse mihi videntur, Italico nimirum codice, unde Budæus quoque descripserat. Ita eædem in omnibus lacunæ: neque desperatis, atque depositis aliquod locis quidquam remedii inde adhiberi potuit. De iis vero quid sentiam, si quis exquirat, paucis plane proferam. Henricus Stephanus, aliique docti viri, operis de vita Græciæ partem esse censent. Conradus Rittershusius epitomen quamdam Dicæarchi, non Dicæarchum ipsum, quia, inquit, libellus hic unicus est, et continuus; quum Dicæarchum tres libros scripsisse de vita Græciæ constet. Mihi neutrum verisimile videtur. Nam ea, quæ a Porphyrio, Athenæo, Zenobio, Stephano, Apollonii scholiaste, aliisque antiquis auctoribus, ex opere de vita Græciæ fragmenta nobis conservata sunt, satis superque testantur, Dicæarchum eo in opere non

geographicam Græciæ descriptionem edidisse, verum de victu atque cultu Græcorum, hoc est, de primis ejus gentis conditoribus, de antiqua vivendi ratione, de moribus, institutis, legibus, ritibusque, qua publicis, qua privatis, accurate exposuisse : cum quibus hæc fragmenta nihil commune habere, cuilibet patebit, qui accuratius ea perlegerit. Et quidem hæc, quæ extant, duo diversissima sunt opuscula, non uti Rittershusius existimavit, unicum et continuum : quamvis in Augustana editione ita transposita confusaque sint, ut facile quis unum esse idemque sibi persuadeat. Ea enim, quæ de Creta, de Cycladibus, atque Sporadibus insulis, in fine ejus editionis habentur, prioribus illis senariis, quibus Græciæ descriptio ad Theophrastum continentur, continuo subjungi debebant. Quod quum ex versibus ipsis, et eorum similitudine perspicuum sit, tum vero maxime ex hisce Dicæarchi verbis patet, [illegible], quibus se non continentem solum modo Græciam, sed Peloponnesum quoque, cæterasque Græciæ insulas, descripturum pollicetur. Et Peloponnesi quidem descriptio interiit : insulas autem circa Græciam præcipuas iis, quos dixi, versibus complexus est ; quarum et urbes, et portus, et trajectus, ut in principio promittit, commemorat. Accedit et hoc, quod versus illi in fine ita conrupti sint, ut orationem numeris adstrictam haud facile quis agnoscat ; quod doctis quoque viris imposuit, opusculum hocce partim versibus, partim soluta oratione conscriptum existimarent. Alterum vero illud fragmentum, quo Græciæ urbes aliquot, et incolarum mores non describuntur solum, sed efficaci stilo ita depinguntur, ut oculis spectanda subjici videantur, et ipse principio mihi persuaseram operis de vita Græciæ [illegible] esse : et si quis arcte id tenere, ac modicam

defendere velit, ne nunc quidem usque adeo repugno. Id solum manifestum, atque perspicuum est; istud ipsum omnino a præcedente differre, non solum orationis genere, et scribendi modo; sed quod pleræque omnes illæ urbes, quæ in altero strictim recensentur, in hoc quoque fusius describantur. At peculiare hoc quoque opusculum esse, quamvis ἀκέφαλον, et mutilum, neque ad celebre illud de vita Græciæ opus quidquam pertinere, quum et inde probari posse videatur, quod nihil tale ab antiquis ex illo opere citatum videamus, tum ex iis auctoris nostri verbis manifestissimum est, quibus opusculum hoc concludit: Τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαβών. Quæ verba, licet mutila sint, id tamen indicant, a Peloponneso auctorem hanc Græciæ descriptionem orsum ad Magnesios usque perduxisse. Quod ipsum clarius ex fine opusculi liquet, ubi eadem deinceps, sed plenius emendatiusque leguntur: « Τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν στομίου, καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου τὴν διήγησιν πεποιημένοι, καταπαύομεν τὸν λόγον. » Nam, uti Aristotelis πολιτειῶν atque νομίμων βαρβάρων libros, quibus, teste Cicerone, lib. V de Finibus, *omnium fere civitatum non Græciæ solum, sed etiam barbariæ mores, instituta, disciplinæ* comprehendebantur, et Theophrasti libros... πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς fuisse facile concedo, ita Catonis Origines, et M. Varronis Antiquitatum, sive rerum humanarum libros, item quatuor illos, quos de vita populi romani conscripserat, nostrum procul dubio auctorem æmulatus, geminum omnino cum illo Dicæarchi opere argumentum habuisse, ex fragmentis, quæ veluti tabulæ quædam ex tanto naufragio supersunt, perspicuum atque manifestum est.

Lucæ HOLSTENII epistolæ Peirescio fragmentum (1).

DICÆARCHI Descriptio Græciæ. Hoc opusculum vulgo existimant particulam esse integri operis Περὶ βίου Ἑλλάδος, quod tribus libris constabat; quæ mihi sententia omnino improbatur, nec minus illa Rittershusii ad Malchum seu Porphyrium (2), qui epitomen hanc totius operis nobis superesse existimat. Nam dum fragmenta omnia, quæ ex illo opere ab aliis citantur, accuratius perpendo, perspicio clarissime fuisse idem institutum Dicæarchi, quod Varronis libris de Vita victuque Populi Romani, quos libros doctissimus Romanorum ad Dicæarchi imitationem scripsit. Nosti enim quanto in pretio fuerit eo sæculo, vel Ciceronis indicio in epistolis ad Atticum non uno loco. Argumenta librorum Varronis conservata nobis fuere in fragmento quodam apud Nonium, voce *Victuis* pro *Victus* (3). Scripsisse Dicæarchum alia multa in re geographica cum ex aliis multis, tum ex iisdem Ciceronis epistolis liquet; in quibus et hæc duo opuscula numero. Duo enim diversa sunt, licet male divulsa et confusa invicem edantur. Primum illud ad Theophrastum iambis senariis, integrum ferme est: sola enim Peloponnesi descriptio desideratur, post illa pag. 167 editionis Hœschel., καὶ Λέχαιον λεγομένη πόλις. Deinde subjungenda fuisset continuo descriptio insularum, primum Cretæ, tum Cycladum, postea Sporadum, quæ tandem p. 180 ejusdem editionis leguntur. Nam et illa quæ in fine de Sporadibus habentur, iambi sunt senarii, licet editoribus id non fuerit observatum (4). Alterum illud

(1) Ex Luc. Holstenii Epistol. ad diversos, ed. Boissonade, Paris. 1817, 8.°, pag. 61 - 63. — (2) Nempe ad Vit. Pythag. §. 18. — (3) Pag. 236, Varron. Bipont. — (4) In Hudsoniana locus in senarios redactus legitur. *Boiss.*

fragmentum ἀκέφαλον καὶ μείουρον est: nam eo præcipuas civitates omnes Græciæ descripserat vel depinxerat verius. Nullum hactenus manuscriptum exemplar vidi, præter Palatinum, nisi quod in Christianissimi Regis bibliotheca elegantissimum adhuc fragmentum reperi, quo Pelion montem Thessaliæ, et in eo Chironium antrum, et herbas quasdam proprias earumque virtutes mira elegantia describit; cujus ultima verba hæc sunt: τὸ μὲν οὖν Πήλιον καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι. Sed Demetriadis descriptio nusquam comparet. Bona interim me spes tenet erutum iri aliquid amplius, modo instructissimas bibliothecas excutere liberius liceat.

Gulielmi MANZII, Bibliothecæ Barberinæ Præfecti,
Monitum ad Lectorem.

LUCAS HOLSTENIUS, vir spectatissimus atque eruditissimus, multis historiarum ac geographiæ libris evolutis seduloque excussis, in omnes fere geographiæ veteris auctores lucubrationes omni studio ac diligentia conscripsit, ad veritatem lectionis revocans varia, librariorum inscitiam castigans, ipsorumque auctorum discrepantias conciliàns, et tam apposite constituens omnia, ut, qui eatenus de hac re scripserant, omnes facile superarit. Typis imprimendas observationes suas egregius vir jam paraverat, cum morte præreptus, consilium ad exitum perducere non potuit, ac bibliothecæ amplissimi cardinalis Francisci Barberini, summi ejus patroni, cum cæteris ipsius scriptis, librum hunc imperfectum ac mancum reliquit. Superioribus vero annis, cum primum inita a nobis fuit bibliothecæ Barberinæ præfectura, temporis plurimum exegimus in perquirendis diligenterque examinandis

iis auctorum operibus, quæ nostra vel maxime intererant, potissimum quod ad codices mss. attinet, tam latinos quam græcos, quibus inter ceteras Romæ in urbe celebriores locupletissima est Barberinorum bibliotheca. Cum varios itaque codices pertractarem, evenit forte, ut in Holstenii de rebus geographicis αὐτόγραφον inciderem, et ex illo quidem tempore edendas eas observationes cogitare cœperim; sed variis multisque distentus negotiis, μέγα tunc χαίρειν Holstenianis lucubrationibus dixi quidem, necessitate cum urgerer illa adimplendi quæ a me erant jamdiu exorsa. Nunc illis quæ nos implicarant expediti negotiis, pro nostra non levi benemerendi de litteris voluntate, magno profecto labore, ac quanta a nobis adhiberi potuit diligentia, has ex Holstenii schedis observationes excepimus descripsimusque; nihil de nostro afferentes, ne vel in minimum Holstenii minueretur laus, qui animum litterarum gerens amore inflammatum, non solum in geographicarum rerum auctoribus restituendis eruditione est usus sua, sed ut ipse in epistola, quæ in bibliotheca est, testatur, præter longos et continuos integris quinque annis in iis recognoscendis auctoribus exantlatos labores, opella est quoque adjutus amicorum, quos in Belgio, in Gallia habebat, et in Britannia, cujusmodi hi erant, quos nominat, Gerhardus scilicet Falkenbergius, Isaacus Casaubonus, Gulielmus Xylander, Petrus Pithæus, Claudius Salmasius, ac ejusmodi complures viri eruditione et ingenio celebratissimi. Non parvi itaque muneris ducendum erit hoc opus, quod omnes, quæ remanent nobilissimi viri de geographia veteri non editæ, lucubrationes includit, atque græci sermonis studiosos maximam deberi gratiam nobis existimo, quod in tempore quo apud nos ista studia deferbuisse videantur, alacri animo eas imprimere ære

nostro simus aggressi. Confido igitur viros doctos neutiquam hanc nostram editionem improbaturos; ac perhumaniter nostrum de litteris benemerendi animum excipientes, vigilias curasque nostras in Holstenianis lucubrationibus edendis celebraturos. Quod si fecerint, ac æqui judices se præbeant, alia fortasse majora aggrediar, et alios a me jam initos ac transcriptos auctores græcos, qui typis adhuc desiderantur, et quos apud me habeo ex antiquissimis codicibus erutos, prodam in lucem. Et uti ne videar hic vana jactare, ad calcem libri opus geographicum Nicephori Blemmidæ pene dixeram non editum imprimi curavi. Dum enim hic editur, idem opus apud Germanos anno superiore vulgatum fuisse comperimus (1), neque tamen abstinendum ab incœpto judicavimus, cum ad nos raro ex Germania illa eruditiore ac penitiore librorum ulla afferatur copia, ita ut desiderium potius incendere velle quam explere nostrum videantur ii, qui afferuntur exinde libelli indices videlicet editorum librorum. Blemmidæ itaque codex is, ex quo hoc opusculum transcripsi, est hujus bibliothecæ, ac manu græca scriptus ante annos circiter CCCC, cui tituli et summaria capita minio præfinguntur, ut et collationes alterius codicis interseruntur etiam lineis, partim variæ lectiones, partim emendationes minio scriptæ vitandæ confusionis causa, quæ et marginem passim occupant. Totus vero codex adeo accurate, eleganter, emendate et distincte scriptus est, ut eruditionem et judicium exquisitum scribentis abunde patefaciat. Quod præterea a nobis præstitum sit in alia quæ in hoc habentur volumine, primum vos monitos cupio Dicæarchi libellum

(1) Cum titulo hocce : *Nicephori Blemmidæ duo Opuscula geographica e cod. ms. Parisiensi nunc primum edidit. . . . Frid. Aug. Guil.* SPOHN ; Lips. 1818, in-4.° G.

ad Holstenii exemplar edidisse, mendibus purgatum, quibus erat in Augustæ et Oxonii editionibus inquinatum, fragmento de Monte Pelio excepto, quod ex Geographicis Oxonianis hic damus transcriptum. Hoc Holstenianis caret observationibus, et adjunximus cupientes quod omne quod nobis remanet elegantissimi auctoris hoc volumine legeretur. Περίπλους Hannonis qui sequitur, item expressus est ad exemplar Holstenii, atque ultra illius adnotata nolentes plura disserere de hoc itinere, Gerardi Vossii hominis excussi ingenii judicium præfecimus. Maximam deinde voluptatem omnibus veterum auctorum, ac linguæ græcæ studiosis afferre existimantes, omnes Holstenii manu exaratas observationes in alios geographiæ auctores simul collectas adjunximus. Non vacavit præterea has notas conferre cum recentioribus editionibus, ac lectores monitos volumus, quod auctorum allegationes ad editiones Frobenii, Stephani, Casauboni præsertim referuntur. Denique ut hæc editio caracteribus nitida ac marginibus plane latis existeret, nihil prætermisimus, ut a viris notæ atque lectiones, quæ magis forte placuissent, ad libri oram possint adponi eruditis. Interpretationes latinas reliquimus, Aldi, Stephani, Frobenii exemplum ac doctorum aliorum virorum sequuti, nihil nos eorum commoda facientes qui græce nesciant. Errato sit venia, si aliquantulum delapsi sumus, et pro communi in bonas artes ac literas amore corrigant boni viri, acceptas reprehensiones illorum habebimus, omnibus ostendentes quod desiderium nostrum sane fuerit impletum, si temporibus nostris futurum sit, ut hæc studia, quæ amamus et amplectimur cum bonis omnibus, ad dignitatem et celebritatem pristinam revocentur.

D. CELIDONIO ERRANTE,

Dell' opera titolata *Ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος, πρὸς Θεόφραστον*, *Descrizione della Grecia, a Teofrasto* (1).

PREZIOSO ed elegantissimo è il frammento della Descrizione della Grecia, il quale raffrontato con la carta, che abbiam in Tolommeo, o con quella di Giov. Hudson in Tucidide, quasi facciam viaggio per la Grecia, leggendo. Studia l' autore di porre sotto gli occhi *ἐμμέτρως ἐν βραχεῖ χρόνῳ*, *brievemente in carmi*, tutta la Grecia, segue il viaggiatore di passo in passo, e gli annunzia accuratamente le distanze de' luoghi, e le cose più pregevoli, che incontra, o lascia. Sembra che l' oggetto di quest' opera sia stato di dare un compendio da tenersi a memoria di ciò, che si era da lui scritto nell' opera grande *βίος Ἑλλάδος*, e dell' altra *καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν*, e di farne graziosa profferta a Teofrasto. A ciò pare, che alludano i versi 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19.

Enrico Dodwello però dice, questa opera essere stata diretta ad illustrare certe tavole geografiche, che l' autore avea date a Teofrasto: dappoichè Agatemero (l. 1, c. 1) narra, che Dicearco coltivò lo studio delle carte; Cicerone (ad Attic. l. VI, ep. 2) ricorda le tavole di Dicearco; Teofrasto, secondo Diogene Laerzio (V, 51), ordinò che le tavole si ponessero nell' inferiore Portico.

Con licenza dell' illustre Dodwello, troppo debole è il passo di Agatamero, per provare che il nostro filosofo avesse figurate tavole generali di tutta la terra:

(1) Fragmentum dissertationis præfixæ primo volumini operis, cui titulus est: *i Frammenti di Dicearco da Messina, raccolti ed illustrati dall' avvocato D. Celidonio Errante, de' Baroni di Vanella e Calasia*; Palermo, 1822 (2 vol. 8.º), pag. 37-44.

nè pur dice, aver Dicearco coltivato lo studio delle tavole, e solo riferisce due opinioni di lui, di che appresso si avrà ragione. Cicerone non altra memoria ci fa, che di tavole del Peloponneso. Dicearco, il quale avea ricevuto ordine di misurare i monti del Peloponneso, fu poi autore della Corografia Peloponnesiaca. Posto sull' alta vetta de' monti, la prima cosa che gli venne probabilmente in pensiero, fu di delineare la regione che sotto gli occhi avea. Diogene Laerzio finalmente non parla di tavole della Grecia, nè di Dicearco. « *Teofrasto* lega tutti i mobili di casa » a Melante e a Pancreonte;....*ordina* che il ritratto » di Aristotele si locasse nel tempio..... e che le » tavole, ove eran i circuiti della terra, si conser- » vassero nell' inferiore Portico. » Donde si argomenta, che queste tavole fossero di Dicearco? e com' egli compose la descrizione della Grecia, per illustrare tavole che riguardavano tutta la terra?

Risponde Enrico Dodwello: Gli antichi, principalmente nelle carte universali, avean della Grecia ragione; stimavano l' Ellade esser nel mezzo della terra, e Delfo l' umbilico. Per lo che dalla Grecia cominciavano, e poi alle altre regioni progredivano. Non essendo ritrovate le linee, e i gradi di longitudine e di latitudine, bisognava cominciare da principj notissimi. Che sia stata la descrizione di Grecia diversa dallo Stato di Grecia, appare che vestigj de' costumi de' Greci sono in questa, et non in quella.

Ma abbia pace il valentuomo: a' tempi di Dicearco, secolo delle conquiste del grande Alessandro, non erano sì ignoranti i Greci per credere che l' Ellade fosse nel mezzo, e Delfo l' umbilico. Agatemero medesimo dice, che quest' antiqua opinione fu riprovata da Democrito e da Dicearco. Dunque non è verisi-

mile che Dicearco, questa falsa teoria riprovando, di fatto poi la seguisse. Io non ritrovo le tavole di tutta la terra di Dicearco da alcun ricordate, nè sospetto, nè argomento, che mi vi conduca. Se Dicearco molto faticò sulla geografia, l' opera dello Stato di Grecia, e la dimisura de' monti pubblicando, pensò di farne un memoriale in versi iambi, et darlo al suo condiscepolo Teofrasto. Ciò dice egli stesso (vss. 4, 5, 17-19):

Νυνὶ πεπόρηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα,
Ὑποτεθομένας ταύτῃ δὲ τὰς ἑξῆς πόλεις...
Ἵνα μηδέν σε τὸ σύνολον διαλανθάνῃ,
Φανερῶς ἑκάστων, ὁμολόγως κειμένων,
Ὅσ᾽ ἀναλαβόντα, καὶ διὰ μνήμης ἔχειν.

Che argomenti adunque andar figurando, che questa descrizione fosse fatta per illustrare tavole, che non abbiamo da alcun ricordate! Non poteva Dicearco parlar di costumi nella descrizione, perchè era un compendio di quello ch' egli avea diffusamente scritto nello Stato di Grecia, e nella dimisura de' monti, e, se pur si vuole, nella Corografia del Peloponneso.

Replica Enrico Dodwello, che il titolo di ἀναγραφαί era dagli antichi applicato a tutte le scritture, le quali al pubblico si esponevano; perchè era costume presso gli antichi, che i monumenti si esponessero al pubblico, affinchè sicuri andassero dalla temerità de' falsarj. Rottamente erano ἀναγραφαί le tavole di Dicearco, che opina Dodwello esser quelle legate da Teofrasto, perchè doveano stare nel Portico; quei versi chiamarsi ἀναγραφαί, perchè tavole espote al pubblico illustravano. Ma se le tavole legate da Teofrasto oggetto avean universale (πίνακας, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοι εἰσίν (Diog. L. l. c.), i versi pure dovean avere il medesimo oggetto. Come dunque si parla della sola Grecia! Risponde Dod-

wello, che un uomo dotto abbia scelto quello che alla Grecia riguardava, e il resto lasciato. Di fatto, in quest' opera non si parla della sola Grecia, ma di molte isole, che non erano nell' Ellade.

Dimanderei io a Dodwello se egli ha conta tutta l' opera dello Stato di Grecia per dire, che solamente dell' Ellade parlava! All' opposito son di avviso, che l' opera βίος Ἑλλάδος non si limitava ne' soli cancelli dell' Ellade propriamente detta, ma di tutta l' Ellade presa nel significato più generale (vs. 5):

Ὑποταττομένας ταύτῃ δὲ τὰς ἑξῆς πόλεις.

Che abbia avuto un oggetto generale lo Stato di Grecia, è chiaro dai frammenti che io ho raccolti: Filippo Macedone non menava nelle guerre le donne; Sesoncosi (o Sesostri) ebbe cura che nessuno lasciasse l' arte paterna. Quello poi, che dice Dicearco presso Varrone, Porfirio, e S. Girolamo, ove dell' origine de' Greci, anzi dell' uomo, e dello stabilimento delle società civili si parla, ci dà dell' opera un' idea generale assai.

È vero adunque, che si parla nella descrizione di Creta, di Citera, delle Cicladi, e di altre isole; ma queste erano dai Greci abitate, e colonie greche si chiamavano. Se noi avessimo intera l' opera dello Stato di Grecia, conosceremmo quanto bene dicono e Porfirio, e Varrone, e S. Girolamo, essere i libri dell' antichità di tutta la Grecia.

Alberto Fabrizio (*Bibl. gr.* l. 3, c. 2, §§. 6, 7) aggiugne, che queste tavole vengon censurate da Polibio presso Strabone. Noi abbiam raccolto questo frammento: il passo è lunghissimo, e ci porterebbe a disamine fuor proposito, molto più, che dobbiamo di nuovo parlarne. Io non vi trovo parola di tavole universali, e

altro argomento non sene può dedurre, o che Dicearco nell' opera grande — βίος Ἑλλάδος — si sia divagato sopra l' Europa occidentale, o che ciò abbia fatto nell' altra — καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν —. Inclino a quest' ultima opinione, poichè le dimisure, delle quali si parla, sono dal Peloponneso alle colonne. E di fatto a quest' opera ho locato il frammento.

Un' altra ragione ascolteremo di Dodwello, e poi compenseremo l' altrui e nostra noja, non più parlandone.

Ne' versi Dicearco (vs. 85.) numera tra i confini della Beozia Oropo; nella prosa (p. 123, G), la pone nelle città beotiche. Scrisse dunque Dicearco i versi prima, e poi la prosa.

Oropo, ne' tempi di Dario Istaspide, era sotto gli Ateniesi. Nella battaglia di Maratona, ol. LXXII, 3, era pure sotto gli Ateniesi, come nel principio della guerra del Peloponneso, ol. LXXXVII, 2; ol. LXXXIII, 3, LXXXIX, 1. Tuttavia, ol. XCII, 1, fu per insidie occupata da' Beozj, i quali poi la perderono. Di nuovo i Beozj, ol. XCIV, 3, l' occuparono, e le diedero la libertà di vivere secondo le sue leggi. Gli Ateniesi la ripresero (incerto egli è l' anno); ma Temesio, tiranno di Eretria, la tolse agli Ateniesi, ol. CIII, 3, e la diede ai Tebani. Filippo, vincendo in Cheronea, ol. CX, 3, la tolse ai Tebani, e la restituì agli Ateniesi, che la ritennero fin all' ol. CXV, 2. Poi per editto de' re di Macedonia, acquistò la libertà: la qual goderono gli Oropj per anni 7, fin all' ol. CXVII, 1. Cassandro espugnò la città, e ritornato in Macedonia Polemone, legato di Antigono, cacciò la guarnigione, e la diede ai Beozj. Da ciò Dodwello ne conclude, che i versi furon composti mentre Oropo era libera, tra l' ol. CXV, 2, e l' ol. CXVII, 1, e la prosa dopo questa olimpiade,

quando gli Oropj eran sotto i Tebani. Ma a ritroso di quel che dice l' uomo illustre, trovo nel vs. 85 Dicearco porre Oropo nella Beozia, come nella prosa. Non ripeto i versi greci, che si potran vedere. Se io non andai errato, così tradussi: « La Beozia risiede dopo i » Focesi locata della Focide all' aurora. Vi ha (*cioè* » *nella Beozia*) due illustri monti, l' Elicona e 'l Citerone. Poi la città di Oropo (*cioè pure nella Beozia*), » e dal mare &c. (vs. 81, sqq.). »

Da ciò pare addimostrato, che l' oggetto della descrizione della Grecia fu di dare un memoriale per Teofrasto, di quello che Dicearcho avea scritto nello Stato di Grecia, e nelle altre opere geografiche, della dimisura de' monti, e nella Corografia del Peloponneso. Non è vero che l' oggetto di quest' opera fosse l' illustrare le tavole di tutta la terra, che Dodwello appone a Dicearco. Noi abbiam il titolo della descrizione della Grecia ricordato da S. Girolamo. Dunque non è vero che questi versi illustravan tavole universali, e che un uomo dotto abbia scelto quello, che alla Grecia riguardava.

Ho poco da dire sulla sorte di questo frammento, e come a noi sia venuto, perch' ebbe gli stessi avvenimenti dell' opera — βίος Ἑλλάδος —. Devo solamente osservare, che in Giov. Hudson prima è la descrizione fin al vs. 109, poi lo Stato di Grecia, e finalmente i quarantun verso, che non si ritrovano nè nell' edizione di Enrico Stefano dell' anno 1589, nè nel tom. XI del Tesoro greco Gronoviano.

Nella traduzione, mi sono studiato di fedelmente spiegare il testo, e quando alcuna cosa vi aggiungo del mio, ne avverto il leggitore. Nelle note procuro di illustrare brievemente le città dall' autore ricordate. Vi aggiungo la moderna nomenclatura, e i gradi di lon-

gitudine, e di latitudine, che ho copiato da Claudio Tolommeo. Non ho potuto raccogliere dagli antichi alcun frammento della descrizione, se non quello di S. Girolamo, il quale parla insieme dello Stato di Grecia. Essendo l' ἀναγραφὴ propriamente un compendio per chi volea richiamarsi il tutto a memoria; gli antichi non stimarono di farne parola, considerandola come parte dello Stato di Grecia.

IL MEDESIMO

Dell' opera titolata Βίος Ἑλλάδος, *lo Stato di Grecia* (1).

TRA le opere più illustri, che abbia Dicearco scritte, dee noverarsi — lo Stato di Grecia —, ove parla delle città, e de' costumi di sì famoso popolo: perchè gli storici e i geografi, ai fatti applicandosi, e a circoscrivere provincie, niente di costumi s' impicciarono. Dicearco, da geografo filosofo, non si contenta di parlare di città, e di castella, ma come gli viene il destro, i caratteri assegna, e i costumi di ogni comune. Dice bene Strabone (init.), che i primi geografi furon filosofi (tra i quali pone il nostro Dicearco): « Perchè la » cognizione di molte e svariate cose, con che può » la geografia trattarsi, è di chi contempla le divine » e umane cose, nella scienza delle quali la filosofia » locano. »

Trattar la geografia senza notare i costumi, può il gradimento formare di chi ha vaghezza di ben formate statue, di alti obelischi, e di piramidi, e di eccellenti pitture; ma poi qual utilità ella ci reca? Mi pare che

(1) Ex loc. laud. pag. 30-35.

bene abbia detto Temistocle, le città non esser gli edifizj, ma gli uomini.

Per la qual cosa Dicearco in quest' opera, con miglior senno, alzandosi sul volgo de' geografi, suggella da attento osservatore il carattere di ogni città greca; e notizie ce ne dà peregrine assai. Cresce il pregio dell' opera nel sapersi, che i moderni eruditi si trovan imbarazzati nel diffinire i greci costumi, testimone Enrico Stefano, che tesse laboriosissimo dialogo titolato *Dicæarchi Sympractor* (ap. Gronov. Thes. vol. XI).

Non era questo solo l' oggetto dell' opera, parlandosi pure dell' origine delle civili società. La prima vita dell' uomo fu chiamata aurea, perchè tutto naturalmente nasceva; non vi eran arti, non cure, non molestie, e nè pur malattie; nessun precetto conducevole alla sanità esservi, se non l' allontanarsi dagli stravizzi; non guerre, non discordie scambievoli, ma pace, e amicizia. Vennero poi coloro, che molte cose desiderando, non si contentarono di quella semplicità, e cominciò la vita pastorale, nella quale gli uomini ai grandi poderi agognarono, e degli animali si impadronirono: quì cominciò la guerra, la rapina, e l'ingiustizia; e come di molte cose avean bisogno, si diedero a coltivar la terra, e all' agricoltura si pervenne. L'agricoltura esser cosa diversa, ma affine della vita pastorale, com' è il destro flauto altro che il sinistro, ma così che sia in qualche modo unito; perchè l' uno è incentivo, l' altro succentivo. Finalmente di leggi e stabilimenti avendo bisogno alla vita civile si ridussero. Questa è l' ipotesi dell' illustre Peripatetico sull' origine delle società civili, che io da' frammenti raccolti da Porfirio, da S. Girolamo e da Varrone ho abbozzata.

Tuttavolta un' opera si proficua, e a tutti gradita,

nella massima parte si è perduta, e solo ci restano certi frammenti, dai quali, come di un vecchio e rovinato edifizio, noi ne congetturiam la vaghezza. Io, il quale fin da' più teneri anni, ho amato le greche lettere, mi pigliai la cura di illustrare lo Stato di Grecia, e questo più per zelo, che ho delle patrie scritture, che per brama di far imprimere i miei scarabocchi.

La prima volta, che comparvero questi frammenti, fu l' anno 1589, portati dall' Italia da Matteo Budeo, figlio di Guglielmo (dopo che 40 anni erano nelle biblioteche); e illustrati da Enrico Stefano, cui si aggiunsero le note di Isacco Casaubono, opera, che troviamo nel tom. XI del Tesoro greco Gronoviano, col titolo — Geographica quædam —. Varj sono i difetti di questa edizione. Le parole greche sono disperse, e non è facil cosa unirle, e rappezzarle. L' illustre Enrico Stefano promette versione latina, che non è, propriamente parlando, se non illustrazione, e spesso ci lascia con — l' Œdipo opus habet —.

David Eschelio, in Ausburg nel 1600, ne pubblicò il solo testo greco insieme ad altri geografi. Finalmente l' Inghilese Giovanni Hudson, nel 1703, si pigliò la pena di tradurli in latino, e di aggiugnervi brevissime note. Preceda una lunga dissertazione di Enrico Dodwello. Io faticai sul solo Enrico Stefano, che potei allora avere, non avendo potuto rinvenire nelle biblioteche di Palermo i *Geografi minori* di Hudson, e quasi con timore stava, se avessi potuto la mia traduzione pubblicare: ma dopo molte ricerche rinvenni Giov. Hudson nella biblioteca del signor canonico Maddalena, il quale, come colui ch' è amico degli uomini di lettere, gentilmente mi permise, che io potessi quella dell' Inghilese con la mia raffrontare.

Non trovai di che pentirmi delle mie fatiche, ed il leggitore ne giudicherà, perchè Giov. Hudson non si allontana da Enrico Stefano, e gli oscuri passi com' egli lascia senza spiegamento. La dissertazione di Enrico Dodwello è lunghissima, e se pur si vuole dottissima: ma (dico quel che ne penso) rassomiglia a un cipresso. Molto si allontana dal suo oggetto, e spesso tratta inutili questioni, e vi unisce sottili e dotte novità, che non prova, e quel ch' è più di poche opere e opinioni tratta di Dicearco.

Io procuro di tutto spiegare, e, nemico di correzioni, non ne uso che al bisogno grandissimo. La traduzione mia, come quella, ch' è diretta a spiegare l' autore, non tanto di eleganza si picca, quanto di fedeltà: appunto come se a un pittore un vecchio e sdrucito quadro di mano maestra se gli presenta, non vi aggiugne niente del suo, ma usa di qualche lucida tinta per dare risalto all' originale.

La prima operetta, che si presenta in questa raccolta, è lo Stato di Grecia. Si è divisa in tredici capi: nel 1, si parla di Atene; nel 2, de' costumi ateniesi; nel 3, delle donne, o meretrici ateniesi; nel 4, di Oropo; nel 5, di Tanagra; nel 6, di Platea; nel 7, di Tebe; nell' 8, de' costumi tebani; nel 9, delle donne tebane; nel 10, di Antedone; nell' 11, di Tespia; nel 12, di Calcide; nel 13, dell' Ellade. Ho copiato il testo dal tom. XI del Tesoro greco Gronoviano; l' ho raffrontato con l' edizione di Enrico Stefano in Ginevra del 1589, et con l' edizione di Giov. Hudson. Procuro nelle note di spiegare alla meglio tutti i passi oscuri, e di restituire quelli che mi sembran corrotti. Rapporto i pareri di Enrico Stefano, di Isacco Casaubono, di Gronovio, di Giov. Hudson, e di altri: spesso mi uniformo ad alcun di loro, alcune volte ne

dissento, dando le mie ragioni. Il testo si lascia a guisa di sacro palladio, come si trova in Enrico Stefano. Rapporto in abbreviatura la storia di ogni città greca, della quale parla Dicearco: di Atene, e di Tebe dico poco assai, perchè città celebrate, e caricherei l' autore di inutil peso: per lo che alcune note sono filologiche, altre storiche.

Questo frammento può passare per un' operetta continuata, che dà vago piacere leggendosi. Ma io non mi sono fermato a questo solo. Scartabellando gli antichi, ho rinvenuto dodici rottami; due da Ateneo, tre da Stefano di Bizzanzio, uno da Eustazio, due dallo scoliaste di Apollonio Rodio, uno da Porfirio, uno da S. Girolamo, due da Varrone. Merita più di tutti attenzione il frammento primo, riferito dallo scoliaste di Apollonio, ove vi ha un sistema cronologico: Sesostri regnò dopo Oro, figlio di Osiride e di Iside, in guisa che, dopo il regno di Sesostri fin a Nilo, scorsero 2500 anni; dopo il regno di Nilo fin alla prima olimpiade, 436 anni; in tutto 2936 anni. Dicearco richiamava a memoria le epoche de' re stranieri per raffrontarle con la greca storia. Da ciò ne segue, che Sesostri regnava 3712 anni prima la nostra era. Pietro Enrico Larcher (1) è pur di parere, che Dicearco riguardava il regno di Nilo come l' epoca della presa di Troja, e perciò ne conclude, che fosse 3502 del per. giuliano, 1212 avanti la nostra era.

(1) *Hist. d'Hérodot.* t. VII, p. 366-369. Cf. et pp. 57, 61, 67.

IL MEDESIMO

Dell' opera titolata Ἀναγραφὴ τοῦ Πηλίου ὄρους, *Descrizione del Monte Pelio* (1).

GIAN-ALBERTO FABRIZIO, acquistata della biblioteca di Gudio la Descrizione del Monte Pelio, la tradusse in latino, e dono ne fece a Giovanni Hudson, che la pubblicò nel tom. II de' *Geografi minori.* Fu la prima volta, che comparve alla luce questa elegantissima operetta.

« Enrico Dodwello opina, che sia un frammento dell' opera grande, che scrisse Dicearco, de' monti dell' impero di Macedonia. Ma qui io non trovo misure di monti, che fu l' ordine (secondo Plinio) ch' ebbe Dicearco da' re di Macedonia. Lo stile è il medesimo dello Stato di Grecia. Descrive Dicearco le erbe medicinali del Pelio, e i costumi de' cittadini di Demetriade, e in fine conclude con quelle stesse parole come fornisce lo Stato di Grecia. Nemico io di congetture, che dalle parole non si ricavano, credo Dicearco aver trattato della misura de' monti da geometra; qui non di misura, non di circoli e angoli si fa ricordanza; ma si descrive il monte vicino a Demetriade. Laonde sembra questo esser frammento dello Stato di Grecia, e la descrizione del monte per illustrare Demetriade, della quale l' autore trattava: τὸ μὲν οὖν Πήλιον, καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι. « Questo è adunque il Pelio, e questa è Demetriade. »

Noi abbiamo da Suida, che Dicearco trattò della misura de' monti del Peloponneso; da Plinio, ch' egli per comando de' re misurò i monti; da gemini la

(1) Ex laud. loc. pag. 35 - 37.

misura del monte Cillene : ma non trovo che Dicèarco abbia descritto monti. Per la qual cosa questa descrizione all' opera grande dello Stato di Grecia dovrà apporsi. Le ultime parole sembran togliere ogni dubbio; perchè si parla dell' Ellade, e Demetriade era nell' Ellade.

Ho io copiato il frammento dal tom. II de' *Geografi minori*. Di grande ajuto mi è stata la traduzione di Gian-Alberto Fabrizio : ma sempre seguo il mio costume, cioè, venerare gli uomini dotti, e dire con libertà il mio avviso. Si ritrova questa operetta dopo lo Stato di Grecia.

ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΥ

ΒΙΟΣ ΕΛΛΑΔΟΣ.

DICÆARCHI

STATUS GRÆCIÆ.

Interprete HENRICO STEPHANO *.

* Quam versionem novus editor pluribus locis emendavit.

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO

DE DICÆARCHO, EJUSQUE FRAGMENTIS.

SUMMA DISSERTATIONIS.

§. I. Opus metricum sequens post olymp. CXIV, 3, imo post olymp. CXVI, 1, scripsit Dicæarchus; et tamen ante olymp. CXXIII. — §. II. Opus prosaïcum fortassis ante ann. olymp. CXXI, 2. Emendatur locus Plutarchi in Demetrio. — §. III. Ante ann. olymp. CXVIII, 1, quo fugatus est ab Atheniensium tyrannide Demetrius Phalereus. — §. IV. Opus metricum olymp. CXVI exeunte, prosaïcum olymp. CXVII, itidem exeunte, scripsit fortasse Dicæarchus. — §. V. Prosaïcum scripserit fortasse olymp. CXVII, 3. Seriores hoc anno servitutes ne quidem potuit ob oculos habere Dicæarchus. — §. VI. Opus Dicæarchi metricum memoriale erat locorum insignium in tabulis ejusdem geographicis traditorum. Quæ quidem tabulæ erant orbis universi. — §. VII. Græciæ rationem potissimam habebant veteres etiam in chartis universalibus. — §. VIII. Operis Dicæarchi de vitâ Græciæ vestigia sunt in fragmento prosaïco, non item in metrico. — §. IX. Verus operis metrici titulus erat: Δικαιάρχου Ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον. Quales fuerint veterum Ἀναγραφαί. — §. X. In opere metrico locum habebant insulæ, et Peloponnesus, quæ ad Græciam non spectabant a Dicæarcho in vita Græciæ descriptam. — §. XI. Fragmentum de monte Pelio etiam Dicæarchi fuisse verisimile est. — §. XII. Scripsit certe Dicæarchus de montibus non solius Peloponnesi, sed imperii macedonici universi. — §. XIII. Montes emensus est Dicæarchus sub Philippo Aridæo, Alexandri M. fratre, et Alexandro Roxanes ex eodem Alexandro M., filio. Proinde inter olymp. CXIV, 2, affectum et olymp. CXV, 4. Quid ὀρῶν in Peloponneso καταμετρήσει præstiterit Dicæarchus. Ipse primus, ut videtur, auctor chorographiæ peloponnesiacæ. — §. XIV. Scripsit de montibus Dicæarchus post olymp. CXXI, 2. — §. XV. Τριπολιτικὸν Dicæarchi de Doriensium Tripoli egisse videtur, quæ metropolis erat Lacedæmoniorum. — §. XVI. Ad Posidippum Comicum a Dicæarcho advocatum scripsit Lynceus, Theophrasti discipulus, proinde junior paulo Dicæarcho. — §. XVII. Zenonem Cittieum stoicæ sectæ conditorem perstrinxit Posidippus. Annum egit Zeno vitæ LXXX^m, sub Antigono Gonata. Postea annos XVIII. Sub eodem

tamen mortuus Antigono. — §. XVIII. Regni macedonici successio, et præsertim Antigoni Gonatæ, constituitur. — §. XIX. Antigoni Gonatæ initium in Macedonia ann. Varr. 476, olymp. CXXV $\frac{2}{3}$. — §. XX. Zenonem perstrinxit, ut videtur, Posidippus post ann. U. C. Varr. 441, olymp. 116$\frac{1}{4}$. — §. XXI. Incertum est an illum, qui sub Philadelpho vixerit, Philiscum advocaverit Dicæarchus. — §. XXII. Regum ægyptiorum usque ad Philometorem series chronologica. — §. XXIII. Nihil pugnat quo minus ille sub Philadelpho Philiscum testem adduxerit Dicæarchus.

---

§. I. Opus metricum sequens post olympiad. CXIV, 3, imo post olympiad. CXVI, 1, scripsit Dicæarchus; et tamen ante olympiad. CXXIII.

Opus metricum, cujus fragmenta infra legimus, Theophrasto dicavit Dicæarchus : jam certe, ut videtur, præceptoris Aristotelis cum Dicæarcho ipso communis in schola peripatetica successori. Inde terminos lucramur temporis quo fuerit necessario concludendum. Lycro Chalcidem concessit Aristoteles olymp. CXIV^a anno 3°, archonte Philocle, quem alii Dioclon appellant. Decessit præterea hoc eodem anno Aristoteles, quo etiam Demosthenes orator. Ita Laërtius[1], auctore optimo in Chronicis Apollodoro. Hoc tempore (quo jam secesserat in Chalcidem Aristoteles, et quidem eadem olympiade CXIV^a), Theophrastum illi suffectum esse idem auctor est [2] Laërtius. Post hunc ergo annum necesse erit hæc scripsisse Dicæarchum. Et tamen ante finem Theophrasti, cui olymp. CXXIII Stratonem Lampsacenum successisse perhibet similiter [3] Laërtius. Quoto hujus olympiadis anno successerit, non video idoneum, quo probetur, argumentum. Thebas autem certe jam restauraverat Cassander, cum hæc scriberet Dicæarchus, quas proinde, v. 94, μεγάλας appellat. Elogium illud jam pristinæ gloriæ restitutæ innuit. Nomine enim

[1] Laërt. lib. V, n.° 10. — [2] *Ibid.* lib. V, n.° 36. — [3] *Ibid.* lib. V, n.° 58.

μεγάλων a Thebis cognominibus aliis Thebas illas internoscendas censuit, quæ vulgo Thebæ κατ' ἐξοχὴν et Bœotiæ appellari solebant. Jam ergo magna ceperat incrementa urbs illa a Cassandro magnificentissime restituta in odium Alexandri Magni, a quo fuerat excisa, quod olymp. CXVI, 1, tribuit Diodorus. Anno nimirum ab ejusdem urbis sub Alexandro clade XX°, quam quidem cladem olymp. CXI, 2, idem assignat Diodorus. Annum ergo XX^um intelligit labentem. Hanc ipsam cladem nupera memoria fuisse supponunt auctoris verba, si quidem idem fuerit pedestris operis, qui soluti, auctor. Sic enim de urbe Thebana [1] scribit: Ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δὲ ἐῤῥυμοτομημένη διὰ τὸ τρὶς ἤδη, ὥς φασιν αἱ ἱστορίαι, κατεσκάφθαι. Recenset urbis hujus clades alias Diodorus, quæ ad hunc numerum supplendum poterant non incommode referri. Quascunque tamen priores urbis Thebanæ direptiones habuerit in animo Dicæarchus, tertia certe hæc (quæ sola ad nostram causam facit, quamque καινὴν fuisse innuit) alia esse non potuit ab ea quam passa est sub Alexandro Magno. Annos enim octingentos numerat Diodorus, quibus inviolata fuerat, cum exscinderetur ab Alexandro. Nulla ergo erat clades prior, quæ καινὴ censeri potuerit. Nulla certe quæ causam dare potuerit cur vici illius novum in morem restaurarentur. Historiæ ergo, non famæ, non sui seculi traditionibus, excidia illa antiquiora retulit accepta Dicæarchus. Convenit porro in hanc potius, quæ erat a Cassandro, urbis instaurationem, appellatio μεγάλων, quam in aliam quamvis quæ quidem potuerit innotescere Dicæarcho. Tum enim urbis veteris ambitum universum impletum esse testis est Pausanias [2]: Θηβαίων, inquit, ἐπὶ μὲν Κασσάνδρου πᾶς ὁ ἀρχαῖος περίβολος ἀνῳκίσθη. Merito ergo Thebæ illæ, pro

[1] Pag. 14[illegible]5, Huds. — [2] Pausan. *Bœot.* cap. 7.

veterum Thebarum, quæ sub Epaminonda maxime floruerant, exemplo μεγάλαι. Et quidem utriusque operis ætate, tam metrici, quam prosaïci, nomen illud meruisse, utriusque operis testimonia diserta sunt. Ambitum illius stadiorum XLIII docet fuisse auctor operis metrici, vs. 94, 95; rectius, ut opinor, quam in opere prosaïco, quo ejusdem ambitus ad stadia LXX extenditur. Si de utriusque lectionis sinceritate constaret, non opus tantummodo diversum esse inde manifestum esset, quod volebat Barthius, quod ne quidem nos inficiamur. Sequeretur præterea auctoris quoque fuisse diversi. Et quidem ita ut alter saltem, aliena fide, quæ posteris tradiderit ipse, didicerit: vel ætate etiam remota vixerit, quæ mutationem, in eadem urbe, tantam fecerit. Nec enim potuit eodem tempore urbis ejusdem ambitus adeo a se discrepare; nec unius ejusdemque ætatis auctores, quorum uterque urbem, de qua loquitur, exploratam habuerit, adeo invicem dissentanea tradere poterant de ejusdem urbis circuitu. Nos autem unius ejusdemque auctoris opus utrumque fuisse mox ostendemus, et ne quidem temporis admodum diversi. Cujus ergo fidem potiorem habebimus? Operis, ut puto, metrici, cujus numeri verbis concipiuntur integris, et pro metri lege certis. Soluti operis numerus nota tantummodo repræsentatur: in qua librariorum negligentia non minus frequens est quam facilis atque proclivis. Sufficit autem vel numerus ille minor milliarium V, et fere dimidii, ut urbibus magnis accenseretur urbs Thebana. Bis quidem, fateor, a Demetrio[1] Poliorcete, nostri etiam Dicæarchi ætate captas esse Thebas. Sed κατασκάψεις illæ censeri non poterant quæ victorem habuerint clementissimum. Κατάσκαψις ergo illa ultima fuerit oportet quam dixi, cum

[1] Plutarch. *Demetr.* (S. 39, p. 49, Hutt.).

scriberet Dicæarchus. Non ita certe loquitur idem de restauratis, post Xerxis incendium, Athenis. Urbs illa καινῶς ἐῤῥυμοτομημένη [1] Dicæarcho censetur, διὰ τὴν ἀρχαιότητα. Xerxes ergo illi antiquus habetur præ nova illa, de qua loquitur, urbis Thebanæ ῥυμοτομίᾳ. Alia autem hoc certe spatio, quod inter Xerxem fluxit atque Cassandrum, restauratio nulla fuit, quo possent prædicta Dicæarchi verba referri. Binas vero illas Demetrii Poliorcetæ oppugnationes nondum decennio evoluto contigisse auctor est Plutarchus. Verba illius sunt (l. c. §. 40): Ταῖς μὲν Θήβαις ὔπω δέκατον οἰκουμέναις ἔτος ἁλῶναι δὶς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ συνέπεσε. Harum vero neutrius mentio apud nostrum Dicæarchum. Si quidem propterea, quod postea contigerint quam ipse scripserit, ita fortasse sequeretur, hoc ipso decennio illum hæc fuisse commentatum. Ita nimirum Plutarchus hodiernus.

§. II. *Opus prosaïcum fortassis ante ann. olymp.* CXXI, 2. *Emendatur locus Plutarchi in Demetrio.*

Sed nondum est hæc profecto, quæ videtur, nota temporis in angustiores, quam quos dedimus, limites contrahendi. Incertum est imprimis an qui solarum meminit καταπελτῶν, is etiam oppugnationes fuerit commemoraturus sibi quoque compertas. Ita erit incertum scripseritne ante illas oppugnationes, an postea. Tum et numerus suspectus est, vel potius manifesto falsus. Nam x° anno ab instauratione a Cassandro illas Demetrii oppugnationes non fuisse certum est. Imo multis adhuc annis recentiores illas fuisse oppugnationes e Plutarcho ipso manifestum est; tum scilicet cum in Macedoniæ possessione esset Demetrius. Nec longe, ut videtur, ab inita illius regni possessione.

[1] Pag. 8, Huds.

Hoc autem Demetrii initium ad olymp. CXXI, 2, retulit Eusebius; nec, ut opinor, incommode. Alexandri mortem omnes, teste Josepho[1], ad annum retulerunt olymp. CXIV, 1, at quidem desinentem. Inde factum ut olymp. CXIV, 2, pro primo Philippi Aridæi habeat Eusebius, et VII adeo annos, quos non tenuit integros, illi accenseat. Ita cædem illius ab Olympiade anno tribuit olymp. CXV, 4. Suffragatur Eusebio Diodorus, et Porphyrius Philosophus in græcis Eusebianis a Scaligero collectis. Sed VII^m illum annum non absolvit qui Alexandro proxime successit frater ipsius Alexandri Philippus Aridæus. Ἑβδόμῳ ἔτει τῆς μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλείας cæsum testatur Dexippus. Accuratius illius tempora designat Diodorus, quem ait regnasse ἓξ ἔτη καὶ μῆνας τέτταρας, si græca recte se habeant. Nam menses VI repræsentavit latinus interpres. Sic annum VI^m absolvit olymp. CXV, 3, exeunte, et in annum 4^m, sequentes incurrent menses, non tamen admodum affectum. Recteque adeo habebunt, qui anno hujus olympiadis 4°, periisse tradunt Aridæum. Ab hujus exitu numerantur anni Cassandri, quos XIX, agnoscunt omnes, anno proinde olymp. CXX^a 3°, exituros. Illumque ipsum annum pro 1° filiorum anno habet Eusebius; cœpto nimirum, ut videtur. Et quidem ita se rem habuisse verisimillimum, si XIX^m impleverit ipse Cassander, quod supponunt qui nullos ejus menses supervacuos recensent, quod faciunt tamen in Aridæo, ipsiusque Cassandri filiis. His filiis anno IV tribuit Eusebius. Similiter nempe ut 1^m numerum numeraverat incipientes. Nam IV^i anni menses tantummodo sex agnoscit in fragmentis græcis Eusebianis accuratissimus Porphyrius. Desinent illi olymp. CXXI, 2, ut etiam IV^i anni menses locum in eodem habere potuerint. Hoc

[1] Joseph. *contr. Apion.* lib. 1.

pacto fiet ut in annum exeuntem referendum sit initium Demetrii, qui, interfecto postremo Cassandri filio Alexandro per insidias, regnum consecutus est. Et quidem hoc ipso hujus olympiadis anno Demetrii Poliorcetis initium statuit Eusebius. Pugnat autem in Eusebio Græco Scaligerano Porphyrius. Sic enim [1] ille de Cassandri filiis : Τῶν οὖν παίδων Κασσάνδρου τῆς ἀρχῆς ἔτη λογίζονται ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς. . . . . [ἄχει] τοῦ τρίτου ἑκατοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος. Lacunam voce εἰκοστῆς supplendam esse manifestum est. Respondetque intervallum annorum trium mensiumque sex satis accurate : non itaque dubitandum est quin ita senserit Porphyrius. Obstat tamen Plutarchus ipse quo minus vera fuerit sententia Porphyrii. Sic enim sequitur [2] : Τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων πρᾶγμα καινότατον ἐπέτρεψεν αὐτῷ ποιεῖν ὁ Δημήτριος. Hinc intelligimus annum fuisse Pythiorum agonalem; quo Thebas oppugnavit Demetrius. Hanc notam scio alios plerosque annis assignare olympiadum tertiis. Nos autem annis olympiadum secundis desinentibus assignandum esse probavimus. Nempe mensi vernali 1° qui Atheniensium erat [3] munychion anno communi, intercalari autem elaphebolion. Bimestre autem spatium insumsit machinis suis in urbem movendis. Addantur dies utriusque oppugnationis, et tertii mensis non modicam partem absolvent. Ita fiet ut hecatombæone tertium annum absolverint Cassandri filii, ut IV[i] anni mensem VI[m] attingere potuerit eorum ultimus Alexander interfectus a Demetrio. Convenit præterea huic Demetrii initio ejusdem finis satis accurate. Dum enim regno Macedoniæ potiretur, pro archontibus suis eponymis alios magistratus annuos reposuerant Athenienses in honorem illius et patris, dum superesset,

[1] Pag. 63, ed. Amstel. — [2] Plutarch. *Demetr.* (S. 40, fin.). — [3] De Cycl. Græc. et Rom. *Diss.* V, 2.

Antigoni, quos ἱερεῖς τῶν σωτήρων appellabant : ab eo nimirum usque tempore quo, portu Munychiæ occupato, libertatem Atheniensibus reddiderat Demetrius. Exuto autem Demetrio, eosdem abrogabant, restitutis, pro more patrio veteri, archontibus. Plutarchus : Ἀθηναῖοι δὲ ἀπέστησαν. Καὶ τὸν Δίφιλον, ὃς ἦν ἱερεὺς τῶν σωτήρων ἀναγεγραμμένος ἐκ τῶν ἐπωνύμων, ἀνεῖλον ἄρχοντας αἱρεῖσθαι πάλιν, ὥσπερ ἦν πάτριον, ψηφισάμενοι, τόν τε Πύῤῥον ἐκ Μακεδονίας μετεπέμποντο, μᾶλλον ἢ προσεδόκησαν, ἰσχύοντα τὸν Δημήτριον ὁρῶντες. Erat ergo adhuc in Macedonia Pyrrhus, quam VII tantummodo tenuit mensibus integris, octavo pulsus, cum ab Atheniensibus accerseretur. Et tenente magistrum Diphilo, suffecerunt in annum sequentem, pro recepto et avito more, archontas. Conveniunt hæ notæ anno CXXII^æ olympiadis 4°, recte. Sex enim annos duntaxat noscunt Eusebius, Dixippus, Porphyrius, aliique. Septennium illi solus tribuit, quod sciam, Plutarchus : Ἑπταετίας ὑπὸ Δημητρίου βεβαίως ἀρχθείσης. Sic enim ille de Macedonia. Quæ ut cum aliis concilientur, de septennio duntaxat inchoato intelligenda sunt. Sic enim cohærent invicem, quas dedimus, notæ, ut spatia laxiora ne admittant quidem. Sic item claudunt regni illius initia, ut error nullus præterquam quadriennii integri esse potuerit. Sed regni Demetrii Macedonici initio illa fuisse Pythia facile colligetur ex utroque Plutarchi loco invicem collato. Bellum enim Ætolos, qui obstabant quo minus Pythia debito loco peragerentur, initio regni macedonici fuisse utrobique indicat Plutarchus, tam scilicet in *Pyrrho*, quam *Demetrio*. Et tamen Pythiis peractis illud sequebatur bellum. Hanc ergo nostram de regno Demetrii chronologiam firmabunt potius prædicta Plutarchi in Demetrii vita verba, quam labefactabunt, si pro auctoris mente restituantur. Sic enim existimo scripsisse Plutarchum : Τὰς μὲν οὖν Θη-

ϐαις, οὔπω δὲ εἰκοστὸν πρῶτον οἰκουμέναις ἔτος, ἁλῶναι δὶς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ συνέπεσε. Ab anno enim olymp. CXVI° primo, quo exeunte urbem Thebanam restauravit Cassander, ad annum olymp. CXXI° 2um, quo plusquam medio urbem eamdem Demetrius bis oppugnavit, respondet ille numerus annorum XXI, accuratissime. Facilis autem erat librario erroris occasio, si prior aliquis librarius numerum verbis expressis designatum ad notas numerales ita redegerit : δὲ κά^τον. Inde enim proclive erat ut a juniore librario in δέκατον mutaretur. Et primam illam mutationem facillimam agnoscent qui codicum mss. callent breviaturas. Ita ergo erit necesse ut opus prosaïcum ante olymp. CXXI, 2, desinentem scripserit Dicæarchus, si de neutra Demetrii Poliorcetis oppugnatione quippiam resciverit. Nec erant a Dicæarchi consilio hæ quoque oppugnationes prorsus alienæ. Nam et illas quoque moribus suis perversissimis debebant cives Thebani.

§. III. Ante ann. olymp. CXVIII, 1, quo fugatus est ab Atheniensium tyrannide Demetrius Phalereus.

Est porro in opere prosaïco nota temporis alia, quæ, si quid valeat, scriptionis limites designatura sit adhuc angustiores. Verba hæc sunt : Ἀλλ' ἡ τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικειουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος διάθεσις, περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον, λήθην δουλείας ἐργάζεται. Hic sane δουλείαν memorari videmus. Inde intelligimus non jam amplius juris sui fuisse populum, de quo ibi loquitur, Atheniensem. Hæc alia δουλεία esse vix potuit ab ea, quæ sub Cassandro contigit, vel sub Demetrio potius Phalereo. Piræeum et Munychiam occupavit præsidio Cassandri dux Nicanor olymp. CXV, 3 : ejusdemque anni fine præfectum Athenis a Cassandro Demetrium

Phalereum idem testis est Diodorus. Hunc decennio præfuisse docent tam Diodorus, quam Laërtius. Deque illo, ni fallor, decennio justum opus scripsit Demetrius ipse cujus meminit Laërtius. Ejectum Demetrium olymp. CXVIII, 2, narrat Diodorus. Sed olymp. CXVIII, 1, finem Demetrii Phalerei assignare illum potius oportebat. Piræeum enim Thargelionis XXVI, πέμπτη φθίνοντος, ingressus est Demetrius Poliorcetes, ut nos docet Plutarchus. Τῇ ὑστεραίᾳ Demetrium Phalereum pacto dimissum, ut Thebas concederet, auctor Diodorus est : is ergo finis decennii quo civitati suæ præfuit. Annus erat a prælio Lamiaco XV^{us}. In eo consentiunt tam Diodorus, quam Plutarchus. Hoc prælium Atheniensium libertati fatale olymp. CXIV, 2, assignat Diodorus. Inde annus X^{us} est olymp. CXVIII, 1. Facile hæc invicem conciliabuntur, si hæc ad olymp. CXVIII $\frac{1}{2}$ retulerimus : idque satis commode faciemus, pro hypothesibus Diodori. Is enim erat annus certe Thucydideus, aliorumque annalistarum horographorum, qui a vere censebatur. Isque mos Diodori est, ut res vere gestas ad illum olympiadis annum referre soleat, qui vere demum exacto, cum sequenti æstate inibat. Priori enim olympiadis anno exeunte pulsum Athenis Demetrium Phalereum, docet mensis atticus thargelion a Plutarcho designatus. Sic autem inter olymp. CXVI, 1, quo restauratæ sunt a Cassandro Thebæ, et olymp. CXVIII, 1, quo fugatus ab Athenis est Demetrius Phalereus, hæc commentatus fuerit Dicæarchus. Tum scilicet, cum amplitudinem illam, quam hic celebratam legimus, jam consecutæ fuissent Thebæ. Erat, fateor, cum ad ξένους, seu μετοίκους, verba illa referenda esse censerem, quorum conditio, pro δουλείᾳ, si cum civium conditione conferretur, fuerit habenda. Nam et μετοίκιον tributum pendebant, et cive προστάτῃ opus

habebant ad causas forenses, ipsi tamen civium jure omni penitus destituti. Poterant tamen ad ξένα, potius quam ξένους, res nempe magis quam homines, spectare fortassis illa Dicæarchi verba, ut Atheniensium indolem rebus novis addictam ibi perstrinxerit. Hoc idem in iisdem reprehendit S. Lucas. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, inquit, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. *Act.* XVII, 21. Quæ autem καινότερον nomine censet S. scriptor, eadem ξένα δαιμόνια appellat vs. 18, ξενίζοντά τινα vs. 20. Ne dura hujus vocis, qua rebus attribuitur, significatio videatur. Itaque διατριβὴ ξένων tantundem valebit quod περὶ ξένων, designabitque colloquia de rebus noviter inventis exercitii gratia instituta. Ita vocem διατριβὴν usurpavit ipse Dicæarchus, vs. 7. Talia erant præceptorum in scholis, a quibus vocis usus ad alia quoque vulgi colloquia in civitate tam exculta emanavit. Nam et ad vulgus illa præceptorum exempla derivata fuisse consentaneum est, ut novitatis studiosos similiter fecerint etiam ex ima fæce plebeios. Primarius tamen vocis usus est, ut existimo, Gymnasticus ab Aleiptis desumtus, qui juventutis præceptores erant in γυμνοπαιδίαις. Satisfaciet hæc fortasse ratio de usu vocis διατριβή. Ægre tamen de usu vocis ξένων pro περὶ ξένων. Melius ergo ad homines retulerimus, si quidem patiatur auctoris consilium, locique circumstantia. Imo rectius hoc faciemus pro genuina horum verborum et nativa significatione. Hunc enim vocis διατριβῆς usum, imo cum genitivo personæ nexum agnoscit Pollux, atque ex Æschine confirmat. Εἰ μέντοι τὸ διδασκαλεῖον, καὶ διατριβὴν κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν ἐθέλεις καλεῖν, ὅρα μή σε βιάζηται καὶ τὸ παρ' Αἰσχίνῃ, καὶ σεμνυνόμενον ἐν τῇ τῶν μειρακίων διατριβῇ [1]. Hic sane μειρακίων διατριβὴ, non est περὶ μειρακίων, sed ipsorum potius

[1] Pollux, lib. IX, cap. 5, pag. 427 (Francof. 1608.)

adolescentum. Et hunc vocum usum concedit in vulgi sermone fuisse frequentissimum. Et certe ita cives et ἐπιδημοῦντας ξένους junxit S. Lucas, plane pro exemplo nostri Dicæarchi. Nec video profecto cur a civibus, de quibus nostro ante sermo, Atheniensibus ad hospites, hoc in loco transitum fecerit, nisi ad cives ipsos pertinuisset hospitum secum commorantium illa διάθεσις. Imo hanc ipsam διάθεσιν συνοικουμένην habuit, ni fallor, in mente Dicæarchus, quæ fuerit ξένων Atheniensibus συνοικουμένων. Fecit enim urbis fama ut fuerit peregrinorum hospitiis frequentissima. Nec publicis illis hospitiis, pro more hodie recepto; sed apud civium ἑκάστους, ut amicum quisque habuit in civitatibus peregrinis, cujus ipse vicissim hospitio exciperetur in illorum patria peregrinus. Pro jure scilicet hospitalitatis et symbolorum tesserarumque ultro citroque dandarum commercio. Hi erant certe ξένοι συνοικούμενοι, quorum quisque domi suæ consortio frueretur. Fecit præterea illa cum hospitibus conversatio, ut de rebus ubique terrarum gestis resciscerent Athenienses, quod indoli novitatum studiosæ non est quod dubitemus quin fuerit longe gratissimum. Ita ad civium δουλείαν leniendam spectavit illa cum hospitibus pereginis διάθεσις συνοικουμένη, et ad cives adeo ipsa δουλεία, quæ alia esse non potuit ab ea, quam dixi, sub Demetrio Phalereo; ut ad cives pauperes spectabat fames, cujus ibidem meminit noster, tot celebrium spectaculorum ludorumque diverticulis similiter lenienda. Erat quidem, fateor, Demetrius ille Phalereus vir optimus, et in imperio quoque modestissimus; ut si quidem unum principum Athenienses tolerare potuerint, eum certe non tolerare modo, verumetiam laudare, debuerint. Sed democratiæ suæ ita erant addicti, ut non singulos duntaxat homines odioso tyrannorum nomine onerarint, verumetiam quantumvis

hominum numerum, si tamen democratia ipsa fuisset inferior. Luculentum est exemplum in triginta quos urbi, et decem aliis quos Piræeo præfecerunt Lacedæmonii. Hos tamen, quanquam cives omnes, imperio abusos esse fateor, meritosque ut pro tyrannis haberentur. Et ab hostibus impositos fuisse manifestum est, ut fuit a Cassandro Demetrius. Non ita quadraginti, proprio Atheniensium patrioque psephismate in honore constituti. Habebant etiam ipsi ἐκκλησίαν quinque millium. Et tamen pro tyrannis habiti, quod quingentorum numerus fuisset, in libera democratia, legitimus pro senatu; et sex millium pro ἐκκλησίᾳ. Quanquam ergo Demetrio in regimine constituto adulati fuerint Athenienses tot imaginibus[1] in illius honorem decretis quot erant in anno dies, animum tamen ab eo alienum prodebant similia in ejusdem, cum fugaretur, decreta contumeliam. Ad eundem plane modum quo in auctores libertatis ab hoc Cassandri jugo, Antigonum et Demetrium Poliorcetem, erant a se invicem diversi, nunc adulatione nimia, nunc viceversa probris iniquis et immeritis. Idem in monarchas odium populi Atheniensis effecit, ut et Pisistratidæ male audirent, eorumque imperium pro tyrannide haberetur. Excepto enim postremo Hippiæ quadriennio, quo cæde fratris Hipparchi[2] in se designatæ irritatus sævior factus est, non erat profecto subditorum sub illis durior conditio, quam sub republica. Non est proinde cur miremur si idem contigerit in causa Demetrii etiam Phalerei. Id tamen mirabar ut scripto ad Theophrastum opere δειλίαν exprobrare ausus fuerit Dicæarchus, rerum potiente etiamnum Demetrio Phalereo. Sed nihil est cur opus prosaïcum Theophrasto inscriptum existimemus. Nec si id effecisset Dicæarchus, factum propterea negandum

[1] Plin. *Hist. nat.* lib. XXXIV, cap. 6. — [2] Thucyd. lib. VI, 54.

esse decidi exemplo plane simili. Sic enim scribit de coævis sibi Chalcidensibus Bœoticis : Δουλεύοντες γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον, τοῖς δὲ τρόποις ὄντες ἐλεύθεροι, μεγάλην εἰλήφασιν ἕξιν τοῦ φέρειν ῥαθύμως τὰ προσπίπτοντα [1]. Moneri hic videmus libertatis pristinæ Chalcidenses a Dicæarcho, quos etiam agnoscit ipse sua indole libertatis studiosos. Et quidem hæc de jugo, quod subierant, Cassandri, qui tamen durior erat dominus quam fuerit Phalereus, de quo loquimur, Demetrius. Cur autem hoc auderet in causa Demetrii, ratio esse potuit nota illa Demetrii mansuetudo, quam noverat Dicæarchus facile ne quidem irritari potuisse. Erat, fateor, et alia [2]. Atheniensium δουλεία sub tyranno Lachare; et alia rursus, fugato Lachare, sub Demetrio iterum Poliorcete : utraque tempore medio inter olymp. CXIX, 4, quo cecidit Antigonus prælio ad Ipsum, et mortem Cassandri, quam nos olymp. CXX, 3, assignandam esse probavimus. Propius autem, ut videtur, morti Cassandri. Proinde olymp. CXX, 2, ut existimo. Mox enim audita Lacharis a Cassandro præfecti tyrannide, movit in illum Demetrius, effecitque ut obsidione coactus urbe elapsus Bœotiam fugerit. Expugnata deinde urbe, præsidio musæum tenuit ipse Demetrius; ad annum scilicet olymp. CXXII, 4, quo Demetrium e Macedonia fugatum probavimus. Tum demum Athenienses defecisse testatur in illius vita Plutarchus. Duce scilicet Olympiodoro, ut nos docet ubi supra Pausanias. Harum servitutum si aliquam habuerit in mente Dicæarchus, priorem sub Lachare occursuram existimarem. Illa potissimum ratione, quod in illa Lacharis obsidione famem senserint Athenienses, σύντονον λιμόν, inquit Plutarchus in vita Demetrii. Et famem similiter in pauperioribus Atheniensibus, dum hæc elucubraret, memorat

[1] Pag. 20, Huds. — [2] Plutarch. *Demetr.* (S. 33); Pausan. *Attic.* c. 25.

Dicæarchus. Ἔστι δὲ, inquit, ταῖς μὲν θέαις [ἡ πόλις] καὶ σχολαῖς τοῖς δημοτικοῖς ἀνεπαίσθητος λιμὸς, λήθην ἐμποιοῦσα τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν[1]. Sed ad pauperiorum statum in universum, potius quam ad obsidionem aliquam, illa retulerim; et neutram hic intelligi posse, mox aliis ex hoc ipso opere prosaïco petitis argumentis probaturi sumus.

§. IV. Opus metricum olymp. CXVI exeunte, prosaïcum olymp. CXVII itidem exeunte, scripsit fortasse Dicæarchus.

Hoc certe docet memorata nuper δουλεία illa Chalcidensium Bœoticorum. Erat enim sub Cassandro quoque δουλεία. Et δουλείᾳ jam assuevisse testatur illos Chalcidenses noster Dicæarchus. Hoc autem Cassandri jugum Chalcidensium cervicibus excussum olymp. CXVII, 1, docet Diodorus. A Ptolemæo scilicet Antigoni legato; et quidem, dum adhuc Athenis rerum potiretur Demetrius. Chalcide enim Cassandri præsidio liberata, mox Atticam aggressurus erat Ptolemæus. Sed occurrunt ei legati a Demetrio de induciis, deque aliis mittendis ad Antigonum legatis. Opportune admodum pro dictis jam rationibus. Cæterum anni fine hæc gesta indicat Diodorus, cum milites in hiberna dimitteret Antigonus, revocatoque ad regni macedonici tutelam Cassandro. Priori ergo anni attici, et proinde olympiadici, parte Chalcidenses in libertatem asseruerit legatus Antigoni. Atqui anno olymp. CXVI 1° ad exitum vergente Thebas restauravit Cassander. Certe post cædem Olympiadis, quam tamen hyeme clausam Pydnæ obsessamque tenuisse auctor est Diodorus. Postea, dum novam expeditionem susciperet in Peloponnesum, Thebas civibus Thebanis etiamnum

[1] Pag. 9, Huds.

superstitibus restaurandas indulget. Hoc ergo anno si scripserit Dicæarchus, ne justum quidem ita quadriennium impleverint a positis novæ urbis fundamentis restauratæ Thebæ. Spatium hoc nimis arctum est, quam ut tantam amplitudinem in utroque opere commemoratam; tam metrico quam prosaïco, restauratæ consequerentur. Hunc autem annum restitutorum libertati Chalcidensium in Græcia turbidissimum fuisse docet Diodorus, quarum tamen turbarum vestigium prorsus nullum reperimus in utrovis opere Dicæarchi. Proinde anno juliano illo qui his olympiadum annis respondebat (nempe olymp. $\frac{\text{CXVI}}{\text{CXVII}}\ \frac{4}{1}$) non facile crediderim hæc scribere potuisse Dicæarchum. Antea ergo scripserit oportet, vel postea. Si quidem antea, adhuc arctioribus limitibus concludetur tanta illa, quantam utroque opere Dicæarchus agnoscit, urbis Thebanæ restauratæ magnificentia. Ergo postea alia erit quærenda δουλεία, quo poterint commodius Dicæarchi verba referri. Et quidem aliam habet Diodorus ejusdem urbis Chalcidensis e nova servitute libertatem, auctore libertatis Demetrio Poliorcete. Sic enim habet olymp. CXIX, 1: Πρῶτον μὲν τὴν Χαλκιδέων πόλιν ἠλευθέρωσε φρουρουμένην ὑπὸ Βοιωτῶν, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Βοιωτίαν καταπληξάμενος ἠνάγκασεν ἀποστῆναι τῆς Κασσάνδρου φιλίας. Quidni ergo de secunda hac Chalcidensium servitute Dicæarchum intelligamus! Est sane cur eo potius, quam ad priorem sub Cassandro, verba ejus referamus. Facit eo quod habet utroque opere de Oropo. Verba ejus in opere metrico ita se habent:

ἡ Βοιωτία[1]

Χώρα δὲ μετὰ Φωκεῖς ἀπόκειται (leg. ὑπόκ. G.), κειμένη
Τῆς Φωκίδος χώρας πρὸς ἕω. Κ' ἔστιν δύο
Ἐπίσημ' ὄρη· τὸ μὲν Ἑλικὼν καλούμενον,

[1] Vs. 81 sqq.

Ἔπειτα Κιθαιρών. Εἶτ᾽ ἔς᾽ Ὠρωπὸς πόλις,
Καὶ τῆς θαλάττης ἀπέχον ἱερὸν οὐ πολὺ
Ἐς᾽ Ἀμφιαράου, καὶ νεὼς, καὶ τὸ τέμενος,
Αὐλίς τε Βοιωτῶν πόλις.....

Ita videmus hoc in loco intra Bœotiæ fines concludi Oropum, ut nihilominus ab Aulide secernatur, quæ vere erat civitas Bœotiæ. In opere prosaïco, inter civitates Bœotiæ Oropum recenset, pag. 18. Alibi : Ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων οἰκεία Θηβῶν ἐστι. Sic enim locum emendarunt viri eruditi, pag. 11 (*not.* 61). Hæc certe ostendunt, in Oropi possessione tum saltem, cum hæc postrema scriberet Dicæarchus, fuisse Bœotos. Negat enim alioqui, et quidem, pro ipsâ Oropiorum sententia, a Bœotis oriundos. Hoc enim volunt illa, ni fallor, Dicæarchi verba : Ἀρνούμενοι τοὺς Βοιώτους, Ἀθηναῖοί εἰσι Βοιωτοί. Nempe Bœoticæ originis puduisse Oropios, malluisse autem ut pro Atheniensibus haberentur : ita factum ut mixto nomine rectissime fuerint appellandi Athenæo-Bœotorum; qua nempe Atheniensem stirpem ipsi prætulissent, *Atheniensium* ; qua rursus Bœotorum finibus inclusi, eorundemque corpori attributi, *Bœotorum* (*cf. not.* 67, G.). Scripsit ergo opus metricum Dicæarchus, cum nondum uno cum Bœotis corpore censerentur Oropii : prosaïcum autem, cum jam in unum cum Bœotis corpus recepti coaluissent. Neutro certe loco Atticæ illos ditioni accensuit auctor, quanquam originem dubiam haberent, jamque olim controversam ; incertumque esset, in confinio utriusque ditionis siti, Atticæ nempe et Bœoticæ, utrius potius de jure fuerint. Hoc enim docet non uno loco [1] Strabo. Et temporibus Darii Hystaspidæ (quibus historicos Græcis antiquiores nullos fuisse probavimus) tum quoque illos in Atheniensium

[1] Strab. lib. I, pag. 65 (p. 114, fin.); lib. IX, pag. 399 (p. 612, A).

possessione fuisse docet[1] Herodotus. Proinde dubito fuerintne revera origine Bœoti, quanquam id sciam disertis verbis affirmare[2] Pausaniam. Nostro autem consilio sufficit, cum opus prosaïcum exararet Dicæarchus, tum saltem Oropios fuisse penes Bœotos. Sic autem se habebat illa urbs, qua licet illius statum ex hodiernis explorare monumentis, ad hæc, in quibus versamur, tempora. Ætate prælii marathonii olymp. LXXII, 3, in Atheniensium potestate fuisse docuit Herodotus. Nec aliter se habebat initio belli peloponnesiaci. Olymp. LXXXVII, 2, iisdem paruisse docet Thucydides, II, 23 : olymp. LXXXVIII, 3, similiter iisdem obsecutos idem testis est III, 91 ; uti etiam olymp. LXXXIX, 1, ex eodem, IV, 96. Tandem illam per insidias occupant Bœoti, olymp. XCII, 1, Thucyd. VIII, 60, 95. Postea tamen amiserunt. Nam rursus olymp. XCIV, 3, occupatam legimus a Bœotis, et primo libertati suæ permissam, tum deinde Bœotorum communitati contributam, teste Diodoro. Iterum ea potiti sunt Athenienses. Quo medio anno incertum est. Atheniensibus autem rursus eripuit Themesio, tyrannus Eretriæ, olymp. CIII, 3, tradiditque Thebanis, ut docet Diodorus. Hujus Thebanorum possessionis sæpe meminit Demosthenes. Sed Thebanis ereptam post victoriam ad Chæroneam olymp. CX, 3, Atheniensibus reddidit Philippus, teste Ulpiano ad orationem Demosthenis *de Corona*, et meliore, quam fuerit Ulpianus, auctore Pausania, *Attic.* cap. 34. Inde ad annum olymp. CXV, 2, eam retinuerunt Athenienses. Inde edicto regum macedonicorum, auctore Polysperchonte, libertas Oropiis concessa est. Edicti verba conservavit Diodorus : Ἀθηναίοις δ' εἶναι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἐπὶ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου· Ὠρωπὸν δὲ Ὠρωπίους ἔχειν. Supponit

[1] Herod. lib. VI, cap. 100. — [2] Pausan. *Attic.* cap. 34.

edictum ab eo usque tempore, quo Oropum reddiderat Philippus, Athenienses in illius possessione fuisse, dum hoc unum novari jubet, ut ab edicti tempore dominos nullos deinceps haberent Oropii. Sic illi reges ante mensem illius anni macedonici xanthicum. Hac ergo libertate septennio gavisi sunt Oropii ad annum usque olymp. CXVII, 1. Tum demum expugnavit urbem Cassander, et, reverso in Macedoniam Cassandro, præsidium a Cassandro impositum expulit Polemon Antigoni legatus, Bœotisque urbem tradidit, teste Diodoro. Ex hac ergo hujus urbis historia manifestum est, infra limites a nobis constitutos, quibus hæc oportuerit scripsisse Dicæarchum, annum fuisse ante hunc, in quo versamur, nullum, quo Bœotis accensere potuerit Oropum. Inde præterea colligitur ad priorem servitutem Chalcidensium, quæ hoc ipso anno exiit, Dicæarchi verba ne quidem referri potuisse, sed ad sequentem aliquam, quæ post hunc annum cœperit, et tamen tum progressus fecerit, cum observaret Dicæarchus jam jugo assuevisse Chalcidenses. Nam ab anno olymp. CXIV, 3, quo diximus cœpisse Theophrastum, in Atheniensium fide erant Oropii. Ab olymp. CXV, 2, neutris accensendi erant, nec Atheniensibus, nec Bœotis. Proinde ab hoc demum anno olymp. CXVII, 1, recte Bœotis Oropios accensere potuerit Dicæarchus. Nec tamen ultra olymp. CXIX, 1, pertigit, ut vidimus, secunda quoque illa Chalcidensium servitus. Quando cœperit incertum est ex hodiernis, ut puto, monumentis. Medio proinde anno aliquo inter olymp. CXVII, 1, et olymp. CXVIII, 1, quo pulsum probavimus Athenis Demetrium Phalereum. Omnino ergo anno aliquo olympiadis CXVII[a] medio, quo servitus Chalcidensium hoc ipso anno liberatorum, non incipere modo, verum etiam, diutina patientia, callum obducere potuerit.

Paulo tamen anteà opus metricum a Dicæarcho elucubratum existimo, cum nondum Bœotici nominis censeretur Oropus; proinde olympiade CXVI[a] exeunte, ut illum quoque ambitum assequi potuerint restauratæ a Cassandro Thebæ, quem designatum legimus in opere metrico. Si quidem in utroque opere numeri stadiorum sinceri essent, vel inde colligeremus ætatem operis prosaïci recentiorem, ut eousque excresceret ejusdem urbis ambitus, qui fuerat, cum opus metricum elucubraretur, tanto contractior. Pomœrium forte, sine novis auspiciis, augeri non potuit. Nihil tamen vetat quo minus novis quotidie incolis ab exilio, velut a postliminio, præter spem omnem expectationemque concurrentibus, novisque Bœotorum colonis in metropolim communem admissis, magna potuerit accipere incrementa, saltem in προαστείοις, sive suburbiis. Hæc si vera, ægre ante hujus CXVII[r] olympiadis finem opus hoc prosaïcum elaborare potuit Dicæarchus.

§. V. Prosaïcum scripserit fortasse olymp. CXVII, 3. Seniores hoc anno servitutes ne quidem potuit ob oculos habere Dicæarchus.

Sed quid sibi volunt illa auctoris verba de Thebanis: Τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γινόμενα πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἀθληταῖς βίαια εἰς [δίκην ἀγόμενα] τὴν δικαιολογίαν μεταφέροντες. Διὸ καὶ αἱ δίκαι παρ' αὐτοῖς δι' ἐτῶν τὸ ἐλάχιστον εἰσάγονται τριάκοντα! Reliqua, ut in nostra hac editione ab aliis emendata sunt, repræsentavimus. Verba uncis inclusa ipsi addidimus. Ad agonem aliquem thebanum quinquennalem spectare videntur. Nam numerum illum absolvunt justa quinquennia. Hoc ergo vult, ut existimo, Dicæarchus, fraudatos bravio, per vim Thebanorum, athletas actionem βιαίων in antagonistas coram agonothetis intulisse. Actionem enim βιαίων fuisse ex Har-

pocratione et veteribus oratoribus notissimum est. Et plagarum actionem fuisse constat e Demosthenis *Midiana*. Quam, quæso, illam præterquam βιαίων? Certe πλῆκται Thebanos paulo antea agnoverat Dicæarchus. Nec magis illos in hospites fuisse, quam in proprios cives, verecundos, id quoque docuit idem Dicæarchus. Πλῆκταί τε, inquit, καὶ ἀδιάφθοροι πρὸς πάντα ξένον καὶ δημότην. Non tamen coronandum fuisse nisi qui νομίμως certavisset, observavit de athletis non Apostolus modo, verum etiam Galenus. Proinde βιαίων peragendus erat si quis e plagosis[2] hisce Thebanis antagonistam plaga minus νομίμῳ confecisset. Similia violentiæ legimus exempla in Apollonio Rhodio, Pausan. *Eliac.* I, 21; et Cleomede Astypalæo, *Eliac.* II, 9, et alibi. Recte ergo lege de βιαίοις insimulandi erant hi Thebani. Et quidem apud agonothetas. Ad illos fugit provocavitque Heraclides antagonista Apollonii in prædicto loco Pausaniæ. Nec de vi mulieribus inferenda tantummodo legem illam intellectam monuit Harpocration. Imo laxiorem fuisse docet illius sententiam, κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὁτιοῦν. Imo tantundem valere βίαιον quod ἄδικον contendit Pollux[3]. Sed Thebanorum indoles ad vim inferendam promptissima ostendit in hac, de qua agimus, causa Dicæarchi, legem aliam fuisse nullam cujus violatæ rectius accusari potuerint πλῆκται illi Thebani, quam fuerit illa de βιαίοις. Cæterum Thebanos judices athlothetas agonum domesticorum habebant violenti illi Thebani, eadem cum se indole, et proinde violentiæ propitios. Inde factum ut inferiores discederent externarum civitatum hospites, quacunque tandem causæ suæ æquitate freti. Imo vitæ periculum adituros indicat auctor si qui judicio certare vellent

[1] Pag. 15. — [2] Fab. *Agon.* lib. III, c. 1. — [3] Pollux, *Onom.* lib. VIII, cap. 2.

ni se maturius e Bœotia subduxissent. Hoc est profecto quod voce ἀδιαφόρων intellexit, quod fuerint, ut in ira recipienda faciles, ita in eadem deponenda prorsus implacabiles; et, ne quidem sedato concitatæ mentis æstu, ad consilia æquiora redierint. Est enim Dicæarcho διάφορον pretium injuriæ factæ resarciendæ nomine constitutum. Sic ille de poeta Laone: Μαχὸν γὰρ ἄλλους ἐφεῖσθαι, μικροῦ διαφόρου τὸν ἀδικηθέντα ἐξαγορεύσας p. 17 (Huds.). Sic ἀδιάφορος appellandus erit qui pacis conditiones respuit, quæ si præstarentur, fuerit in gratiam concordiamque rediturus. Erant ergo, tam civibus suis, quam peregrinis implacabiles Thebani, si quis judicii vel meminisset quo jus suum fuisset prosecuturus. Ita factum ut, dum terrerentur singuli, nemo esset qui, judicii mentione facta, in urbe manere auderet usque ad causæ cognitionem. Hoc vult, ut puto, verbis illis, δικαιολογίαν μεταφέρειν, ut ne quidem dictus reo dies fuerit, quo se ad causam dicendam pararet. Hoc item verbis illis, δίκαι δι' ἐτῶν τὸ ἐλάχιστον ἀνάγονται τριάκοντα. Nam ad actionis initium spectabat δίκαις εἰσαγωγή. Fugatis enim, post ludorum quinquennalium finem, hospitibus athletis (horum enim actionem tam diutinam fuisse constat exinde quod illos oportuerit ex urbe discedere) judicum agonothetarum potestatem una solvendam norant male sibi conscii athletæ, dum novi redirent, sub novi quinquennii finem, ludi; et cum novis ludis novi quoque judices agonothetæ. Non ergo hoc volebat auctor, tricesimo quoque anno judicia de athletis fieri solita apud Thebanos, ut existimavit amicus interpres. Nescio an hoc potuerit denotare forma δι' ἐτῶν, certam nimirum reddituramque annorum periodum. Non tamen id perpetuum est. Nam et illam quoque vim habet, ut intervallum designet, quo demum elapso contigerit eventus nunquam deinde rediturus. Ita δι' ἐτῶν πλειόνων,

Act. XXIV, 17, post annos plures, interpreti vulgato. Periodus hoc in loco certa nulla esse potuit, quo ne quidem certus est annorum numerus. Ita διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν, Gal. II, 1, *post annos quatuordecim*, eidem latino interpreti. De unico loquitur quatuordecennio, non de periodo aliqua iterum repetenda. Sic in Herodoto[1], διὰ χρόνου τοσούτου, tam longo temporis spatio elapso. Et certe, si id voluisset Dicæarchus, rectius dixisset, δι' ἔτους τριακοστοῦ, quam, δι' ἐτῶν τριάκοντα. Hoc autem in loco, quo non judicum, sed antagonistarum, artificiis athletas ab accusatione deterrentium, judicia dilata fuisse docet; ne quidem potuit legitimam annorum periodum intelligere Dicæarchus, qua fuerint ὑπερθέσεις concludendæ. Imo ὑπέρθεσις nulla esse potuit adversarii nomine nondum delato. Non ergo id solenne esse vult, ut causæ agonisticæ ad agonem quinquennalem sextum, annumque adeo tricesimum, protraherentur; sed id ipsum (mirum licet et insolitum) hoc ipso, quo scripserit, anno contigisse. Id enim recte, ni fallor, colligemus e voce qua usus est præsentis temporis, εἰσάγεται. Sic fuerit annus, quo scripserit, agonalis; et tamen ab agone illo, de quo lis fuerat intentata, tricesimus. Vix est cur dubitemus, quin ad hunc numerum implendum fecerit thebanæ urbis excidium. Demus ergo vicisse athletam illum quicunque demum is fuerit, qui, post annum tricesimum, causam egerit de vi sibi ab antagonista illata, ipso illo anno quo urbs ab Alexandro fuerat excisa, olymp. CXI $\frac{1}{2}$. Addantur olympiades VII, et anni præterea duo, qui numerum conficiunt tricenarium, desinentque anno olymp. CXVIII $\frac{3}{4}$. Sic fiet ut annus, quo opus prosaïcum scripserit Dicæarchus, anno, quem dixi, serior esse ne quidem potuerit. Ita autem eveniet, ut novam servi-

[1] Herod. lib. IV, cap. 1.

tutem quam subierint omnes sub Demetrio Poliorcete, cum fugato Lachare, Musæum ipse præsidio muniret; non attigerit. Imo ne quidem tyrannidem ipsius Lacharis. Nam Lacharem, quamprimum de illius tyrannide nuncium acciperet, mox aggressus est Demetrius. Proinde fieri ne quidem potuit, ut diu ille imperium tenuerit. Nam certe post cædem patris Antigoni olymp. CXIX, 4, cum Athenienses urbe Demetrium excluderent, nondum Lachares tyrannide potitus est. Ita habebimus ex hoc ipso triginta annorum intervallo argumentum; quo minus Dicæarchi verba ad recentiores illis, quas dixi, servitutes referri potuerint, seu Chalcidensium, seu ipsorum etiam Atheniensium. Nihil tamen vetat quin paulo antiquior excisæ urbis Thebanæ anno fuerit athletæ victoria. Cæterum ne vel ita quidem locus erit plusquam uni quinquennio, quo ante urbis excidium, præmium victoriæ, ante quinquennium partæ, fuerit dilatum. Esto enim. Fuerit annus excisæ urbis olymp. CXI, 2, ipse agonalis. Tum autem territus fuerit athleta, quo minus jus suum apud agonothetas experiretur. Sic annus victoriæ fuerit olymp. CX, 1. Annus autem inde tricesimus olymp. CXVII, 3, quo hæc scripserit Dicæarchus. Sic fuerit a novæ urbis restauratæ fundamentis annus agonalis duntaxat unicus olymp. CXVI, 2, quo fuerit judicium de illius causa protractum. Vixdum urbe ad pomœrii tanti limites adducta. Non me tamen fugit quanto studio in patria restituenda laborarint veteres. Sic tamen spatium annuum absumebant, etiam cum avidissime huic studio incumberetur, urbes insigniores. *Festinantibus ad affectum operis, intra annum novam urbem stetisse*, auctor Livius [1] est de Roma a Gallis incensa. Idemque spatium in urbe Atheniensi restauranda, postquam a

[1] Livius, lib. VI, cap. 4.

Xerxe fuerat excisa, agnoscit etiam Thucydides [1]. Sic facile intelligemus quo pacto evenerit ut ad annum usque tricesimum dilata fuerint judicia de athletis. Anno excisæ urbis suæ ferocissimos fuisse Thebanorum animos e Diodoro manifestum est. Non est proinde cur miremur si tunc athletas a jure suo vendicando terruerint. Proximo autem a restaurationis initio anno, odiosum erat si novæ patriæ lætitiam vixdum peractæ causis in cives dicendis interpellasset athleta peregrinus, cum ægre ludis ipsis vacare possent, cum agerent patriæ quasi ferias. Ego certe horum annorum situm commodiorem nullum invenio. Ex his enim nostris hypothesibus ratio redditur facillima cur agonalia hæc judicia tantisper fuerint dilata, et cur tandem aliquando, elapso quinquennio, sedatis publica lætitia animis, fuerint repetita. Et quidem talis illa ut ab hoc, in quo versamur, anni olymp. CXVII; 3, longe aberrare non potuerit annus quo exararit illa Dicæarchus.

§. VI. Opus Dicæarchi metricum memoriale erat locorum insignium in tabulis ejusdem geographicis traditorum. Quæ quidem tabulæ erant orbis universi.

Hæc nos ex utraque horum fragmentorum a Stephano et Hœschelio editorum parte, tam ligata, quam soluta; e quibus apparet utramque temporis esse non admodum diversi, neutram autem Dicæarchi ætate alienam. Non itaque pugnat tempus, quo minus utraque fuerit a Dicæarcho. Censuerunt hactenus plerique unius ejusdemque operis fuisse diversas tantummodo partes, quod ego me fateor præstare non posse. Contra rem potius se habuisse suspicor. Consilium utriusque scripti ego admodum diversum fuisse arbitror. Operis metrici consilium erat, ni fallor, ut descriptas in tabella geo-

[1] Thucyd. lib. I (cap. 93).

graphica urbes insigniores versibus traderet memoriam juvantibus, paucis nimirum complexus quæ de iisdem tradiderant fusius antiquiores sese geographi. Recteque hæc in personam convenient utramque, tam Dicæarchi, quam ipsius quoque Theophrasti. Nam Dicæarchum illis accenset Agathemerus [1] qui chartarum geographicarum artem excoluerint. Imo tabulas Dicæarchi memorat Cicero [2]: similesque tabulas a Theophrasto legatas e tabellis ejus testamentariis constat, quas vidit Laërtius [3]. Pro hypothesibus, ut videtur, ipsius Dicæarchi, et ab ipso Dicæarcho fortasse donatas condiscipulo Theophrasto. Placuisse enim Theophrasto has ipsas Dicæarchi rationes ex his ipsis illius versibus intelligimus. Nec enim alio illos retulerim (vs. 12, sqq.):

Ὑπολαμβάνω γὰρ, ἀσφαλῶς ὑμῖν ἔχειν,
Κεῖσθαί τε τὰς μάλιστα διασήμους πόλεις,
Ἄλση, ποταμοὺς, νήσους τε, τοὺς διάπλους τε χὠ
Λιμένας· ἅ, τ' ἐστὶν ἐν Πελοποννήσῳ γένη
Λεγόμενα καὶ ὁμορεῦνθ' ἑαυτοῖς κατὰ τόπους·
Ἵνα μηδὲ ἕν σε τὸ σύνολον διαλανθάνῃ,
Φανερῶς ἑκάστων ὁμολόγως τε κειμένων,
Ὡς' ἀναλαβόντα καὶ διὰ μνήμης ἔχειν.

Vox illa κεῖσθαι omnino ad tabellas, ut existimo, referenda est geographicas [4], in quibus locum habuerint civitates maxime illustres, nemora, fluvii, insulæ, portus, et intervalla oram legenti maritima. Hæc enim intelligenda nomine διάπλων docet ipsum opus; non autem freta, seu trajectiones ad oras aliquas oppositas. Situs ille horum omnium, qua φανερὸς erat et ὁμόλογος, ægre potest de hoc scripto intelligi, sed potius de tabellis geometrica arte designatis, quales confecerat Dicæarchus, habuitque Theophrastus. Nam de ratio-

[1] Agathem. lib. I, c. 1. — [2] Cicer. lib. VI, *ad Att. ep.* 2. — [3] Laërt. lib. V, n.° 51. — [4] Cf. Creuzeri *Hist. gr. Fragm.* pag. 11. G.

nibus proportionibusque geometricis illam, ni fallor, intellexit ὁμολογίαν. Idque manifestum facit quod habet, hoc in loco, de Peloponneso. Illam enim emensus est, teste Suida, qui inter opera illius recenset καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν. Sic enim legendum, non ὀρῶν, ut hactenus viri eruditi, qui inde collegerunt de Peloponnesi montibus scripsisse Dicæarchum. Utque solet ex errore nasci novus error, inde præterea collegerunt, illius operis laciniam esse, quam habemus de monte Pelio; quasi vero cum Peloponnesi montibus commune quidpiam haberet mons ille Pelion. Sed limites fuisse urbanarum ditionum contiguarum, quas Dicæarchus emensus exploraverit, ex hoc ipso illius loco discimus, quo γένη in Peloponneso ὁμορούνθ' ἑαυτοῖς a se descripta fuisse testatur. Et nostri fortasse Dicæarchi exemplo, junior aliquis Dicæarcho Xenophon scripsit similiter ἀναμετρήσεις τῶν ὅρων, quarum meminit Stephanus in Ὠρωπός. Sic enim scribendum vidit Salmasius. Ita τοὺς Θηβαίους ὅρους descripsit Aristophanes, Steph. voc. Ἀντικονδυλεῖς. Et ὅρους Ephesinos vetus aliquis auctor a Stephano excerptus in voce Δαπύλιον. Et ὅρους Σαμίους Æthlius, Athen. lib. XIV, cap. 17, p. 650, D; cap. 19, p. 653, fin. Habet et alia exempla cl. Casaubon. ad Athen. XII, 9. Præter quos Charon Lampsacenus scriptor antiquissimus ὅρων, Athenæo teste et Suida. Talem forte ὅρον scripsit Clearchus, quo mores Atheniensium memoratit, Athen. l. X, c. 23 (p. 457, C, Casaub.); Siphniorum ὅρους scripsit Malacus, Athen. lib. VI, cap. 19 (p. 267, A). Nova enim in hoc opere pollicetur noster, nec ab aliis tentata (init.):

Ἰδιόν τι πλάττων, κ' οὐχὶ τὸν ἑτέρων πόνον
(Ὅσπερ ἔνιοι ποιοῦσιν) ἐμαυτοῦ τιθέμενος.

Plane, ut videtur, hanc suam operam, qua Pelopon-

memoriter teneret. Primus hoc fecisse videtur qui de propriis inventis adeo gloriatur. Ita ab illius exemplo alii quoque didicerint geographi, ut locorum nomina versibus complecterentur, Scymnus Chius, et Dionysius Periegetes, aliique: at quidem hoc eo consilio, ut argumentum præberent futuris Theophrasti in Peripato institutionibus. Διατριβὴν appellat Dicæarchus[1]. Hac autem voce præceptorum colloquia institutionesque venisse e multis constat exemplis apud Stobæum. Sic ergo voce plurali ὑμῶν, vs. 12, non solum Theophrastum, sed una cum illo discipulos, complexus est; Quod scilicet res Theophrasto cum discipulis fuisset in illa, cujus supra meminerat, διατριβῇ. Rogat item ut enixis viribus Theophrastus in hujus operis cultum incumberet. Verba illius huc spectantia hæc sunt: Συμφιλομάθησον· καθάπερ εἴωθας ποιεῖν. Nescio an ad nomen μαθητῶν alludat Dicæarchus, qui fuerat ipse Theophrasto sub Aristotele συμμαθητής. Crediderim præterea φιλομαθεῖν, pro sententia Dicæarchi, studium inquirendi magis designare, quam discendi. Sic enim ipse alibi, vss. 37, 38:

............τοῦτο δ' εἶναι συμφανὲς
Τοῖς φιλομαθέσι μάλιστα φιλοτιμουμένοις.

Hic certe illos indicare videtur, qui tanta virium contentione veritatem investigant, quanta honores prosequuntur homines ambitiosi. Sic enim vocem φιλοτιμεῖν usurpavit etiam Apostolus φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν. 1 *Thess. sal.* IV, 11. Nec aliter, ut puto, vocem φιλομαθὴς usurpavit Isocrates scriptor atticus et paulo antiquior Dicæarcho, sententia illa notissima: ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής[2]. Hoc enim volebat, eum multa reperturum, qui summam diligentiam in investiganda veritate adhibuisset. Docet ergo solitum Theophrastum communem

[1] Vs. 7. — [2] *Ad Demonic.* (p. 6, l. 39; ed. Wolf. 1570).

operam cum Dicæarcho ponere in studiis communibus. Inde intelligimus quam fuerit inter illos arcta studiorum conjunctio. Hæc ideo nimirum Dicæarchus, ne contentus esset Theophrastus perfunctoria operis recensione, cujus ansam suppeditatura esset discipulorum institutio. Ex his ergo omnibus consilium hujus operis metrici manifestum esse puto. Ut scilicet locorum nomina complecteretur quorum meminerant tabulæ Dicæarchi, quæ plane eædem fuerint quas testamento suo legavit ipse Theophrastus. Collegit autem hæc nomina urbium *ἐκ παλαιῶν συγγραφέων*, vs. 9, quod tamen ita intelligendum non est quin et Thebarum meminerit nuper restitutarum. Urbs tamen ipsa erat profecto vetustissima. Cæterum e dictis constat non Græciam solam hic explicavisse Dicæarchum, ut fecit in opere de vita Græciæ. Idque satis ostendit plane aliud fuisse opus ejusdem metricum ab eo quod sub nomine *Vitæ Græciæ* advocant veteres.

§. VII. Græciæ rationem potissimam habebant veteres etiam in chartis universalibus.

Græciæ tamen præcipuam rationem fuisse constat in hoc ipso opere metrico, ex his ipsis quæ habemus illius fragmentis. Constat sane. Non tamen obstat illud, quo minus referri potuerit ad tabulas orbis, qua tunc innotuit, universales. Illum enim morem apud veteres receptum esse, in tabulis etiam universalibus, docet Agathemerus : *Οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ*[1], inquit, *τὴν οἰκουμένην ἔγραφον στρογγύλην, μέσην δὲ ἡγεῖσθαι* (l. *δ' ἡγεῖσθαι*) *τὴν Ἑλλάδα, καὶ ταύτης Δελφούς· τὸν ὀμφαλὸν γὰρ ἔχειν τῆς γῆς*[1]. Nota est apud veteres[2] fabula de Jovis avibus ab oriente simul atque occidente emissis, et in illum

[1] Lib. I, c. I. — [2] Pausan. *Phoc.* c. 16; Strab. lib. VII, p. 328 (505, C); lib. IX, pag. 419, 420 (p. 643, A); et *ibid.* Casaubon. (p. 642).

Delphorum ὀμφαλόν convenientibus. Meminit illius, teste Strabone, Pindarus, aliique Græcorum auctores vetustissimi. Et nomen *umbilici* pro *medio* accipi, ostendit ad Strabonem Casaubonus. Hac autem fabula de Delphis illius urbis umbilicum non ad unam aliquam regionem, sed ad orbem universum retulerunt. Erat ergo hæc opinio apud veteres recepta ante Democritum, quæ vel ipsa satis docet quam fuerit imperfecta temporum illorum geographia. Formæ enim rotundæ medium designabat nomen ὀμφαλοῦ, seu umbilici, qua ab humani ventris umbilico ad punctum medium in aliis corporibus designandum traducebatur. Sic etiam nomen umbonis in clypeo, cujus forma rotunda erat omnium antiquissima. Proinde partes orbis extremas quaquaversum ab illo Delphorum umbilico pariter distare credebant, qui primi illum pro orbis universi medio habebant. Plane ut hodierni Sinenses, quibus Jesuitæ non aliter placere possunt, nisi chartis geographicis, pro illorum sententia constructis. Dum hæc opinio obtinebat, erat profecto consentaneum, ut a Græcia inciperent conatus omnes geographici : inde autem, tanquam a centro, ut ad alias orbis regiones fierent progressus. Quanquam autem hunc errorem redarguerit Democritus, non erat tamen cur a more jam recepto propterea discederet. Erat contra, cur inde inciperetur, tanquam a regione omnium exploratissima. Nondum scilicet inventis lineis, quibus loci uniuscujusque situs designaretur, cœlestibus *longitudinis* atque *latitudinis*; nondum excogitatis climatibus, quæ latitudinis lineas supponunt omnino præcognitas. Tum certe methodus nulla melior esse potuit quam ut a notissimis procederet exordium. Inde autem ut reliquorum situs constitueretur, qua quidem distabant a locis notissimis. Quanquam ergo in hoc opere metrico

de Græcia quædam docuerit auctor, aliud tamen erat illius diversumque consilium ab eo quo egit ex professo de vita Græciæ.

§. VIII. Operis Dicæarchi de vita Græciæ vestigia sunt in fragmento prosaïco, non item in metrico.

Hoc ut luculentius constet, ostendendum superest quid sibi vellet hoc titulo auctor. Id quod non aliunde melius, quam ex ipso discemus Dicæarcho. Opere enim certe prosaïco, imo his ipsis quæ habemus illius operis fragmentis, *βίον* earum quas describit, gentium memorat aliquoties. De urbe Bœotorum Tanagra[1] : Προσπάθειαν, καὶ πρός τι γένος ἀκρασίας ἥκιστα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατανόησαι, δι' ἣν ὡσαπλοπολὺ τὰ μέγιστα γίνεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἀδικήματα. Οὐ γὰρ ΒΙΟΣ ἐστὶν ἱκανὸς, προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται, χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν. Paulo superius de iisdem[2] : Οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ταῖς μὲν οὐσίαις λαμπροὶ, τοῖς δὲ ΒΙΟΙΣ λιτοί. Victum, ni fallor, hoc in loco, opponit supellectili, victum nimirum intelligens nomine *βίου*, nomine autem *οὐσίας* supellectilem. Etiam de Thebis[3] : Οἱ δὲ ἐνοικοῦντες, μεγαλόψυχοι, καὶ θαυμαστοὶ ταῖς κατὰ τὸν ΒΙΟΝ εὐελπιστίαις. De Anthedone : Οἱ δὲ ἐνοικοῦντες σχεδὸν πάντες ἁλιεῖς, ἀπ' ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν ΒΙΟΝ ἔχοντες. Hic *victus* nomine intelligi videmus non ὀψώνια tantummodo, aut victus, qui quotidianus appellari solet, expensas; sed *quæstum* potius, qui victum illum suppeditet. E tot tam brevis fragmenti locis, quibus incolarum *βίος* memoratur, vestigia manifesta tenemus operis a Dicæarcho de vita Græciæ conscripti; et quid *βίου* nomine intellexerit Dicæarchus. Cum autem Græciam in hoc fragmento tantummodo memorari videmus, facile inde intelligemus quæ de illo habet

[1] Pag. 13, Huds. — [2] *Ibid.* 12, 13. — [3] *Ibid.* 15.

βίῳ ad Græciam esse proinde referenda. In opere metrico nihil tale reperimus. Nihil ibi legimus de gentium a se descriptarum *βίῳ*. Contra in opere de *βίῳ* Ἑλλάδος victum Græciæ descriptum a Dicæarcho fuisse docent qui libros ab eo de hoc argumento elucubratos ipsi suis oculis usurpabant. Inde Græcos aureo sub Saturno seculo, non carnibus, sed frugibus pomisque, victitasse didicit Hieronymus[1]. His plane gemina ex eodem hausit Dicæarchi opere Porphyrius[2]. Non tamen victum tantummodo, vel quæstum; sed mores etiam consuetudinesque, imo et leges, hoc *βίου* nomine venisse docet scholiastes Apollonii[3]. Ait ille Sosonchosidem Ægyptiorum regem Ἑλληνικοῦ *βίου μεμεληκέναι*. Et pro Ἑλληνικοῦ *βίου* specimine habet, ne filii paternas artes relinquerent. Ad mores hoc pertinuisse manifestum est. Tale nihil legimus in opere metrico, verum ea sola quæ ad rem spectarent geographicam, tabulasque quas dixi, Dicæarchi et Theophrasti communi opera elaboratas. Hæc tamen fere perpetuo in scripto soluto Dicæarchus, imo in hoc ipso quod habemus illius fragmento. Primo victum, tum mores indolemque gentis cujusque narrat a victu emanantes. Et quidem ad mores spectant quæ ex hoc opere *περὶ τοῦ τῆς* Ἑλλάδος *βίου* adduxit Athenæus[4]. Observaverat Dicæarchus quanta pellicum turba septus processerit ad bellum in Alexandrum Darius. Hoc nempe, ut videtur, consilio ut Ἑλληνικοῦ *βίου* continentiam præ tam fœdo æmulo commendaret. Idem [5] ex eodem habet Dicæarchi opere morem Græcorum *ἐπιχώρειον* de crembalis, quæ instrumenta erant musica fœminarum saltationibus et cantilenis accommodata. Mallem itaque ut sic hujus libri titulus

[1] Hieronym. *contr. Jovin.* lib. II. — [2] Porphyr. *de Abst.* lib. IV, n. 2. — [3] Schol. in Apoll. *Argon.* l. IV, vs. 272. — [4] Ap. *Athen.* l. XIII, c. 1, p. 557 (B, Casaub.). — [5] Ap. *Athen.* lib. XIV, cap. 8, pag. 636 (C).

latine conciperetur : *de victu moribusque Græciæ.* Sic magis, ut opinor, consilio Dicæarchi responderet.

§. IX. Verus operis metrici titulus erat : Δικαιάρχου Ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον. Quales fuerint veterum Ἀναγραφαί.

Ita tamen etiam a scripto metrico aliud hoc opus fuerit prosaïcum, ut ubi de eadem agit Græcia, alio tamen et diverso consilio eandem tractarit. Proinde et titulum operis tam diversi alium fuisse consentaneum est. Imo titulum alium repererunt operi metrico præfixum editores. Hunc nimirum : Δικαιάρχου Ἀνάγραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον. Imo rursus metrici operis versibus ultimis subjunctum : Τέλος Δικαιάρχου Ἀναγραφῆς. Mallem ergo hunc titulum servasset amicus novæ editionis procurator. Est enim, ut existimo, veritati propior. Nec enim habet, quos sequatur, veteres qui ex hoc scripto metrico quidpiam produxerint sub nomine βίου Ἑλλάδος. Satis autem apte respondet titulus Ἀναγραφῆς. Hoc enim nomine scripta omnia publice prostantia complectebantur veteres; seu στήλαις illa, seu πίναξι, prostarent; seu etiam archivis publicis reponerentur. Ut enim recte donaria deorum ἀναθήματα appellabantur, recteque eadem ἀνακεῖσθαι dicebantur; sic, pro eadem grammatica analogia, scripta quæque publice prostantia ἀναγεγράφθαι rectissime censebantur. Ita archontum seriem ex archivis depromtam ἀναγραφῆς titulo insignivit Demetrius Phalereus [1]. Similiter historiam Tyriorum ex archivis Tyriorum editam ἀναγραφὴν appellat Tatianus [2], ἀναγραφὰς Theophilus Antiochenus [3], ἀναγεγραμμένα Josephus [4], qui et alia adhibet verba tantundem valentia. Idem præterea docet qualia

[1] Ap. Laërt. lib. I, cap. 22; lib. II, cap. 7, et Marcellin. *vit. Thucyd.* — [2] Tatian. *Orat. ad Græc.* n. 58. — [3] Theoph. *Ant.* lib. III, *ad Autolyc.* — [4] Joseph. *contr. Apion.* lib. I, pag. 1042 (B, ed. Rouer. 1611).

scripta hoc nomine intellexerit, nempe πολλῶν ἐτῶν γράμματα δημοσίᾳ γεγραμμένα καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς. Alibi γραμματοφυλάκια δημόσια[1]. Alibi τὰ Τυρίων ἀρχεῖα[2] idem vocat Josephus. Sic etiam fictitiam historiam quam se e cippo aureo templo Panchaïci hausisse commentus est Euemerus, ἱερὰν ἀναγραφὴν nuncupat Eusebius[3]. Et vocem de eadem ἀναγεγράφαμεν ipse ibidem adhibet Euemerus. Erat enim in more apud veteres ut monumenta publica prostarent in templis, quo facilius ab omnibus consuli possent, utque loci ipsa religione tutiora essent a falsariis. Recte ergo ἀνάγραπτον, φανερῶς γεγραμμένον, tam Hesychio, quam etiam Suidæ. Inde intelligimus verba Xerxis in epistola ad Pausaniam a Thucydide[4] conservata: Κεῖσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. Pollicetur nempe fore ut illud Pausaniæ beneficium in regis commentarios diurnos referretur, ne unquam memoria illius elaberetur. Tales enim benefactorum catalogos fuisse sacra Estheræ docet historia. Et memores beneficiorum reges Persarum, etiam in se privatos collatorum, Sylosontis et Darii Hystaspidæ exemplis ostendit Herodotus[5]. Etiam πινάκων, seu tabularum, ἀναγραφὰς fuisse testis est auctor Etymol. magni ex inedito auctore Georgio Chœrobosco qui hodieque exstat in thesauro Bodlejano. Memorat ille πίνακας a Callimacho[6] grammatico confectos, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων· οἷς ἐντυχὼν ὁ Γραμματικὸς ἐποιήσατο τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων. Nempe poetarum διδασκαλίας complectebantur illæ tabulæ, quibus similes confecisse etiam Pergamenæ bibliothecæ grammaticos docet Athenæus[7], easque vocat similiter ἀναγραφάς. Et quidem ex archivis emanasse constat didascalias illas omnes, tam

[1] *Antiq.* l. VIII, c. 2, p. 258 (F). — [2] *Ibid.* p. 267 (G). — [3] Euseb. *Præp. ev.* l. II, c. 2. — [4] Thucyd. lib. I, n. 129, p. 71. — [5] Herod. lib. III, cap. 140. — [6] Etym. magn. voc. πίναξ. — [7] Athen. lib. VIII.

græcas, quam latinas, ipsis magistratuum, sub quibus doctæ fuerant, nominibus consignatas. Inde manavit exemplum, ut catalogi cujuscumque generis, et summæ rerum seriatim dispositæ, ut solebant in tabulis, et quales hodieque repræsentantur in librorum indicibus, quæ hodieque tabularum nomine veniunt, etiam ἀναγραφῶν nomine censerentur. Recte ergo Ἀναγραφαὶ[1] appellandæ erant tabulæ Dicæarchi, quas etiam a Theophrasto legatas ostendimus, ut in porticu prostarent. Et recte metri illi pro Ἀναγραφαῖς habendi qui hoc fine conditi sunt ut memoriæ consuleretur, et quo citius occurrerent urbes in tabulis repræsentatæ. Nam et descriptos ex ἀναγραφαῖς libros, ipsos quoque ἀναγραφὰς appellatos ostendimus. Et urbium ægyptiacarum ἱερὰς ἀναγραφὰς memorat Diodorus I, 31. Et quidem a temporibus antiquis. Sic enim ille: Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀρχαίων χρόνων ἔσχε κώμας ἀξιολόγους, καὶ πόλεις πλείους τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς ὁρᾷν ἐστι κατακεχωρισμένον. Itaque jure suo pro ἀναγραφαῖς habendi erant hi metri qua urbium catalogum complectebantur. Eoque magis si etiam, ipsi in eadem, qua geographicæ tabulæ, porticu prostiterint. Quod sane non est improbabile. Hucusque ergo titulum hujus fragmenti metrici genuinum existimo, et pro mente Dicæarchi. Quod vero ea fere sola hic legamus quæ ad Helladem spectant; hoc collectori imputandum existimo, qui e diversis Dicæarchi operibus ea in unum redegerit corpus, quæ ad Græciam, pro Dicæarchi sententia, illustrandam pertinerent. Sed poterat etiam ad partem operis titulus ille referri pro mente collectoris, qua Græcia sola recensebatur, similiter ac in opere de vita Græciæ. Nullum tamen fateor occurrere titulum initio fragmenti

[1] De voce ἀναγράφειν conf. Schneid. Lex., et Apollon. schol. IV, 321, G.

prosaïci, quod nos librorum de vita Græciæ fragmentum esse probavimus.

§. X. In opere metrico locum habebant insulæ, et Peloponnesus, quæ ad Græciam non spectabant a Dicæarcho in vita Græciæ descriptam.

Utcunque tamen, licet metrici operis pleraque ad Græciam spectare fateor, sunt nihilominus etiam in illo nonnulla aliena prorsus ab Hellade. Nihil ad illam spectabant insulæ quas in fine legimus secundi fragmenti, quas tamen primi operis metrici fuisse vincunt et metri quibus concipiuntur, et titulus in fine subjectus, et promissæ fragmenti prioris initio insulæ; vs. 14. Plane tamen extra fines Græciæ illæ erant insulæ, qua Græciam infra Thessaliam vel Magnesiam concludit Dicæarchus. Nihil ad Græciam ipsa quoque Peloponnesus, quæ locum habebat in Ἀναγραφῇ præcipuum, ipso auctore teste, vs. 15. In Hellade nullum habere potuit, ne quidem laxiori illo sensu quo vocem illam usurpavit in opere de vita Græciæ. Nam a Peloponneso Græciam exorditur, ipsa nimirum exclusa Peloponneso. Ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαϐὼν, inquit ipse Dicæarchus. Sic illum intellexit auctor (quicumque demum is fuerit) qui hæc operum tam diversorum fragmenta inter se commisit. Perductis enim ad initium Peloponnesi metris, sic pergit ex opere de vita Græciæ prosaïco : ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπεισιν ἄστυ. Quasi flexis deinceps habenis, ne extra Græciæ a se designatæ oleas evageretur. Collectoris enim vel commissoris de primario auctore loquentis verba illa potius fuisse suspicor, quam ipsius Dicæarchi. Similia alia exempla loquentis collectoris in fragmento de monte Pelio observavit cl. Fabricius. Sic Plinius [1], *utrinque lateribus angusta cervice Peloponnesum contingere Hellada* scribit.

[1] Plin. *Hist. nat.* lib. IV, cap. 4.

Rursus[1]: *Ab Isthmi angustiis Hellas incipit, nostris Græcia appellata. In ea prima Attica* &c. Ita etiam Helladem a meridie isthmo Peloponnesi claudit Ptolemæus[2]. Adeo nimirum usque ad sera tempora descendit significatio Ἑλλάδος quæ Peloponnesum exclusit. Et tamen illi ipsi limites a Dicæarcho positi multas complectebantur urbes non indigenas græcas, sed tantummodo colonias. Et coloniæ græcæ cum Heraclidis, jam diu ante tempora Dicæarchi, totam occupaverant Peloponnesum. Est forte cur miremur, tamdiu obtinuisse arctum illum vocis usum. De facto tamen ita rem fuisse manifestum est. Nostro autem instituto abunde sufficit, quod ita se res habuerit, saltem ætate Dicæarchi. Inde enim evincitur, scripta invicem diversa fuisse, quæ de argumentis egerint adeo invicem diversis.

§. XI. Fragmentum *de monte Pelio* etiam Dicæarchi fuisse verisimile est.

Transeo jam ad fragmentum ultimum *de monte Pelio,* quod nos cl. debemus Fabricio, ipse autem apographo Gudiano. Utinam constaret quo jure illud Dicæarcho inscripserint viri eruditi. Auctoris nomen in titulo græco occurrebat plane nullum. Et nullum esse argumentum jam ostendimus quod ex opere Dicæarchi colligitur, de montibus, ut existimabant, Peloponnesi. Maxime huc spectare videbitur, quod in hujus fragmenti fine transitum legimus ad verba de limitibus Græciæ p. 20 hujus editionis occurrentia, quæ Dicæarchi esse, et e libris illius de vita Græciæ petita, jam agnovimus. Hi tam diversi verborum eorundem nexus excerptorem arguunt alium atque alium, qui verba Dicæarchi transposuerit, pro suo uterque arbitratu. Non me quidem fugit in excerptis Constantini Porphyrogenneti memorari plerumque titulum quo quærenda

[1] Lib. IV, cap. 7. — [2] Ptolem. *Geogr.* lib. III, cap. 15.

sint auctoris excerpti verba proxime sequentia. Ita factum ut de nexu constaret, qualis fuerit apud ipsos exemplorum auctores. Sed ipsius Dicæarchi hic, de quo loquimur, nexus esse non potuit. Serius enim opus de monte Pelio, quam fuerit illud quo de vita egit Græciæ, mox fuisse probavimus. Quod si alterius hic nexus fuerit excerptoris, sic erit incertum, idemne fuerit utrique consilium, a solo Dicæarcho, quæ ad rem suam facere viderentur, excerpendi. Magis tamen eo propendeo ut existimem ita rem fuisse. Favet, ut opinor, quod nullum utrobivis titulum legamus, seu auctoris, seu operis, præterquam in excerptorum initiis. Quasi nimirum illud satis existimasset uterque auctoris nomen semel posuisse, nec multum interesse, dummodo de auctore constaret, e quo illius auctoris opere quidque depromtum esset, ostendere. Magis tamen mihi placere fateor postremi excerpti consilium atque methodum, propiusque videri accedere ad sententiam primarii excerptoris. Primum titulum fuisse vidimus : Δικαιάρχου Ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον. Verba τῆς Ἑλλάδος ab excerptore fuisse credo, qui sola ea excerpenda sibi duxerat quæ ad Helladem spectarent. Consilium enim Dicæarchi in illo ipso opere latius fuisse probavimus. Sequebatur deinde admodum opportune ejusdem Dicæarchi Ἀναγραφή tamen alia, quæ non Helladis fuerit, sed montium a Dicæarcho permensorum, in quibus locum habuerit mons ille Pelion. Num autem ultimum locum mons ille tenuerit in Dicæarchiana montium Ἀναγραφῇ, nobis incompertum est. Si non habuerit, non incommode deinde secutura erant e tertio Dicæarchi opere de vita Græciæ excerpta, hoc ipso ordine quo in postremis excerptis posita videmus. Nempe post utriusque generis ἀναγραφάς. Nec opus videri poterat ut auctoris nomen excerptorum initio

positum repeteretur. Et ne quidem ut operis titulus præfigeretur, si alii secuti fuissent in montium Ἀναγραφῇ post Pelion montes, a quorum ultimo secutura fuerint fragmenta de vita Græciæ, et cum fragmentis ipsis titulus operis unde fuerint depromta. Melius autem, pro sententia ipsius quoque Dicæarchi, fragmenta operis de vita Græciæ ab ipsa Hellade inire oportebat, quam, ut in prioribus fragmentis, ab urbe Atheniensi. Vix enim est cur dubitemus quin a Græcia incepturus fuerit ipse Dicæarchus, tum deinde ad singulas Græciæ urbes descensurus, in quibus locum habuerit urbs ipsa Atheniensis, forte primarium. Est ergo vetustior, ut existimo, dispositio illa fragmenti Fabriciani, qua montem Pelion proxime exceperunt fragmenta de Græcia in universum, quam sit illa fragmentorum priorum quibus ultimo loco leguntur, post urbes atticas et bœoticas quæ primo ante urbes omnes loco de Hellade ipsa ejusque terminis disseruerat ipse Dicæarchus. Certe vel ex ipsa illius metrica urbium Ἀναγραφῇ constat, a vs. 31 incipere quæ de Helladis universæ limitibus tradidit in hoc opere Dicæarchus, et ab urbibus Helladis occidentalioribus orientem versus illum fuisse progressum. Cur itaque dubitemus quin in opere de vita Græciæ prosaïco fuerit similiter processurus? Sed mutila admodum habemus; nec primi seu collectoris, seu excerptoris, consilio respondentia hodierna tot Dicæarchi operum fragmenta. Deest in Ἀναγραφῇ metrica Attica universa. Desunt autem in fragmentis librorum de vita Græciæ, præter urbes bœoticas paucasque atticas, reliquæ Græciæ urbes pene universæ. Desunt in hoc postremo fragmento montes reliqui a Dicæarcho emensi omnes præter Pelion. Deest præterea collectoris, seu excerptoris, siqua unquam fuerit, præfatio, qua redditurus fuerit operæ suæ consilium.

Quanquam ergo Dicæarchi nomen non occurrat in hac unici montis Ἀναγραφῇ, poterat occurrere in montium initio; poterat in capite prioris urbium Ἀναγραφῆς; poterat in excerptorum, siqua fuerit, præfatione. Nexus tamen occurrit cum illis de Hellade verbis quæ Dicæarchi fuisse jam probavimus. E socio ergo hoc quoque de monte Pelio fragmentum ejusdem. Dicæarchi esse verisimillimum est. Præsertim si aliunde constet de hoc montium argumento quicquam scripsisse Dicæarchum.

§. XII. Scripsit certe Dicæarchus de montibus non solius Peloponnesi, sed imperii macedonici universi.

Hoc autem certe veteres habemus qui testentur. Non quidem puto proprio aliquo opere de montibus scripsisse Peloponnesi. Montes tamen observavit Græciæ universæ. Et præter illos etiam montes Peloponnesi. Ut a posterioribus exordiar; Cyllenes, qui altissimus erat montium Peloponnesi, altitudinem stadiorum XV fere fuisse tradit, et quidem [nostro] Dicæarcho nostro auctore, Geminus [1]. Hinc sane constat Peloponnesi, non ὄρους solos, verumetiam ὄρη, emensum esse Dicæarchum. Nec enim aliter, quis fuerit montium in Peloponneso altissimus docere potuit, nisi reliquorum, quotquot censebantur, in Peloponneso montium altitudinem habuisset similiter exploratam. Nihil tamen illos Peloponnesi montes commune habuisse fateor cum hoc, de quo agimus, monte Pelio. Hunc tamen quoque montem a Dicæarcho similiter emensum tradit major Plinius [2]. Sic enim ille: *Dicæarchus vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion, M. CCL. pass. ratione perpendiculi,*

[1] Gemin. *Elem. astr.* cap. 14. pag. 55. — [2] Plin. *Nat. hist.* II, 65.

nullam esse eam portionem universæ rotunditatis colligens. Non equidem habemus in hoc nostro Dicæarchi fragmento verba ipsius Dicæarchi huc spectantia. Vel inde intelligimus non omnia, quæ de monte Pelio scripsit Dicæarchus, in hoc legi fragmento. Merito autem observandum, pro monte simpliciter altissimo haberi a Dicæarcho montem Pelion. Non autem Græciæ, non Thessaliæ, ut antea docuerat, inter Peloponnesi montes altissimum fuisse Cyllenen. Cur illud vero? Nempe quia illorum montium, quorum altitudinem permensus est, altissimum repererat ipse Dicæarchus. Permensus autem est non unius tantummodo alteriusve regionis, sed qua patebat saltem imperium macedonicum. Hoc enim erat, ni fallor, quod volebat Plinius, cum diceret, regum cura montes fuisse permensum. Reges enim intellexit Philippum Aridæum Alexandri M. fratrem, una cum ejusdem Alexandri filio, sub quibus montium metiendorum curam susceperit Dicæarchus. Et sane tum tempora erant pacatissima, studiisque hujuscemodi aptissima, cum nondum arma in se convertissent Alexandri duces, sed unos eosdemque dominos omnes agnoscerent. Ita ergo si res habuerit, est sane verisimillimum montes emensum regionum omnium, quæ dominos Macedones agnoscebant celeberrimos: Græciæ scilicet latissime sumtæ, Asiæque. Hinc ergo hausit, ni fallor, Plinius quæ habet de regionis cujusque montibus: saltem libris illis quorum catalogis græcorum auctorum occurrit nomen Dicæarchi, quique rem geographicam tractant ex professo. Convenitque satis accurate. Libro operis mirandi III° (qui I^{us} geographicus est) montes in censum venisse constat ex illius libri argumento, qua libro operis I° illud designavit ipse Plinius. *Libro* (inquit) III° *continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, montes* &c. et in fine meminit *montium præclaro-*

de vita Græciæ pars esse potuit, quæ montes imperii macedonici, quaquaversum patebat, conclusit omnes. Denique quia utroque illo opere recentius hoc de monte Pelio fragmentum sumus probaturi.

§. XIII. Montes emensus est Dicæarchus sub Philippo Aridæo Alexandri M. fratre et Alexandro Roxanes ex eodem Alexandro M. filio. Proinde inter olymp. CXIV, 2, affectum et olymp. CXV, 4. Quid ὄρων in Peloponneso καταμετρήσαι præstiterit Dicæarchus. Ipse primus, ut videtur, auctor Chorographiæ Peloponnesiacæ.

Proinde jam ad tempus illius, qua licet, eruendum jam accingimur. Prius autem de tempore quo montes emensus est Dicæarchus, agendum. Tum deinde ad scripti tempus progrediendum. Tempus quo montium metiendorum cura Dicæarcho demandata est, indicavit superiori loco Plinius, cum tradit regum cura hoc ab illo esse peractum. Erant ergo tum reges quibus parebant regiones illæ quarum montes descripsit Dicæarchus. Nempe plures uno. Num ergo Antigonum intellexit filiumque illius Demetrium Poliorcetem? Hos enim post victorias Demetrii Cyprias in Ptolemæum sui reges salutarunt, quod olymp. CXVIII, 2, factum narrat Diodorus. Idque, cum et alii Alexandri satrapæ, illorum exemplo, facerent, contemsit tamen, Plutarcho teste, Demetrius, ut præter se patremque Antigonum, alium pro rege neminem haberet. Sed Σωτῆρας hos, potius quam reges, appellabant Athenienses, apud quos versabatur condiscipulus Dicæarchi Theophrastus. Et ne quidem Græciæ imperium plusquam precarium habebant dum superesset Antigonus. Postea in Macedonia regnabat Demetrius, sed solus, et qui neminem haberet in regno collegam, qui posset implere numerum vel binarium. Nec ulli erant deinceps in Macedonia reges uno plures, ætate Dicæarchi, quorum auspiciis

possit metiendis montibus præfici Dicæarchus; nemo, vel unus, qui tot montes in sua ditione haberet, quot vidimus a Dicæarcho fuisse descriptos. Proinde non est cur de aliis cogitemus regibus, quam de illis qui, brevi post Alexandri M. mortem spatio, regni gubernacula tenuerint. Gravida erat ex Alexandro M. Roxane mense jam VIII, si fides Justini Trogo; VI, autem, si Curtio. In hunc ergo infantem, si mas foret, magnus erat in exercitu suffragiorum cônsensus. Sed adultum, qui reipublicæ interea consuleret, postulabant commoda publica. Proinde Philippum Aridæum hoc pacto præficiunt, ut socium haberet in regno infantem, si mas esset, e Roxane nasciturum. Ita factum ut publica regni negotia solius Aridæi nomine inscriberentur dum prodiret ex alvo Roxanes fœtus, Alexander etiam ipse a patre appellatus. Regis ergo unici mentio in gestis publicis hoc anno, quo decessit Alexander magnus olymp. CXIV, 1, nempe Philippi Aridæi. Sed 2° hujus olympiadis anno regum mentionem legimus in Diodoro. Et sane anno illo ineunte forma illa cœperit oportet, si tot mensibus, Alexandro M. etiamnum superstite, uterum gesserit Roxane. Anno enim ejusdem olympiadis 1° exeunte, Alexandrum excessisse diximus. Tenuit deinceps forma eadem regum plurium in actis publicis ad cædem Philippi Aridæi quam nos olymp. CXV, 4, ineunti assignavimus. Inde rex unicus erat puer Alexander Roxanes filius usque ad olymp. CXVII, 2, quo illum quoque tollendum curavit cum matre Cassander, teste Diodoro. Et sane anno hujus junioris Alexandri XII numerat canon astronomicus, pro his rationibus accuratissime, si ab illius natalibus olymp. CXIV, 2, ineunte procedat calculus. Conatus est postea Polysperchon Herculem Alexandri M. e Barsine filium olymp. CXVII, 4, in patris solio collo-

care. Mox tamen eundem interfecit ipse opera Cassandri. Nec antea regis vel titulum consecutus est, dum superesset seu Philippus avunculus, seu frater e Roxane. Bini ergo Macedonum reges nulli prorsus erant præterquam spatio prædicto, inter olymp. CXIV, 2, et olymp. CXV, 4, quo Aridæum interfecit Olympias. Et ne quidem olymp. CXIV, 2, nisi admodum affecto plenum in Græcos imperium habebant reges Macedonum. Hoc enim demum anno affecto prælium erat Lamiacum quo rursus Græciæ libertas exstincta est, quam mox ab Alexandri M. morte Athenienses asserere conati sunt. Non poterat ergo ante hujus anni finem, vel Græciæ montibus metiendis præfici regum macedonicorum edicto Dicæarchus. Estque sane hoc spatium satis pacatum, et ne quidem admodum laxum imperii macedonici montibus a Dicæarcho peragrandis. Et loca ex utroque opere, tam urbium Ἀναγραφῆς, quam et *Vitæ Græciæ* a nobis adducta docent jam antea, quam illis operibus manum admoveret, montes a se fuisse observatos. Peragratam certe a se Bœotiam innuunt verba illius de Tanagra : Προσπάθειαν γὰρ πρός τι γένος ἀκρασίας ἥκιστα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατανοήσει [1]. Montesque Bœotiæ a se observatos indicant verba ejusdem, vs. 84, 85, operis metrici, quod nos antiquius fuisse probavimus opere de Vita Græciæ prosaïco. Serius tamen etiam ipsum probavimus hoc tempore quod nos lustrandis a Dicæarcho montibus assignavimus. Sic et Peloponnesi ὄρους a se jam antea designatos ostendit in priori illa urbium Ἀναγραφῇ vs. 15, 16. Quo tempore nihil est cur dubitemus quin et Cyllenen Arcadiæ, quem Peloponnesiorum montium altissimum censuisse docet ex ipso Dicæarcho Geminus, emensus fuerit

[1] Pag. 13, Huds.

Dicæarchus : rectissime pro nostris hisce, quas dedimus, rationibus. Erant enim tam ὅρων καταμετρήσεις quam ὀρῶν, et tales utræque, ut operam geometræ postularint. *Montium* quidem, ut eorum altitudinem explorarent; *finium* vero, ut eorum justa intervalla dignoscerentur, utilissimæ etiam ipsæ finitimarum gentium litibus de re agraria sopiendis. Erant et viarum publicarum ἀναμετρήσεις itinerariis publicis, seu græcis περιόδοις, plane necessariæ, ut urbium insigniorum intervalla stadiis designarentur: qua scilicet Περίοδοι Περίπλοις opponebantur. Hanc certe intervallorum per stadia designationem τῶν σταδιασμῶν ἀναμέτρησιν appellat Ptolemæus [1]. Et sane hujus ἀναμετρήσεως a Dicæarcho peractæ tot vestigia habemus, quot legimus in utroque opere σταδιασμούς. Saltem in Peloponneso habituri essemus, si quidem exstitissent quæ scripsit ille de Peloponneso. Et enim fuissent illo vetustiores paulo Græciæ in continente σταδιασμοί, saltem Peloponnesi ἀναμέτρησιν ipsum primum fecisse docet Suidas. Sic enim intelligo quod appellat ille ὅρων καταμέτρησις. Non scilicet ut fuerit solorum limitum, locorumque ad limites spectantium; sed potius ut intervalla omnia designarit locorum omnium infra regionis cujusque limites insignium. Qua nempe rectis a se invicem lineis distabant, non autem angulis aut anfractibus. Hoc inde colligo, quod in periodorum, quas quidem habemus hodieque, reliquiis vestigia nulla habeamus, quot stadiis patuerint regionum singularum ambitus, saltem non mediterranearum, earumque quæ non ambiantur a mari. Contra periodi, quotquot habemus, omnes rectorum sunt duntaxat intervallorum, et locorum regionis cujusque mediterraneorum pariter ac limitaneorum. Imo ne qui-

[1] Ptolem. *Geogr.* lib. 1, cap. 2.

dem limitaneorum unquam cum suis angulis, et (quos appellant scriptores *gromatici*) rigoribus. Sic tamen *periodi* appellantur. Nec habent, quod quidem sciam, Græci verbum aptius quo designetur geographia regionis cujusque chorographica; qua illam geographiæ universali opponit Ptolemæus et qua intervalla designat viarum regionis cujusque publicarum. Nam et χώρα ditionem urbanam urbi cuique obnoxiam designabat apud veteres Græcos. Inde chorepiscopus, qui similem jurisdictionem in urbana ditione exercuit, quam in urbe ipsa episcopus, obnoxius tamen episcopo, ad eundem plane modum quo et jurisdictio ditionis urbanæ urbi ipsi erat similiter obnoxia. Et ἐπιχώριοι presbyteri, qui idem officium chorepiscopo præstabant, quod in urbe ipsa episcopo præstabant urbis ipsius presbyteri. Proinde περιπόλων nomine, non sita duntaxat in patriæ limitibus præsidia intelligebant Athenienses, sed siqua essent in mediterraneis alia ad patriæ tutelam facientia. Hoc enim adolescentibus ἀπὸ διετοῦς concessum, ne patriæ fines excederent; non autem ut a sitis infra fines præsidiis excluderentur. Ita περιοίκων nomine complexus est Xenophon[1], quicunque extra mediam urbem habitabant, seu in confiniis ipsis habitarent, seu aliis quibuscunque locis mediis inter urbem ipsam atque confinia. Sic et *periodeatæ* appellati, qui urbanæ jurisdictionis exercendæ causa loca omnia infra ditionem urbis sita obambularent, non minus in civilibus quam in causis ecclesiasticis. Sic ut περιηγήσεων nomine non circuitus tantummodo designantur, sed locorum omnium intervalla eodem ambitu contentorum. Recte ergo ὀρῶν καταμετρήσεις a Dicæarcho in Peloponneso factas ita interpretabimur ut viarum publicarum a regionis cujusque urbe primaria ducentium σταδιασμούς designa-

[1] Vid. *Ann. Xenoph.* xxxv (t. V, 2.e part. p. 451, ed. J. B. Gailio).

rit. Ut proinde chorographiæ saltem peloponnesiacæ auctor Dicæarchus fuerit primarius. Et sane congruum erat, ut geographiæ universalis exemplo constitueretur geographia etiam chorographica. Sed vero geographiam universalem Dicæarchi et coævorum Dicæarcho geographorum a Græcia cœpisse ostendimus, vel ab umbilico potius delphico : inde autem lineis ad circumferentiam ductis processisse, etiam cum formam οἰκουμένης aliam crederent quam circularem. Similiter ergo consentaneum erat ut et chorographiæ quoque ab urbe regionis primaria ad circumferentias progrederentur lineis rectis, qua licuit per vias ipsas publicas, quæcunque demum et qualiscunque figuræ fuissent ditionum urbanarum circumferentiæ.

§. XIV. Scripsit de montibus Dicæarchus post olymp. CXXI, 2.

Hæc de tempore quo montes ipsos Dicæarchus emensus est. Jam de tempore quo scriptis in usum publicum monumentis eosdem consignavit. Vix erat certe scribendi otium, dum in opere ipso, dum peregrinationibus illius causa susceptis versaretur. Non certe illa ἀκρίβεια styli, eo rerum de quibus acturus esset subacto judicio, quibus inclaruerant scholæ, cujus disciplinam profitebatur, peripateticæ institutor Aristoteles et condiscipulus Theophrastus. Hæc ergo multis postea annis elapsis, imo post *Vitam Græciæ*, præstitisse vincit mentio Demetriadis ad montis Pelii radices sitæ. Hanc enim Demetriadem tum demum condidit Demetrius Poliorcetes cum regno Macedoniæ potiretur ; proinde post olymp. CXXI, 2, pro nostris supradictis rationibus. Hunc ipsum Demetrium Poliorcetem, non autem alium quemvis cognominem etiam regem hujus urbis conditorem agnoscit Strabo[1]. Regem tamen fuisse

[1] Strab. lib. IX, *Geogr.* pag. 436 (p. 666, B).

qui condiderit, testis etiam est Stephanus. Nec regnum aliud intelligit quam macedonicum, quanquam non me fugiat regem appellatum Demetrium illum a bello usque cyprio, quo Ptolemæum vicit Lagidem. Quam quidem victoriam olymp. CXVIII, 2, assignat Diodorus. Hanc tamen certe Demetriadem antea condere non potuit, quam locum, in quo condita est, in sua potestate haberet. Nec illum sibi obnoxium antea locum habebat, quam regni macedonici possessionem adeptus esset. Nullam hujus Demetriadis mentionem facit Diodorus. Meminit tamen idem translatæ in alium locum Sicyonis, quæ etiam ipsa deinceps nomen tulerit Demetriadis, ad olymp. CXIX, 2. Idemque Demetrii Poliorcetis historiam perducit ad olymp. CXIX, 3, quo patri Antigono suppetias laturus e Græcia discesserit ille Demetrius. Anno scilicet exeunte olympiadis primo, ut videtur, vere, cum in hibernis esset Lysimachus, æstate sequenti Antigonum aggressurus. Anni tempestatem exinde præterea discimus, quod tum discessisse testetur Diodorus, cum Eleusiniis fuisset initiatus tam minoribus, quam majoribus. Hunc enim mensem anthesterionem et munychionem appellatum propter mysteria minora, et boedromionem propter majora, testis est Plutarchus. Hoc ergo mense saltem affecto Græciam reliquerit Demetrius. Et pugna adeo ad Ipsum, qua cecidit pater illius Antigonus, in annum illum julianum inciderit, qui responderit olymp. CXIX $\frac{3}{4}$. Hucusque autem nondum Demetriadem a Demetrio conditam e Diodoro manifestum est. Hoc enim ipso anno obstitit quo minus Cassandrum itinere per Thessaliam pedestri aggrederetur, quod aditus Thessaliæ, nempe per Thermopylas, jam antea Cassander occupasset. Atqui hoc Cassander facere non potuisset, si ulla fuisset tunc Demetrias. Nam hanc ipsam urbem

Græciæ seu compedibus seu clavibus (nam utroque modo loquuntur auctores) accensitam constat e Polybio et Strabone. Quod scilicet per illam aditus regibus macedonicis apertus expeditusque patuerit in Græciam. Hanc ergo si tum struxisset Demetrius, non potuisset Cassander ipsos illos aditus occupare. Nec esset cur de itinere pedestri Demetrius desperaret. Voce tamen ἀπίστω usus est Diodorus. Post cædem patris Antigoni reversus in Græciam Demetrius, minus, quam exspectaverat, gratos offendit Athenienses, et deficientia a se ad hostes sua præsidia. Græciam ergo rursus brevi reliquit Demetrius, commissam tutelæ Pyrrhi, cujus sororem Deidamiam in matrimonium acceperat. Inde Lysimachi ditionem in Chersoneso infestat. Mox filiam Stratonicen Seleuco collocat. Nec antea rediit in Græciam, quam Lacharem audiret Atheniensium tyrannide potitum. Tum in illum arma convertit. Perdita autem naufragio classe, novam conscribit e Peloponneso, et Messenen obsidet, deinde Atticam aggressus Lacharem fugat. Urbe autem in fidem suam recepta Musæum præsidio munit. Hæc nos olymp. CXX, 2, assignavimus. Inde in Spartam conversus usque ad mortem Cassandri, quam nos olymp. CXX, 3, assignavimus. Hæc illum occupatum tenuerunt, dum, filiis Cassandri invicem dissidentibus, ansam inde acciperet occupandæ Macedoniæ. Hucusque certe infra fines Græciæ clauso, otium erat nullum condendi Demetriadem. Ex ipso illius cum Alexandro congressu manifestum est, Thessaliam omnem tum fuisse penes Macedonas. Undequaque ergo constat, hanc urbem a Demetrio antea ne condi quidem potuisse quam esset in possessione Macedoniæ. Firmat præterea verbis illis Strabo[1] : Καὶ δὴ καὶ ναύσταθμον ἦν τοῦτο καὶ βασίλειον μέχρι πολλοῦ, τοῖς

[1] Strab. lib. IX, pag. 436 (p. 666, B).

βασιλεῦσι τῶν Μακεδόνων. Hinc certe constat usibus Macedoniæ magis hanc urbem accommodatam quam alterius cujuscunque regionis. Proinde non est cur eam ab alio aliquo principe conditam existimemus, quam ab eo cui cura præcipua fuerit Macedonia. Addit præterea his verbis Strabo aliud hujus urbis decus ab eruditissimo interprete non observatum, quod fuerit regum macedonicorum βασίλειον, sedes nempe regia, et quidem μέχρι πολλοῦ. Initium certe unde hic calculus deducitur aliud esse vix potest, quam quod idem fuerit initium ipsius urbis. Proinde ex quo urbem condidit, sedem ibidem regiam fuisse verisimillimum est. Antea in urbe potius atheniensi regiam illi fuisse docet historia. Imo in ipso Minervæ templo Παρθενῶνι. Hinc ergo colligimus post olymp. CXXI, 2, quo exeunte regnum macedonicum inivit Demetrius, de montibus a se permensis scripsisse Dicæarchum. Quamdiu postea scripserit incertum est: nec suppetunt in hoc tam brevi fragmento argumenta.

§. XV. Τριπολιτικὸν Dicæarchi de Doriensium Tripoli egisse videtur, quæ metropolis erat Lacedæmoniorum.

Hactenus de scriptis Dicæarchi, quorum habemus in hac nostra editione fragmenta. Reliquorum adeo parcam jejunamque mentionem habemus, ut nihil impræsentiarum occurrat, quod doctorum virorum diligentiam fugerit. De *Tripolitico* occurrit quod ab acutioribus expendi velim. Aliud hoc opus existimo a gentium πολιτείαις a Dicæarcho pro præceptoris Aristotelis exemplo descriptis. Corpore potius civitatum constabat hoc Τριπολιτικόν, ut opinor, quod pro una integra civitate habebatur. Quærendum ergo quæ fuerit hæc Tripolis in his partibus sita, cujus verisimile sit meminisse Dicæarchum. Unius meminit ipse, a qua insula Pepa-

rethos nomen Tripolis acceperit. Sic enim pag. 26, vs. 41 (vs. 150):

Νῆσος Πιπάρηθος ἡ τρίπολις καλουμένη.

Erat præterea in Thessalia urbs Metropolis appellata de qua ita Strabo [1]: Πρότερον μὲν ἐκ τριῶν συνῳκίσθη πολιχνίων ἀσήμων, ὕστερον δὲ καὶ πλείους προσελήφθησαν, ὧν ἦν καὶ ἡ Ἰθώμη. Erat et alia cujus meminit Homerus [2]: Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον. Sed pro Tetrapoli illam urbium collectionem, non Tripoli habuit Dicæarchus, ut nos docet Stephanus. Verba sunt: Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν, ὧν Ὅμηρος μνημονεύει· καὶ Πτελεὸν, &c. Δικαίαρχος δὲ τέτταρας ταύτας εἶναί φησι, καὶ Πτελέας, οὐ Πτελεὸν τὴν μίαν καλεῖ κατὰ τὸ πρῶτον τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος βιβλίον. Proinde opus de ea conscriptum non *Tripoliticum*, sed potius *Tetrapoliticum*, fuisset inscripturus, nisi forte pro sententia Homeri ita appellandum censuisset. Nec e Tripolitico illius hæc, sed è primo de *Vita Græciæ* libro adduxit Stephanus. Qua nempe fecit illa quoque homerica Tripolis ad origines Doriensium. Ego horum Tripoliticorum corporum nullum pro Tripolitici argumento habendum censeo, sed aliud in originibus Doriensium ipsum quoque celeberrimum: nempe eorum qui prope Parnassum habitabant. Hos enim *trium* duntaxat urbium incolas, et *unius* tantummodo civitatis, censent scriptores antiquissimi. Thucydides [3]: Φωκέων στρατευσάντων ἐς Δωριᾶς, τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιὸν καὶ Κυτίνιον, καὶ Ἐρινεὸν, καὶ ἑλόντων ἓν τῶν πολισμάτων τούτων, &c. Iterum: Ξυνεπρεσβεύοντο δὲ αὐτοῖς καὶ Δωριῆς, ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων, τῶν αὐτῶν δεόμενοι [4]. Ex his locis manifestum est, *tria* numerari hujus corporis πολίσματα, quæ tamen invicem conflata

[1] Strab. lib. IX, p. 437 (p. 668, C). — [2] Homer. *Il.* II. *Cat. nav.* v. 594. — [3] Thucyd. lib. I, n. 107. — [4] *Ibid.* lib. III, n. 92.

pro unica haberentur Lacedæmoniorum metropoli. Sic numeravit Andron, quicunque demum is fuerit, antiquior certe Strabone, qui huc traduxit nomen Τετραχαΐκων ab Homero usurpatum. De Doride Thessalica, quæ postea Hestiæotis audiit, locutus, addidit Strabo, pro sententia Andronis: Ἐξ ἧς ὡρμήθησαν, ὥς φησιν, οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς· καὶ ἔκτισαν τήν τε Ἐρινεὸν καὶ Βοιὸν καὶ Κυτίνιον· ἀφ' οὗ καὶ Τετραχάϊκες ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται[1]. Hæc ille forte ἐν ἐπιτομῇ τῶν συγγενειῶν, cujus meminit scholiastes Apollonii[2]. Nisi forte potius in Chronico, cujus mentionem facit Athenæus. Utrique autem, tam Thucydidi quam Androni, suffragatur Diodorus, ipse quoque Strabone paulo antiquior, quique antiquioribus Strabone fontibus sua debuit. Ternarium etiam ille numerum duntaxat agnoscit in his sub Parnasso sitis urbibus, olymp. LXXX, 3. Non me quidem fugit Androni ipsum refragari Strabonem[3], qui, Pindo urbe accensita, facit e *Tripoli Tetrapolim*. Sed nemo est, opinor, qui Pindum urbem illam memorarit ætate Dicæarchi. Imo ex antiquioribus illis, quos dedimus, Strabone ipso testibus, est potius cur existimemus seculo illo locum nullum inter illas Doriensium urbes ad Parnassum sitas habuisse Pindum: nescio an vel ipsa quoque illa ætate Strabonis. Nam et Pindum urbem Tetrapoli in Perrhæbia accenset scholiastes Pindari[4]. Ipsi, ut videtur, illi Tripoli homericæ in Thessalia, quam pro Tetrapoli vidimus habuisse Dicæarchum. Proinde si Pindo urbe addita, Tripolim homericam Tetrapolim fecerit Dicæarchus; fieri non potest ut, eadem urbe Pindo addita, Tripolim Doriensium fecerit similiter Tetrapolim. Pindum porro

[1] Strab. lib. X, pag. 475 (p. 729, A). — [2] Schol. Apollon. I, vs. 45. — [3] Strab. p. 425 (650, C); 434 (663, B); p. 476 (729, A). — [4] In *Pyth.* I (vs. 121).

urbem hoc loco esse suspectam exinde colligimus, quod, cum eundem numerum sequatur in urbibus Doriensium cum Strabone Ptolemæus[1], Pindum tamen urbem nullam repererit qua quaternarium numerum impleret, sed novo nomine aliam, Lilæam. Accedit præterea, quod qui numerum harum urbium maximum secuti sunt, ne quidem vel ipsi Pindum invenerint, qua numerum suum absolverent senarium. Hoc sane numero urbes Doriensium complectuntur Is. Tzetz. ad Lycophronem, et scholiastes Pindari. Nec tamen inter illas ullam memorant Pindum. Mihi vel in Thessalica Tripoli Pindi urbis nomen suspectum est. Nam et Perrhæbiæ Tripolim[2] duntaxat agnoscit Stephanus, cum, accensita Pindo, Tetrapolim faciat Pindari scholiastes. Fateor equidem a Plinio[3] recenseri inter Doriensium urbes Pindum. Nec mirum est quo loco græco lapsus est græcus ipse Strabo, si et romanus similiter erraverit. Metuo profecto ne in urbis nomen, nescio quo scribentium vel ratiocinantium errore, vel fortasse memoriæ, migrarit nomen montis Pindi. Ita Sperchion urbem his Doriensium urbibus accenset Plinius. Hic fluvii nomen in nomen urbis similiter mutatum existimo. Nec enim eo nomine urbem apud testem aliquem idoneum, in his saltem locis, ut puto, reperiemus. Nesciverunt profecto prædicti scholiastæ, qui tamen numerum urbium Doriensium sequuntur auctissimum. Iidem tamen Dryopes nomen pro urbis nomine exhibent, numero suo senario explendo plane necessarium. Hic quoque gentis nomine pro urbis nomine accepto similiter erratum existimo. Urbis enim Dryopes, in his saltem partibus, testem, ut puto, bonæ fidei neminem reperiemus. Sed vero montis Pindi et fluvii Sperchii, et gentis Dryopum in

[1] Ptolem. *Geogr.* l. III, c. 15. — [2] Voc. Τρίπολις — [3] Plin. *N. H.* IV, 7.

Doriensium originibus mentio erat frequentissima. Inde proclivis erat minus peritis errandi occasio, ut pro urbibus acciperentur. Satis ergo congrue de hac Doriensium Tripoli in suo Τριπολιτικῷ scripserit Dicæarchus. Erat autem et in ipsa quoque Peloponneso Tripolis non incommoda Dicæarcho, qui tantam, uti vidimus, ἀκρίβειαν profitetur in rebus Peloponnesi. Meminit illius Polybius [1], qui etiam in ea Pellenen sitam esse docet. Et quidem Πελληναίων rempublicam descripsit noster Dicæarchus, teste Cicerone. Sunt tamen qui in Cicerone [2] legant Πελιναίων. Sed vero fuisse qui etiam Πελλήνης nomen Πελλίναν scriberent docet Stephanus in voc. Πελλήνη. Sic erit in incerto Pellenen Peloponnesi, an Pelinan Thessaliæ, descripserit Dicæarchus. Magis tamen crediderim de Peloponnesi Pellene scripsisse Dicæarchum, quod de eadem scripserit etiam illius præceptor Aristoteles. Sed nihil est cur credamus in Tripolin aliquam coaluisse Peloponnesi Pallenen ætate Aristotelis aut Dicæarchi. Imo contra, recentiorem fuisse, siqua fuerit illius urbis societas in corpore aliquo Tripolitico, e forma ipsa scribendi probabile est, plane eadem qua de aliis scripserint urbibus nihil inter se commercii habentibus. Imo urbs erat Pellene, cujus πολιτείαν descripserunt philosophi, corporis Achaïci socia tempore Polybii, quæ Dodecapolis erat, non Tripolis. Πελλήνην autem τὴν ἐν τῇ Τριπόλει προσαγορευομένην, vicum supponit Polybius in Tripolis ditione situm, non autem urbem ex urbium numero Tripolitico. Ignobilitatem illius arguit vox (! G.) προσαγορευομένη. Quasi præter commune nomen præterea nihil aliud haberet cur cum urbe contenderetur. Imo ita illam a Pellene urbe distinguit, quod locum habuerit in alie-

[1] Polyb. lib. IV, pag. 478, ed. Amst. (c. 81, §. 7, ed. Schweigh.). — [2] Cicer. lib. II, *ad Attic.* ep. II.

narum urbium ditione, propriam autem sibi nullam ditionem habuerit. Ego Tripolin illam non aliam intelligo quam Arcadicam, cujus meminit Pausanias [1], urbesque nominat, e quibus fuerit conflata, Calliam, Dipœnan, et Nonacrin. Harum alicui obnoxius erat vicus ille Pallene. Vicinum Spartæ fuisse constat ex historia qua meminit illius Polybius. Multo autem minus erat cur de Pelagonia Tripolitica scriberet Dicæarchus, quanquam illius meminerit Strabo [2], cujus incolæ ne quidem Græci erant. Convenit omnium optime Tripolis illa, quam dixi, Doriensium. Scripsit, teste Suida, Dicæarchus de rep. Lacedæmoniorum, tanto ipsorum Lacedæmoniorum plausu, ut lege constitutum fuerit quotannis ut legerentur auditoribus ephebis in ipso ephororum prætorio. Consentaneum ergo erat ut qui operam tam utilem reip. Lacedæmoniorum navaverat, eandem poneret in ornanda Lacedæmoniorum etiam metropoli. Nam ad rituum patriorum laudem spectabat a metropoli deductorum laus ipsa metropolis. Firmat præterea conjecturam nostram quod a Tripolitico de phiditiis adduxit Athenæus [3]. Quanquam enim morem illum de conviviis in publico habendis apud Cretenses etiam receptum esse ostenderit Plutarchus in vita Lycurgi; nomine tamen sane alio. Συσσίτια enim illa Cretensibus ἄνδρια, quæ φιδίτια Lacedæmoniis. Sed nomen ipsum in Tripolitico usurpavit Dicæarchus. Ex usu, ut videtur, illius, quam descripsit, Tripolis. Facile inde agnoscimus Lacedæmoniorum metropolim, e more pariter ac voce eadem quæ tam celebris erat in ipsa quoque Lacedæmoniorum colonia.

[1] Pausan. *Arcad.* cap. 27, pag. 655. — [2] Strab. lib. VII, p. 326 (503, A); 327 (504, A). — [3] Athen. lib. IV, cap. 8 (p. 141, A, Casaub.).

§. XVI. Ad Posidippum Comicum a Dicæarcho advocatum scripsit Lynceus Theophrasti discipulus, proinde junior paulo Dicæarcho.

Tempus porro a nobis Dicæarcho assignatum, ne antiquius esse potuerit, confirmant ætates poëtarum, quorum testimonia advocavit in opere de vita Græciæ. Coævi erant illi, atque etiamnum vivebant, cum de vita Græciæ scriberet, Posidippus et Philiscus. Proinde testes morum earum, de quibus illos advocavit, gentium receptorum ipsa illa ætate Dicæarchi. Posidippum testem bis adducit, pag. 14, 23. Illius ætatem docet epistola Lyncei Samii ad illum ipsum scripta τὸν Κωμικὸν Ποσείδιππον. Verba sunt ipsa Athenæi [1]. Ipse Dicæarchus Comicum appellat, quem testem advocat, Posidippum. Nec plures uno Comicos illo nomine fuisse, ad suam usque ætatem, ostendunt verba Athenæi. Erant ergo coævi Lynceus Samius atque Posidippus. Sed vero junior Posidippo ipso Lynceus ille Samius, cum Dicæarcho per saltem fuisse videatur testis a Dicæarcho advocatus Posidippus. Erant enim ambo tam Lynceus quam et Hippolochus, qui de cœnis sua ætate celebribus ambo scripserunt, Theophrasti discipuli. Hoc ipse testatur de Hippolocho Macedone, lib. IV, cap. 1, Athenæus. Lynceum similiter Theophrasti γνώριμον idem appellat Athenæus, lib. III, cap. 20, quod, in sermone de scholarum διαδοχαῖς, tantundem valet ac si eundem Theophrasti discipulum appellasset. Certe alibi eundem Theophrasti μαθητὴν verbis disertis vocat idem Athenæus, lib. VIII, cap. 4. Et Theophrasto audiendo tum quoque vacasse, cum ad illum scriberet, docet ipse Hippolochus, apud Athen. lib. IV, cap. 2. Lyncei præterea tempus ostendit descripta ab illo cœna Demetrii apud Lamiam concubinam, testibus tam Plutarcho

[1] Athen. lib. XIV, cap. 18 (p. 652, C, Casaub.).

in vita Demetrii, quam et Athenæo, lib. IV, cap. I. Cœnam autem tum fuisse docet Plutarchus cum Athenis ageret, paulo antea quam patri Antigono suppetias laturus migraret in Asiam, quod nos olymp. CXIX, 3, contigisse probavimus. Nec multo recentior esse potuit cœna Carani Macedonis ab Hippolocho epistola ad Lynceum data descripta. Quanquam enim cœnæ illi interfuerit nepos Proteæ, qui Alexandro fuerat æqualis, pronepos autem Lacinnæ, quæ Alexandrum ipsum nutriverat; cum tamen etiamnum in Theophrasti auditorio testatur condiscipulum suum esse ad quem scribit Lynceum; vel inde certum est post olymp. CXXIII, illum ne scribere quidem potuisse, qua jam probavimus ipsum decessisse Theophrastum. Potuit præterea Proteas ille σύντεθφος Alexandri regis, non Alexandri magni fuisse σύντροφος, sed avunculi qui major fuit Philippo patre frater, et quem uno saltem anno regnasse certum est. Sed πολυποσίας nomine Alexandro charus fuisse dicitur, quam fateor indolem fuisse Alexandri magni. Utcunque tamen licet mater illius Alexandri M. τροφός fuerit, ipsum σύντεθφον, quasi eodem lacte enutritus fuisset, nuspiam appellat Athenæus. Poterat ergo nutricis filius esse, et rege tamen Alexandro collectaneo suo aliquanto ætate major. Cæterum ne potuerit ab his, quæ dixi, temporibus alienus esse, obstat mentio illa prædicta Theophrasti. Multis autem annis jam professus erat Theophrastus, cum de vita Græciæ scriberet, testemque ibi Posidippum adduceret Dicæarchus, quod factum pro nostris rationibus olymp. CXVII, 3, anno proinde XII° ad minimum ex quo professionem susceperat Theophrastus. Nec de anno constat quo Posidippo scripserit Lynceus. Nec quicquam obstat quo minus ad Theophrasti finem pertigerit Posidippus, par pene Theophrasto ætate

majorque Lynceo. Nec multo a cœnis illis distare poterant cœnæ aliæ, ab ipso Lynceo descriptæ. Cœna regis Antigoni Athenis in Aphrodisiis fuisse dicitur. Proinde dum et Rex esset, patre Demetrio captivo, Helladis, et Athenas in potestate haberet, necdum tamen rex esset Macedoniæ, Antigonus ille Gonatas. Athenis enim potitum esse discimus e fragmento Porphyrii in græcis Scaligeranis. Οὗτός ἐστιν [1], inquit, ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐγκρατῶς χειρωσάμενος. Et in Hellade Athenas illi paruisse colligitur e verbis Demetrii patris apud Plutarchum, qui cum primo caperetur a Seleuco ad præfectos Athenarum et Corinthi, τοὺς περὶ Ἀθήνας καὶ Κόρινθον ἡγεμόνας, scripsit, ne literis a se deinceps scribendis, aut sigillo fidem adhiberent; sed ut Antigono filio, ὥσπερ τεθνηκότος, quasi ipse defunctus esset, civitates servarent, τὰς πόλεις διαφυλάττειν. Ille Athenarum ἡγεμὼν præfectus erat proculdubio præsidii in Museo. Expugnavit enim rursus Athenas Antigonus, et præsidium illud rursus imposuit tempore Arei regis Lacedæmonii, teste Pausania [2]. Tenuit autem hic Areus ab olymp. CXVII, 4, ad olymp. CXXVIII, 4, ut probavimus in *Annalibus Thucydideis* [3]. Sed laxum nimis est spatium illud Arei; arctius illud, quo epistolas illas scripsit prima sua captivitate Demetrius. Captivus mortuus est post annum captivitatis III^m^, vitæ autem LIV. Vitæ autem annum egit Demetrius XXII, olymp. CXVI, 3, teste Diodoro. Sic natus fuerit olymp. CXI, 1. Addantur olymp. XIII et anni duo: ita decesserit olymp. CXXIV, 3. Primus autem captivitatis annus fuerit olymp. CXXIV, 1, quo præsidium erat in Museo. Convenit accurate, quod Demetrium annis XVII, tenuisse doceat auctor fragmenti Scaligerani, pag. 61. A cæde

[1] Pag. 63, Euseb. *Gr.* — [2] Pausan. *Lac.* cap. 6. — [3] *Ann. Thucyd. ante Peloponn.* XIII.

nempe patris Antigoni quam olymp. CXIX, 4, idem contigisse testatur. Plane ut ipse Eusebius. Et vero regem fuisse Helladis, multis antea quam rex Macedoniæ fieret annis, docent fragmenta prædicta Scaligerana. Hucusque tenuit Demetrii præsidium Atheniense a pulso Lachare, ab olymp. CXX, 2. Quis autem rex ille fuerit Ptolemæus, cujus cœnam aliam descripsit idem Lynceus, non constat. Potuit Ptolemæus fuisse Ceraunus rex Macedoniæ. Potuit etiam frater fuisse, qui rex erat Ægypti, Philadelphus. Magis tamen crediderim Macedoniæ regem fuisse, cujus cœnæ particeps fuerit Lynceus, qui idem cœnam Carani descripsit in Macedonia. Et ne quidem ita quicquam pugnat quo minus ad grandiorem natu Posidippum literas dederit adolescentior ipse Lynceus. Poterat etiam Lynceus, cum de hac ultima cœna scriberet, jam media fuisse ætate, vel fortasse provectior.

§. XVII. Zenonem Cittieum stoicæ sectæ conditorem perstrinxit Posidippus. Annum egit Zeno vitæ LXXX^m, sub Antigono Gonata. Postea annos XVIII. Sub eodem tamen mortuus Antigono.

Aliam de Posidippi ætate notam habet Laërtius. Nam et Zenonem Cittiensem stoicæ sectæ patrem ab eo perstrictum esse narrat in fabula, cui titulum fecit Μεταφερόμενοι, lib. VII, n. 27. Antea tamen quam intelligi possit quo faciat hoc Posidippi convitium, an scilicet juniorem poëtam, an seniorem, faciat, constituenda ætas est celeberrimi philosophi. Ea potissimum ratione, quod, sententiarum dissidiis, illam incertam difficilemque fecerit Laërtius[1]. Ætatem illius in universum annos XCVIII, potius agnoverim quam minorem illum numerum quem e Persæo collegit idem, qui hujus nostri quoque numeri testis est, Laërtius. Constat certe sibi

[1] Laërt. lib. VII, n. 28.

in vita Cleanthis, si recte intelligatur, cum æquævum Zenoni facit Cleanthem. Verba ejus hactenus vulgo perperam intellecta ita se habent. Cleanthem [1] dicit τελευτῆσαι· ταυτὰ Ζήνωνι (καθά φασι τινὲς) π' ἔτη βιώσαντα, καὶ ἀκούσαντα, Ζήνωνος ἔτη ἐννεακαίδεκα. Perperam omnino. Verum numerum annorum, quibus vixerit Cleanthes, docuit Lucianus in Macrobiis, et Valerius Maximus [2]. Nempe annos fuisse XCIX. Jungendi ergo invicem numeri prædicti, non autem, ut videtur præ se ferre hodierna lectio, pro parte annorum LXXX habendi anni XIX, postremo loco memorati. Erat cum existimarem hoc sibi voluisse Laërtium, communes vixisse Cleanthem cum præceptore Zenone annos LXXX, annosque ab illius morte XIX in scholæ stoicæ cathedra explevisse. Sic ergo constituenda sententia esset : ταυτὰ Ζήνωνι &c. π' ἔτη βιώσαντα, καὶ ἀκούσαντα Ζήνωνος [μετ' ἐκεῖνον δὲ ἄλλ'] ἔτη ἐννεακαίδεκα. Ita Zenonem æquaverit, quod annum vitæ XCVIII explevisset, quod nescio feceritne ipse Zeno. Sed annos illos XIX a Zenonis morte ne quidem numerari potuisse mox ostendam. Prædictum certe in Zenonis ætate numerum firmat, ubi supra Lucianus. Firmant numeri alibi ab eodem Laërtio seorsim traditi. Ait illum, cum Athenas veniret, annos natum XXX, n. 2. Ait præterea X annos explevisse in audiendis præceptoribus, Cratete, Stilpone, Xenocrate et Polemone, *ib.* Sic fuerit, cum ipse doceret, quadragenarius. Ait denique, et quidem teste Apollonio, annis LVIII illum scholæ præfuisse, n. 28. Hi numeri prædictam summam conficiunt accuratissime. Firmat præterea annus vitæ LXXX^us, quem agnoscit ipse Zeno in epistola ad Antigonum Gonatam, n. 8 : auctior certe summa universa vitæ illius quem idem Laërtius exhibet e Zenonis discipulo Persæo.

[1] Laërt. lib. VII, n. 176. — [2] Valer. Maxim. lib. VIII, cap. 7.

Firmat etiam ætas discipuli Cleanthis modo posita. Persæum de ætate Zenonis testem adducit Laërtius, annum, cum Athenas veniret, Zenonem egisse XXII[m], cum moreretur autem LXXII[m]. Utinam Persæi verba ipsa dedisset. Vix enim puto quin summa annorum qua Athenas venerit, alia fuerit. Ut scilicet, non post annum vitæ LXXII[m] decesserit; sed post annum illum vitæ XXII[m], quo Athenas primum venerit, annos præterea in Athenis ipsis egisse LXXII, antequam decederet. Sic ergo summæ illæ invicem collatæ, annos, quibus vixerit in universum, XCIV conficient; quatuor nimirum pauciores quam pro rationibus supradictis. Et quidem habemus calculorum quaternario invicem discrepantium vestigia. Mortem enim Zenonis, successionemque Cleanthis, Eusebius olympiadi assignat CXXIX, et quidem anno illius olympiadis primo; Laërtius olympiadi CXXX. Si quidem primum olympiadis annum is quoque intellexerit, par etiam hic occurret quadriennii discrepantia. Hi tamen calculi ambo in fine tam varii, ab eodem tamen exordio procedent olymp. CV, 3, qui fuerit proinde Zenoni fortasse natalis. Videamus ergo an et reliquæ, quas habemus, notæ respondeant. Dicitur Zeno, cum primam operam[1] philosophiæ navaret, post naufragium, in schola Cratetis didicisse. Non absurde quidem, si ad annum referatur Zenonis XXX[m], minus autem recte si ad annum ejusdem referatur tantummodo XXII[m]. Annus enim Zenonis XXII[us] idem fuerit, pro hoc calculo, olymp. CXI, 1. Tum vero nondum docuit Crates, sed erat ipse sub disciplina Diogenis. Successit enim olymp. CXIII. Hoc enim, ni fallor, intellexit Laërtius[2] voce ἤκμαζε. Respondetque accurate illis

[1] Laërt. lib. VII, cap. 2, 3. — [2] *Ibid.* lib. VI, cap. 87.

E*

quæ de Diogene idem tradit Laërtius[1] : Ἦν δὲ γέρων, inquit, κατὰ τὴν τετάρτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα. Forma utrobique prorsus eadem est qua finem Zenonis et ἀκμὴν discipuli Zenonis Persæi idem alibi describit Laërtius[2] : Καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα ; ἤδη γέροντος ὄντος Ζήνωνος. Si primus olympiadis CXIIII[a] annus intelligatur, quo Diogeni successit Crates, in annum quadrabit Zenonis a prædicto exordio XXX[m] accuratissime. Diem enim mensis emortualem communem habuit, non item annum ipsum, cum Alexandro M. Diogenes. Eundem Zenonem e schola Cratetis pellexit Stilpo Megarensis. Tenuit autem Stilpo[3] per aliquot annos postea quam scholam sibi propriam in porticu condidisset Zeno[4]. Tum enim profitebatur Stilpo cum Græciæ liberandæ consilio suscepto patriam Stilponis urbem Megarensem teneret Ptolemæus Soter, nempe Lagides, quod olymp. CXVIII, 1, contigisse discimus e Diodoro. Tum item cum eandem, præsidio ejecto, libertati restituerat Demetrius Poliorcetes, quod anno factum sequenti olymp. CXVIII, 2, idem testis est Diodorus. Non adeo tamen compertum habemus quando primum profiteri cœperit. Non autem quicquam videmus, quod obstet quo minus cœperit ante Zenonem. Audiit Zeno præterea Xenocratem, cujus scholæ tempus compertius est. Defuncto Platoni olymp. CVIII, 1, successit Speusippus per annos VIII. Ita[5] desierit olymp. CX, 1. Rogavit moribundus ille Xenocratem ut sibi in scholæ regimine succederet. Laërt. IV, 3. Non tamen successit ante Archontem Lysimachidem olymp. CX, 2. Laërt. IX, 14. Inde tenuit per annos XXV, nempe ad olymp. CXVI, 3. Sic, illo etiamnum superstite, porticum per

[1] Laërt. lib. VI, 79. — [2] *Ibid.* lib. VII, 6. — [3] *Ibid.* lib. II, 114. — [4] *Ibid.* lib. II, 115. — [5] *Ibid.* lib. IV, 1.

integram olympiadem tenuerit Zeno. Proinde, si per decennium audierit Zeno Xenocratem, scholam Xenocratis olymp. CXIII, 1, eodem anno quo et Cratetis, Zeno adierit oportet. Etiam Polemonem a Zenone auditum vult Laërtius. Hoc si verum, non potuit ante olymp. CXVI, 3, scholam propriam constituere Zeno quo obiit Xenocrates successitque Polemo. Suadent hæ notæ ut adhuc ad posteriora tempora differatur scholæ stoicæ constitutio. Est et alia nota, quod sub Antigono Gonata, jam etiam Macedoniæ rege, annos saltem XVIII vixerit Zeno. Erat enim, cum ab Antigono Gonata in Macedoniam accerseretur, annorum LXXX. Agnoscit hoc Zeno ipse apud Laërt. VII, 8. Et tamen dictum ejusdem regis Antigoni, audita Zenonis morte, idem refert Laërtius, VII, 15. Certum ergo est, annis XVIII, postquam regnum Macedoniæ adeptus esset Antigonus, adhuc superstitem fuisse Zenonem. Tum enim se, cum ad Zenonem illas literas daret, Macedoniæ regem ipse quoque agnoscit Antigonus, Laërt. VII, 7. Et vero missum a Zenone Persæum ad Antigonum constat ante mortem Epicuri. Meminit enim illius epistola ad fratrem Aristobulum Epicurus. Et quidem ita meminit, ut tum quoque illum cum rege fuisse significarit. Laërt. VII, 9. Obiit autem Epicurus olymp. CXXVII, 2, post diem gamelionis VII^m^, cum annum implevisset vitæ LXXII^m^. Laërt. X, 14, 15. Hinc ergo certum erit annum Zenonis philosophi LXXX^m^, inter olymp. CXXV, 3, et CXXVII, 2, quærendum esse. Videamus ergo ecquid elici possit ex initio regis Antigoni macedonico.

§. XVIII. Regni macedonici successio, et præsertim Antigoni Gonatæ, constituitur.

Successionem regni macedonici jam hactenus per-

duximus ad fugam Demetrii Poliorcetis, partim in *Annalibus* nostris *Thucydideis*, partim in hac ipsa dissertatione. Fugam Demetrii olymp. CXXII, 4, fuisse probavimus. Successit Pyrrhus, per VII menses, consentientibus Eusebio in *Chronico*, Dexippo et Porphyrio in fragmentis græcis Scaligeranis e Syncello haustis. Et quidem integros. Nam VIII° illius mensi successionem Lysimachi assignat ibi Porphyrius. Lysimacho annos V prædicti omnes tribuunt. Sed menses præterea VI addunt Dexippus et Porphyrius. Superstes erat post cædem Lysimachi mensibus VII ipse Seleucus, ut nos docet Justini[1] Trogus. Post hunc Ptolemæo Ceraunо annos duos tribuunt auctor barbaro-latinus a Scaligero editus et Memnon. Eusebius menses tantummodo IX. Neuter, ut existimo, recte. Et tamen in utroque veritatis vestigia quædam fortasse constant. Verum spatium pro mente Eusebii fuisse crediderim annum unum et menses præterea IX, quibus regnum tenuerint Ptolemæus ipse, ejusque, si qui fuerint, successores usque ad Sosthenem. Ita scilicet ut mense secundi anni IX° medio successerit Sosthenes. Ptolemæo ipsi annum unum et menses V concedunt auctores horum temporum optimi Dexippus et Porphyrius. Meleagri deinde paucos tantummodo dies agnoscit hodiernus Dexippus, Porphyrius menses duos. Antipatri autem dies XLV ambo agnoscunt tam Dexippus, quam Porphyrius. Propterea enim Etesiam appellatum docet Porphyrius, quot tot diebus regnarit quot flare soliti venti credebantur Etesiæ. Hi dies duobus Meleagri mensibus additi, pro hypothesibus Porphyrii, efficient ut anni ab initio Ptolemæi secundi mense IX° successerit Sosthenes. Hi anni atque menses in unum numerum redacti annos efficient VIII et menses IV integros

[1] Just. lib. XVII, 2.

cum dimidio. Anni octo a fine Demetrii numerati, ad olymp. CXXIV, 4, pertingent. Et quidem illius olympiadis ambitu cædem Ptolemæi etiam Cerauni concludit Polybius, lib. II, cap. 41. Nec longe abeunt a vero hæ, ut existimo, rationes. Pyrrhum enim Lysimachus Macedonia expulit mense VIII°, proinde olymp. CXXIII, 1. Inde si annos Lysimachi supputemus V, desinent olymp. CXXIV, 2. Accedant menses ejusdem VI et attingent ad olymp. CXXIV, 3, quo debellatus a Seleuco fuerit ipse Lysimachus. Sequuntur menses Seleuci VII qui ad annum olympiadis 4^m fortasse ineuntem pertigerint. Et quidem Macedoniam tenebat Ptolemæus, cum in Italiam concederet Pyrrhus, cui et abeunti auxilia misit, et regni tutelam, dum abesset, in se suscepit teste Justini Trogo, lib. XVII, cap. 2. Ita Ptolemæi Cerauni cædes olymp. CXXV, 1 ineunte, vel non admodum affecto contigerit. Et sane de illa cæde nuncium accepit Pyrrhus 2° anno belli sui cum Romanis, qui U. C. Varr. erat 475, respondebatque olymp. CXXV $\frac{1}{2}$; nec admodum, ut videtur, affecto. Polybius cædem etiam Ptolemæi Cerauni olymp. CXXIV complectitur. Cæterum exigit causa nostra ut Antigoni Gonatæ tempora recte constituantur, quod tamen fateor esse difficillimum. Conabimur tamen. Mortem illius olymp. CXXXIV, 2° assignant Capellus et Usserius noster præstantissimus Armachanus; proximo nimirum anno posteaquam Acro-Corinthum occupasset Aratus. Egit autem annum, cum decederet, 83^m, si fides Porphyrio, vel saltem 80^m, si potius credamus Luciano. Numerus ille, vel minor, efficiet ut olymp. CXIV, 2° natus fuerit Antigonus, quod tamen fieri ne quidem potuit. Nam cædem Crateri olymp. CXIV, 3 (qui prior erat Phillæ maritus quæ mater erat Antigoni) assignat Diodorus. Illo cæso,

tum demum nupsit Demetrio Poliorcetæ cui peperit Antigonum. Rectius, ut opinor, mortem Antigoni Gonatæ olymp. CXXXV, 1, tribuit Porphyrius. Verba illius diserta sunt. Τελευτᾷ δὲ τῆς ὀλυμπιάδος ρλε΄. ἔτει πρώτῳ. Sic potuit annum 82^m^ superasse, si illo ipso anno exstincti Crateri Demetrio Poliorcetæ locata fuerit Philla a patre Antipatro tum etiamnum superstite, quod sane verisimillimum est. Sic respondebunt omnia accuratissime. Annos regni universi XLIV illi concedunt Lucianus et Porphyrius. Ita regnum inierit olymp. CXXIV, 1, quem primum probavimus capti a Seleuco patris Demetrii. Admodum sane congrue. Tum enim scripsit Demetrius pater præfectis suis Athenarum et Corinthi, ὥσπερ τεθνηκότος, Ἀντιγόνῳ τὰς πόλεις καὶ τὰ λοιπὰ πράγματα διαφυλάττειν, ut jam antea e Plutarchi *Demetrio* observavimus. Et quidem, ipso initio regni patris Demetrii macedonici res gestas Antigoni filii refert Plutarchus. Is erat annus olymp. CXXI, 2; Antigoni proinde XXVI^us^. Respondent præterea tempora Demetrii filii hujus Antigoni Gonatæ. Huic filio Demetrio X annos largiuntur Eusebius, Dexippus, Porphyrius, meliorque his omnibus testis Polybius. Addit Polybius [1] defunctum μετὰ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων. Hoc bellum in Illyrios gesserunt consules C. Fulvius, Aulus Posthumius, ipso teste Polybio, aliis quoque omnibus de anno suffragantibus. Annus erat U. C. Varronianus 525, respondetque olymp. CXXXVII $\frac{3}{4}$ pro nostris tabulis. Inde intelligimus priori anni parte, quæ olympiadis anno 3° convenerit, decessisse Demetrium, et anno Varr. 515, qui fuerit olymp. CXXXV $\frac{1}{2}$, similiter defunctum esse Antigonum; ineunte nimirum, ut anno olympiadis primo decederet. Sed reliquam regni macedonici chronologiam perturbabunt hæ nostræ rationes,

[1] Polyb. lib. II, cap. 44, pag. 182.

ni etiam ipsæ recte constituantur. Post Demetrium tutor Philippi filii successit Antigonus fuscus. Huic annos XII largiuntur Dexippus ipse et Porphyrius. Etiam XV annos auctor anonymus barbaro-latinus a Scaligero editus, et Eusebius. Perperam omnes: Verum numerum docuit Dexippus, et meliore, quam fuerit ipse, teste Diodoro. Sic enim Dexippus : Ἀντίγονος καταστάθεὶς ὁ Δημητρίου κρατεῖ Μακεδόνων ἔτη ιϐʹ, κατὰ δὲ Διόδωρον, ἔτη θʹ [1]. Rectissime. Desinent anni illi olymp. CXXXIX, 4. Et vero olymp. CXXXIX exstinctum hunc Antigonum, postea quam victus fuerat ab eo Cleomenes, testis est Polybius[2]. Suffragatur Justini[3] Trogus in eo quod non multo post victum ab Antigono Cleomenem, Antigonum ipsum decessisse testatur. Imo et in *Cleomene*[4] Plutarchus. Conveniunt et notæ aliæ apud Polybium. Fugatus ab Antigono Cleomenes in Ægyptum venit paulo ante mortem Ptolemæi Euergetis primi, quem hac eadem olympiade defunctum testatur idem Polybius. Et hujus quoque Ptolemæi mortem hoc ipso anno olymp. CXXXIX, 4, statuit Eusebius. Nos vero paulo accuratius alibi olymp. CXXXIX, 3, asseruimus. Sed, post successionem Ptolemæi Philopatris, de morte hujus Antigoni certior factus est in Ægypto Cleomenes, ut e Plutarcho manifestum est. Constat præterea sibi alibi Polybius. Verba ejus sunt : Φίλιππος μὲν γὰρ ὁ Δημητρίου κατὰ φύσιν υἱὸς, ἔτι παῖς ὢν ἄρτι παρελάμϐανε τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. IV, 2, pag. 377. Subjungit postea : Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν προτέραν ἔπεσεν Ὀλυμπιάδα· τὰ δ' ἑξῆς εἰς τὴν τετταρακοστὴν ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, cap. 14, pag. 394. Hinc manifestum est res nonnullas a Philippo ipso gestas fuisse anno olymp. CXXXIX, 4°, post mortem tutoris

[1] Edit. Scalig. pag. 58 ; Syncell. pag. 267. — [2] Polyb. lib. II, c. 70. — [3] Justin. lib. XXVIII, cap. 4. — [4] (§. 37, ed. Hutt.).

Antigoni. Ut proinde annus Antigoni IX[us] cœptus tantummodo intelligendus sit. Primi enim Philippi anni partem in olympiade CXL, fuisse docent Polybii verba sequentia quæ ad olympiadem sequentem ipse docuit esse referenda. Cap. enim 24, pag. 408, ait Philippum adhuc fuisse ἑπτακαιδεκαέτη παῖδα. Vixit Philippus annos in universum LVIII. Regnavit autem XLII, teste Porphyrio in fragmentis Scaligeranis. Sic erit annus regni I[us] vitæ XVII[us] olymp. $\frac{\text{CXXXIX}}{\text{CXL}}$ $\frac{4}{1}$, U. C. Varronianus 534. Et quidem olymp. CXL cœpisse docet Porphyrius, quod jam intelligimus quomodo capiendum sit. Obiter etiam hinc Justinum emendabimus, qui bis Philippo, cum regnum iniret, annos concedit [1] duntaxat XIV. Scriptum fuerat, ni fallor, olim pro XIV, utrobique XVI. Transposuerunt autem numeros juniores librarii. Philippi finem et Persei initium consulibus anni Varroniani 575 assignat Livius, qui respondent olymp. CL $\frac{1}{2}$. Sic erit necesse ut annum regni XLII non absolverit qui anno olympiadico desinente cœperit, incipiente autem desierit. Et vero posteriori anni parte, qua jam inierat annus olympiadis 2[us] defunctum Philippum colligi potest e Livio [2] et verbis expressis docuit Porphyrius, qua quidem licuit per librarios. Τελευτᾷ δὲ (inquit) δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνθʹ Ὀλυμπιάδος. Numerum olympiadis non fuisse Porphyrii, tam antecedentia vincunt, quam sequentia. Repone ρνʹ, et recte se habebunt omnia. Suspicor pro ρνθʹ a librario aliquo repositum esse ρνʹ. βʹ, qui non meminerat olympiadis annum quotum in præcedentibus fuisse designatum. Perseus denique non annos (ut plerique numerant) XI tenuit integros, sed anni XI octo tantummodo menses, ut nos docet, ubi reliqua, Porphyrius. Hujus captivitatem alibi quoque anno Varroniano 586 assi-

[1] Lib. XXVIII, cap. 4; XXIX, cap. 1. — [2] *Liv.* lib. XL, cap. 43, 56.

gnavimus, qui concurrebat cum olymp. $\frac{\text{CLII}}{\text{CLIII}}\ \frac{4}{1}$. Desiit annus illius X[us] olymp. CLII, 4. Sed menses additi effecerunt ut ad annum superesset olymp. CLIII, 1. Rectissime. Expeditionem enim in illum consulis Æmilii Pauli vere susceptam olymp. CLIII, 4 tribuit Porphyrius. Eclipsis autem, quæ prælium fatale ad Pydnam præcessit, junii juliani die contigit XXI anno (pro nostris tabulis) cycli calippici XI; hecatombæonis attici die XII. Is idem dies in anno cycli calippici sub Seleucidis recepti X° erat Panemi macedonici XIV[us]. Sic mense attico pyanepsione, macedonico dio, juliano novembri, ut videtur, decesserit Philippus. Satis congrue pro hypothesibus Livianis. Sic ergo seriem integram habebit lector regum macedonicorum, si, quæ hic disputavimus, cum iis quæ Annal. Thucyd.[1] constituimus, committere dignabitur.

U. C. Varr. 431, olymp. CXIV $\frac{1}{2}$. Mortuo Alexandro M. successit, olymp. CXIV, 1, Philippus Aridæus Alexandri M. e patre frater; olymp. CXIV, 2, Alexander Alexandri M. filius e Roxane. Num. 13. Inde reges Macedoniæ duo.

U. C. Varr. 437, olymp. CXV $\frac{3}{4}$. Cæsus ab Olympiade Philippus Aridæus, olymp. CXV, 4. Inde rex unicus Alexander Alexandri M. filius e Roxane, olim Philippi Aridæi collega. Num. 2. Hinc anni Cassandri, neglecto puero Alexandro.

U. C. Varr. 443, olymp. CXVII $\frac{1}{2}$. Interfectus a Cassandro rex Alexander junior, olymp. CXVII, 2, ineunte.

U. C. Varr. 456, olymp. CXX $\frac{2}{3}$: Mortuo Cassandro olymp. CXX, 4, succedunt Cassandri filii. Num. 2.

U. C. Varr. 457, olymp. CXX $\frac{3}{4}$. Mortuus Philippus Cassandri filius, olymp. CXX, 4.

[1] *Annal. Thucyd.* ante Peloponnes. XXVII.

U. C. Varr. 460, olymp. CXXI $\frac{2}{3}$. Cæso Alexandro Cassandri filio, initium Demetrii Poliorcetis in Macedonia, olymp. CXXI, 2, ante Pythia.

U. C. Varr. 466, olymp. $\frac{\text{CXXII}}{\text{CXXIII}}$ $\frac{4}{1}$. Pulsus Macedonia Demetrius Poliorcetes, olymp. CXXII, 4. Inde initium Pyrrhi. Regni mense VIII° Pyrrhus Macedonia pulsus, olymp. CXXIII, 1. Inde rex Macedoniæ Lysimachus, hoc anno exeunte, vel ineunte proximo.

U. C. Varr. 472, olymp. CXXIV $\frac{2}{3}$. Interfecto Lysimacho olymp. CXXIV, 3, succedit in regno Macedoniæ Seleucus.

U. C. Varr. 473, olymp. CXXIV $\frac{3}{4}$. Seleuco post VII regni menses interfecto olymp. CXXIV, 4, succedit in regno Macedoniæ percussor illius Ptolemæus Ceraunus. Proximi triennii, quo continetur initium Antigoni in Macedonia, accuratiorem chronologiam vid. num. sequenti.

U. C. Varr. 515, olymp. CXXXV $\frac{1}{2}$. Defuncto Macedoniæ rege Antigono Gonata, olymp. CXXV, 1, succedit illius filius Demetrius.

U. C. Varr. 525, olymp. CXXXVII $\frac{3}{4}$. Mortuo Demetrio olymp. CXXXVII, 3, succedit filii Philippi tutor Antigonus Fuscus.

U. C. Varr. 534, olymp. $\frac{\text{CXXXIX}}{\text{CXL}}$ $\frac{4}{1}$. Mortuo tutore Antigono Fusco, succedit ipse Philippus Demetrii filius olymp. CXXXIX, 4.

U. C. Varr. 575, olymp. CL $\frac{1}{2}$. Mortuo Philippo olymp. CL, 2, succedit Perseus.

U. C. Varr. 586, olymp. $\frac{\text{CLII}}{\text{CLIII}}$ $\frac{4}{1}$. Finis Persei olymp. CLIII, 1, et una cum eo regni macedonici.

§. XIX. Antigoni Gonatæ initium in Macedonia ann. Varr. 476, olymp. CXXV $\frac{2}{4}$.

Sed vero initium Antigoni Gonatæ, vivo etiamnum patre Demetrio, ad regnum Græciæ spectabat, non vero Macedoniæ. Qui tamen rex erat etiam Macedoniæ cum Zeno stoicorum pater annum ageret vitæ octogesimum. Alius itaque superest labor, ut regni macedonici initium eruamus, qua quidem licet ex hodiernis monumentis. Sic enim optime intelligemus situm anni Zenonis octogesimi, et an natalibus ejusdem hactenus designatis respondeat. Regni in Græcia numeros, antea quam Macedonia potiretur Antigonus Gonatas, habemus duos. Decem fuisse annos auctor est, ubi supra Porphyrius. Sic annis XXXIV in Macedonia regnarit. Et olymp. CXXVI $\frac{3}{4}$ proinde Macedoniæ regnum inierit. Dexippus duodecim illius annos numerat, quibus regnarit in Græcia, tum deinde annos tantummodo XXIV quibus Macedoniam tenuerit Antigonus. Sic annis duntaxat XXXVI regnasset in universum, quod nos falsissimum fuisse probavimus. Ita cœperit in Græcia olymp. CXXVI $\frac{1}{2}$ in Macedonia CXXIX $\frac{1}{2}$, et initium illius fuerit, non patre Demetrio superstite, sed multis ab illius morte annis. Suspicatus eram hoc in loco errorem aliquem fuisse scribæ. Sed auctoris errorem fuisse prodit Eusebius, qui hunc ipsum numerum exhibet quibus regnarit in Macedonia, cum tamen calculi illius auctores numerum illum regni universi fuisse existimarent. Proinde ratiociniis utrumque illum numerum debemus, tam Dexippi qui XII annos regni fuisse asserit, quam etiam Eusebii, qui XXXVI illius annos fuisse censet quibus in ipsa regnarit Macedonia. Si quis ergo numerus ab historicis emanarit monumentis, priorem potius genuinum existimarim. Sic autem in-

tegra olympiade seriorem fuisse necesse esset annum Zenonis philosophi natalem, ut annus vitæ illius LXXX[us] vel primum Antigoni Gonatæ annum in Macedonia attingeret. Idque necessarium fuisse vidimus ut vel ineuntem audiret in schola Polemonem antea quam ipse scholam sibi propriam condidisset. Videamus ergo quomodo huic sententiæ faveat mentio Antigoni in Macedonia regnantis in historia. Pyrrhum certe ex Italia fugatum esse anno U. C. Varroniano 479 (qui idem erat olymp. CXXVI $\frac{1}{2}$) sæpe probavimus. Sed vero reversus in Macedoniæ possessione offendit Antigonum. Plutarchus Pyrrho : Καί τινων Γαλατῶν αὐτῷ προσγενομένων, ἐνέβαλεν εἰς Μακεδονίαν, Ἀντιγόνου τοῦ Δημητρίου βασιλεύοντος. Fuerit hæc expeditio vere anni sequentis Varroniani 480, ut fuisse verisimillimum est. Sic quoque in olymp. CXXVI 2[m] exeuntem conveniet, uno saltem anno antea quam iniret, pro prædictis rationibus, regnum illius macedonicum. Nec enim credibile est diu fuisse dilatam, cum bellum illud hoc potissimum consilio susceperit, ut exercitus alendi oneri consuleret. Ita Plutarchus : χρήματα δὲ οὐκ ἔχων, ἐζήτει πόλεμον ᾧ θρέψει τὸ στράτευμα. Sed, si Pausaniam audiamus, ipso illo anno quo victus est a Curio Dentato Pyrrhus, antea quam Italiam relinqueret, tum quoque erat in Macedonia Antigonus. Ait enim Pyrrhum legatos in Asiam et ad Antigonum misisse, ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia rogaturos, utrumque autem ab Antigono. Ita fecit ut fama ad Romanos veniret, Μακεδόνας καὶ ἄλλα ἔθνη παρεσκευάσθαι τῶν Ἀσιανῶν ἐς τὴν Πύρρου βοήθειαν. Addit Pausanias [1], cum attritas clade in Italia accepta vires refecisset, indixisse bellum Antigono, hoc ipsum illi inter alia exprobrans, quod spem suam de auxiliis in Italia recipiendis fefellisset. Hoc ergo

[1] Pausan. *Attic.* cap. 13.

ipso anno Varroniano 479, olymp. CXXVI $\frac{1}{2}$ saltem exeunte, Macedoniam tenebat Antigonus, a quo expectabat Pyrrhus auxiliares Macedonas. Etiam antea Antigoni Macedoniam tenentis indicia apud eundem legimus Pausaniam. Anno Varroniano 476, olympiadis CXXV $\frac{2}{3}$, proximo nimirum post cædem Ptolemæi Cerauni tum legimus Antigoni nostri mentionem quæ eum Macedoniæ regem fuisse supponit. Nam in Gallos, quos Galatas appellant scriptores græci, victoria nupera in Ptolemæum Ceraunum feroces auxilia memorat Pausanias[1] missa Græcis ab Antigono, et Macedones, et duce etiam Aristodemo Macedone. Hæc certe archonte Athenis Anaxicrate olymp. CXXV, 2, statuit Pausanias[2]; proinde superioris anni fine vel hujus initio. Sed, cum nova esset post cædem Ptolemæi expeditio, huic anno potius tribuendam existimarim. Nec temere hæc effudisse seu Pausaniam, seu Plutarchum, et Justini Trogo[3] manifestum est. Fatetur etiam ille missam a Pyrrho illam, quam dixi, ad Antigonum legationem. Et tum regem Macedoniæ Antigonum disertis verbis agnoscit. Male tamen legationem e Sicilia missam comminiscitur, quæ fuerit victi a Curio fugientisque ex Italia. Imo tum quoque, cum socii Gallorum, duce Brenno, ad Delphicos thesauros diripiendos profecti fuerant, reversum narrat[4] in Macedoniam Antigonum, remque bene gestam adversus Gallorum reliquias Macedoniæ imminentes. Et verba Memnonis in hanc sententiam diserta sunt : Ἀντίγονος δὲ ὁ Δημητρίου [ὃς] ἡττήθη τῷ ναυτικῷ, Πτολεμαίου ἀνῃρημένου τὴν Μακεδόνων λαμβάνει ἀρχήν[5]. Hunc ergo olymp. CXXV 2m annum primum Antigoni in Macedonia nu-

[1] Pausan. *Phoc.* cap. 20, pag. 847. — [2] Pausan. *ib.* cap. 23, pag. 857. — [3] Justin. lib. XXV, cap. 3. — [4] Justin. *ib.* cap. 1. — [5] Ap. Phot. Cod. 224, cap. 15.

merandum existimo. Post Ptolemæum, cujus finem olymp. CXXV, 1, assignavimus, successit frater Meleager, duobus mensibus, si recte Porphyrius et Eusebius; mensibus VII, siquis scriptorem barbarum sub Anastasio Dicoro audiendum putet; vel πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, pro sententia Dexippi. Tum Antipater Cassandri nepos diebus XLV, omnibus fere suffragantibus. Deinde Sosthenes annis, ut volunt, duobus. Denique Ptolemæus Pyrrhi filius, et Alexander et Pyrrhus omnium postremus. Sed vero hanc anarchiam appellant, qua non unus aliquis Macedoniam tuebatur princeps, sed multi seorsim, et qua licuit: Διὰ τὸ πολλοὺς ἐπεμβαίνοντας τῇ βασιλείᾳ πρὸς βραχὺ κρατεῖν καὶ ἐκπίπτειν αὐτῆς, inquit Dexippus. Sosthene certe neminem priorem agnoscit Justinus[1], et ne quidem hunc ipsum regis nomine, sed tantummodo ducis. Et certe Gallos illum compescuisse primum, deinde ab iisdem victum, Brenno duce, narrat. Hæc antea quam de templo Delphico diripiendo cogitaret Brennus, cum quo nihil gestum legimus ab Antigono. Et tamen Antipatri tempore, quem volunt ante Sosthenem regnasse, rebus Macedonum sese immiscuit Antigonus. Imo Antipatri opera non regis, sed oræ maritimæ præfecti, Gallos in Asiam transivisse docet Livius[2]. Quem quidem transitum olymp CXXV, 3, assignat idem, ubi supra, Pausanias. Erat ergo illis accensendus, qui ultimi regno Macedoniæ insidiabantur, hic saltem, quicunque demum is fuerit, Antipater qui oræ præerat maritimæ, sub quo rem gerere cœpit Antigonus, qui, post res a Sosthene gestas, et post discessum Bromi, Macedoniam tuebatur. Suffragatur illis quæ diximus etiam Porphyrius: Σωσθένης δὲ Βρέννον ἐξελάσας, καὶ ὅλων δύο ἐτῶν προστὰς τῶν πραγμάτων ἀποθνήσκει. Καὶ γίνεται ἀναρχία Μακεδόσι, διὰ τὸ

[1] Justin. lib. XXV, cap. 5. — [2] Liv. lib. XXXVIII, cap. 16.

τοὺς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Ἀρριδαῖον (hic est fortasse quem Alexandrum appellat Dexippus, vere Alexandrum Aridæum ut fuit Philippus Aridæus) ἀντιποιεῖσθαι μὲν τῶν πραγμάτων, ὁλοσχερῶς δὲ μηδένα προστῆναι. ἀπὸ δὴ τοῦ Πτολεμαίου ἐπὶ τὸ τέλος τῆς ἀναρχίας, τοῦτ' ἔστιν, ἀπὸ ρκδ' ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου, ἄχρι τῆς ρκς' Πτολεμαίου μὲν τοῦ Κεραυνοῦ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ε' ἄρξαντος, Μελεάγρου δὲ μῆνας β', Ἀντιπάτρου δὲ ἡμέρας με'. Σωσθένους δὲ ἔτη β', καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς ἀναρχίαν λογισθέντος. Proprie quidem sic dictam anarchiam censet a fine Sosthenis, cum plures simul regno insidiarentur: Sic tamen ille ut, laxiori sensu, turbarum a Gallis concitatarum tempus omne anarchiæ nomine complectatur. Proinde ab ipso Ptolemæo Cerauno anarchiam inchoat olymp. CXXIV, 4, et fine illo concludit quo de regno Macedoniæ sibi vendicando cogitabant Ptolemæus et Alexander, Pyrrhi filii[1], quibus Pyrrhum ipsum addit Dexippus, et hic, de quo dixi, Antipater. Cœperunt enim sub Ptolemæo Cerauno motus Gallorum, qui penitus sub Antipatro prædicto conquieverint, Gallis in Asiam transeuntibus. Sed horum omnium tempora sibi invicem immista triennio complectitur; et quidem Diodoro teste, Dexippus[2]: Οἱ πάντες, inquit, ἔτη γ' κατὰ Διόδωρον. Respondet summa accuratissime ab olymp. CXXIV, 4, quo ejus initium statuit Porphyrius ad olymp. CXXV, 3, quo Gallos testatur in Asiam migrasse Pausanias. Adhuc tamen accuratius, ni fallor, hos annos designabimus annis U.C. Varronianis ab initio januario, si ita disponantur.

U. C. Varr. 474, olymp. $\frac{\text{CXXIV}}{\text{CXXV}}\frac{4}{1}$, post discessum Pyrrhi in Italiam, vere appetente, Galli in Macedoniam veniunt, et olymp. CXXV, 1, ineunte per V menses Ptolemæum Ceraunum sub hujus anni finem

[1] Justin. XXV, 3 — [2] Pag. 58, Scaliger.

interficiunt. Inde primus censetur annus Sosthenis. Duce Gallorum, hoc anno, Belgio vel Bolgio.

U. C. Varr. 475, olymp. CXXV $\frac{1}{2}$, gesta Sosthenis in Gallos primo vere reversos, quibus illos compescuit ne latius evagarentur. Duce adhuc Gallorum Bolgio. Fine anni incipit annus Sosthenis secundus.

U. C. Varr. 476, olymp. CXXV $\frac{2}{3}$, anarchiæ III^us ultimusque Sosthenis II^us quem non explevit. Redeuntibus enim primo, ut videtur, vere Gallis, duce jam Brenno, victus est Sosthenes. Et victi deinde Macedones se intra muros urbium condiderunt. Justin. XXIV, 6. Inde verisimile est mox periisse Sosthenem. Inde Macedonia Brennus Delphos pergit, periitque ipse cum exercitu, olymp. CXXV, 2, teste Pausania: proinde priori hujus anni parte. Post discessum Brenni e Macedonia, exitumque Sosthenis, tum demum se rebus Macedoniæ immiscet Antigonus, vocatus, ut videtur, a Macedonibus obsessis, nec murorum limites egredi audentibus. Rem gerit *cum Gallis a Brenno, cum in Græciam proficisceretur ad terminos gentis tuendos, relictis*, inquit Justin. lib. XXV, 1. Nondum certe audita Brenni clade, quæ animos eorum dejectura fuerit. Posteriori anni parte olymp. CXXV, 3, in Asiam migrarunt, ut ostendimus. Qui nempe a Brenno duce, seditione facta, secesserant. Liv. XXXVIII, 16; hoc ergo anno, qui Brenni erat supremus. Sic ergo corrigendus erit in anarchiæ fine designando Porphyrius: *ἄρχει τῆς ρμε' ἔτους τρίτου*. Et recte se habebunt illius rationes. Huic certe olympiadi CXXV initium Antigoni tribuit Eusebius in *Chronico*[1], et quicunque demum is fuerit, Arati vitæ auctor editus a Petavio in *Uranologio*.

[1] Cf. Euseb. *Chron.* part. I, pag. 332, Venet. 1818.

§. XX. Zenonem perstrinxit, ut videtur, Posidippus post ann. U. C. Varr. 441, olymp. CXVI $\frac{3}{4}$.

Proinde annus Antigoni nostri Gonatæ in Macedonia primus, idem erat cum anarchiæ anno III°. Idem conatus fuerat antea initio Ptolemæi Cerauni. Sed ab eo victus pulsusque est e Macedonia. Proinde dubitandum non est, quin sublato post Ptolemæi cædem Sosthene, primam quamque occupandæ Macedoniæ occasionem captarit. Hoc autem 1.° ejus anno, cum alii essent in aliis Macedoniæ partibus æmuli qui illum non agnoscerent, et cum adhuc metus esset ab anarchiæ auctoribus Gallis: non est proinde cur miremur, si hic etiam annus anarchiæ imputatus fuerit. Hinc ergo intelligimus, nullum fuisse decennium quo in Græcia regnarit Antigonus antea quam regnaret in Macedonia. Nec tamen numerum illum erroneum existimo, quanquam errasse credam qui decennium illud ab Antigoni regnantis initio arcessiverint. Hoc itaque volebant, ut opinor, illius numeri auctores, antea in Græcia regnasse, quam in Macedonia, Antigonum, quod erat sane verissimum. Tum et illud observaverant, decennium intercessisse, non ex quo rex ipse fuisset Antigonus, sed ex quo pulsus fuisset illius pater e Macedonia Demetrius. Id quoque respondet, pro nostris rationibus, accuratissime. Pulsus enim Demetrius fuerat anno U. C. Varroniano 466, qui olymp. $\frac{\text{CXXII}}{\text{CXXIII}}\ \frac{4}{1}$ responderit, qui decimus erat annus ante hunc in quo versamur. Sepelivit quidem patrem Demetrium in Demetriade Antigonus, quam proinde tum olymp. CXXIV, 3, ab Antigono possessam fuisse constat. Non tamen Macedoniæ erat, quanquam usibus Macedoniæ condita fuerit, ipsa Demetrias. Plinius[1] illam Thessaliæ tribuit,

[1] Plin. *Nat. Hist.* IV, 8.

Phthiotidi Ptolemæus. Et Pyrrhus erat, qui pulso e Macedonia patre illius Demetrio Thessaliam ademerat, teste Plutarcho. Et socium habuit belli in Lysimachum Pyrrhum Antigonus, ut nos docet Pausanias [1]. Vix est cur dubitemus, quin restituta, quam Pyrrhus ademerat, Thessalia. Non legimus sane seu Lysimacho, seu Seleuco, seu Ptolemæo Cerauno, qui Macedonia postea potiti sunt, paruisse Thessaliam. Nec Thessaliam hoc anno ab Antigono acquisitam legimus, sed tantummodo Macedoniam. Potuit ergo, nondum rex Macedoniæ, Antigonus patrem nihilominus Demetrium in Demetriade sepelire. Potuit ergo hoc anno ad Zenonem octogenarium scribere, cum rex Macedoniæ esset Antigonus. Ægre tamen et incommode, qui et tertius erat anarchiæ, et quo præcipua censetur anarchia. Melius hic quadrabunt rationes aliæ quæ annum Zenonis natalem inter olymp. CVI et olymp. CVII, 2, statuunt. Esto annus U. C. Varronianus 401, olymp. CVII $\frac{3}{4}$, ut saltem potuerit aliquantisper audire Polemonem. Annus ejus LXXX^us erit Varronianus 481, olymp. CXXIV $\frac{3}{4}$, Pyrrhi morte celebris, et Antigono turbulentissimus. Anno superiori Varr. 480, ægre amissam 479, Macedoniam in suam potestatem redegit Antigonus. Hoc ergo anno vel sequenti securus erat in regno Macedoniæ Antigonus, qualem supponunt literæ ad Zenonem datæ. Scripserit ergo hoc demum anno Varroniano 481 exeunte, olymp. CXXVI, 4, cœpto. Annus inde XVIII^us erit Varronianus 499, olymp. CXXXI $\frac{1}{2}$; nec multo antea decedere potuit Zeno, si quidem illum audierit Chrysippus. Fuisse autem qui a Chrysippo auditum traderent, docet Laërtius [2]. Defunctus est Chrysippus olymp. CXLIII, anno vitæ LXXIII, teste apud Laërtium [3] Apollodoro. Suffragatur

[1] Pausan. *Attic.* cap. 16. — [2] Laërt. VII, 179. — [3] *Ibid.* VII, 184.

Laërtio etiam Suidas. Esto, primo illo olympiadis anno defunctus fuerit. Ita natus fuerit olymp. CXXIV, 4. Sic annum egerit XXV^m vel circiter, cum obiret Zeno. Huic tamen argumento non admodum fidendum esse puto. Lucianus enim in Macrobiis annos illius numerat LXXXI ut proinde duabus antea olympiadibus natus fuerit Chrysippus. Hæc ergo ratiocinia si vera sint, non potuit post Zenonem annis tantummodo XIX superstes fuisse Cleanthes. Erat enim is annus Varronianus 518, olymp. $\frac{CXXXV}{CXXXVI}\,\frac{4}{1}$, rege Ægyptiorum Ptolemæo Euergete 1°. Sed vero sub Ptolemæo etiam Philopatore adhuc erat in stoïcæ scholæ cathedra Cleanthes. Nam Cleanthem oravit Ptolemæus, ut vel ipse ad eum pergeret, vel quempiam e suis mitteret. Sphærum ergo ad hunc ipsum Ptolemæum missum testatur Laërtius, Chrysippo ire recusante, lib. VII, 185. Hunc Ptolemæum Philopatorem disertis verbis idem appellat, num. 177. Hæc ante olymp. CXLIII, qua decessit Chrysippus, annumque Varr. 546. Et tamen post annum Varronianum 532 quo inivit Philopator, ut mox videbimus, annis ad minimum XXXIII a morte Zenonis, pro nostris saltem rationibus. Accedant præterea anni XIX, quibus Zenonem audiverit, fientque LII. Ita disciplinam Zenonis inierit anno Varroniano 480, olymp. CXXVI $\frac{2}{3}$. Supersunt ergo anni Cleanthis alii XLVII inter tempora quibus nondum ad philosophiam accesserat, eaque quibus ipse scholæ philosophicæ præsidebat, tribuendi. Pars, ut videtur, maxima spatio illi assignanda, quo nondum studio philosophiæ nomen dederat. Ita certe si πρεσβύτης fuerit, et πολιάς habuerit, adhuc scholam moderante Zenone, quod forte innuit responsio ejus ad condiscipulum Aristonem, Laërt. VII, 171. Porro, cum nunquam cathedram possederit Chrysippus, stoïcorum omnium celeberrimus, suspicor Cleanthem ei

fuisse superstitem. Ita vixerit Cleanthes ad annum prædictum Varron. 546. Demantur XCIX. Sic natus fuerit ann. Varr. 447. Annum egerit LII^m cum obiret Zeno, si quidem ætas illa esset pro senectute habenda. Magis tamen fortasse conveniet, si initio Philopatoris mortem Cleanthis assignaverimus, et grandæva ejusdem ætas in causa fuerit cur non ipse ad Philopatorem venerit; sed pro se miserit Sphærum illum, quem dixi, Bosporanum. Eadem fuisset excusatio qua usum vidimus Cleanthis præceptorem Zenonem, cum et illum similiter invitaret Antigonus Gonatas. Secundum has ergo, quas vero proxima existimo, rationes, annus Zenonis XL^us, quo scholam stoïcam condidit, in annum conveniet U.C. Varronianum 441, olymp. CXVI $\frac{3}{4}$. Et post illum saltem annum necesse erit fabulas scripsisse Posidippum, quibus illum perstrinxerit. Nec enim auditorem Zenonem, sed doctorem lacerasse verisimile est. Potius illi cum in cathedra etiam inclaruisset, convitia ingesserit. Sic tamen satis commode alia scripserit idem Posidippus, antea quam de *vita Græciæ*, Dicæarchus. Cum hac Posidippi ætate satis congruit, quod comœdiæ novæ poëtis illum accenseant Pollux [1], et anonymi laciniæ de comœdia, quas scholiis in Aristophanem præfixas legimus.

§. XXI. Incertum est an illum, qui sub Philadelpho vixerit, Philiscum advocaverit Dicæarchus.

Advocat præterea Dicæarchus poëtam Philiscum. E nuperioribus quidem, ut videtur, et sibi coævis. Nec tamen inde discimus, antiquius illa scripserit, an serius, quam nostræ ferunt rationes. Erant enim, ut docet Suidas, duo, ejusdem quidem nominis, diversi tamen artificii, poëtæ: alter tragœdia, alter comœdia,

[1] Poll. IV, 24, 2.

clarus. Alterum Corcyræum, Philotæ filium, tragicum Bacchi sacerdotem fuisse tradit Suidas, qui sub Ptolemæo floruerit Philadelpho. Hunc tamen eundem, qui sub Ptolemæo vixit Philadelpho, Bacchi sacerdotem, agnoscit quidem poëtam Athenæus[1]. Nec tamen docet, comicus fuerit, an tragicus. Et ne quidem illud manifestum est, tragicus fuerit, an comicus, quem testem adduxit, de Chalcidensium indole, Dicæarchus. Gentium enim a se descriptarum mores ille ex utroque poëtarum genere exhibet. Utcunque tamen unici tantummodo, qui hoc nomine appellatus fuerit, poëtæ tempus exploratum aliquatenus habemus. Illius nimirum qui Bacchi sacerdos fuerit Alexandriæ sub Ptolemæo Philadelpho. Hic si alius fuerit ab eo quem testem adhibuit Dicæarchus, non erit cur admodum laboremus si serius vixerit quum de vita Græciæ commentaretur Dicæarchus. Nec sane constat, hic Philadelphi Philiscus unquamne vixerit in Græcia, ubi tamen illum vixisse versimillimum est, qui mores Græcorum Chalcidensium adeo habuit exploratos.

§. XXII. Regum Ægyptiorum usque ad Philometorum series chronologica.

Esto tamen, is idem fuerit Philiscus Dicæarchi. Ne quidem ita quicquam obstabit quo minus tum quoque, cum de vita Græciæ scriberet, Philisci testimonio uteretur Dicæarchus. Hoc ut evincam, non erit lectori forsitan ingratum, si primorum Ptolemæorum successionem contexam, committamque cum initio Philometoris, unde superioris geographicorum scriptorum voluminis[2] dissert. III, illam contexueram in gratiam Agatharchidis. Sic ergo se habebit:

[1] Athen. v, 7. — [2] (Tom. I, pag. 73, ed. Huds.).

U. C. Varr.		Olympiad.	Nabonass. ineunt.	Ptolem. Lagi.	U. C. Varr.	Seleucidarum.	Olympiad.	Nabonass. ineunt.	Ptolem. Lagi.
430		113/114 $\frac{4}{1}$	425	1	451	9	119 $\frac{1}{2}$	446	22
431		114 $\frac{1}{2}$	426	2	452	10	119 $\frac{2}{3}$	447	23
432		114 $\frac{2}{3}$	427	3	453	11	119 $\frac{3}{4}$	448	24
433		114 $\frac{3}{4}$	428	4	454	12	119/120 $\frac{4}{1}$	449	25
434		114/115 $\frac{4}{1}$	429	5	455	13	120 $\frac{1}{2}$	450	26
435		115	430	6	456	14	120 $\frac{2}{3}$	451	27
436		115 $\frac{2}{3}$	431	7	457	15	120 $\frac{3}{4}$	452	28
437		115 $\frac{3}{4}$	432	8	458	16	120/121 $\frac{4}{1}$	453	29
438		115/116 $\frac{4}{1}$	433	9	459	17	121 $\frac{1}{2}$	454	30
439		116 $\frac{1}{2}$	434	10	460	18	121 $\frac{2}{3}$	455	31
440		116 $\frac{2}{3}$	435	11	461	19	121 $\frac{3}{4}$	456	32
441		116 $\frac{3}{4}$	436	12	462	20	121/122 $\frac{4}{1}$	457	33
442	Seleucid. de fin.	116/117 $\frac{4}{1}$	437	13	463	21	122 $\frac{1}{2}$	458	34
443	1	117 $\frac{1}{2}$	438	14	464	22	122 $\frac{2}{3}$	459	35
444	2	117 $\frac{2}{3}$	439	15	465	23	122 $\frac{3}{4}$	460	36
445	3	117 $\frac{3}{4}$	440	16	466	24	1224/123 $\frac{}{1}$	461	97
446	4	117/118 $\frac{4}{1}$	441	17	467	25	123 $\frac{1}{2}$	462	38
447	5	118 $\frac{1}{2}$	442	18	468	26	123 $\frac{2}{3}$	463	39
448	6	118 $\frac{2}{3}$	443	19	469	27	123 $\frac{3}{4}$	464	40
449	7	118 $\frac{3}{4}$	444	20					1 Philadel.
450	8	118/119 $\frac{4}{1}$	445	21	470	28	123/124 $\frac{4}{1}$	465	2

U. C. Varr.	Seleuci-darum.	Olym-piad.	Nabo-nass. ineunt.	Ptolem. Phila-delphi.	U. C. Varr.	Seleuci-darum.	Olym-piad.	Nabo-nass. ineunt.	Ptolem. Phila-delphi.
471	29	124 1/2	466	3	492	50	129 2/3	487	24
472	30	124 2/3	467	4	493	51	129 3/4	488	25
473	31	124 3/4	468	5	494	52	129/130 4/1	489	26
474	32	124/125 4/1	469	6	495	53	130 1/2	490	27
475	33	125 1/2	470	7	496	54	130 2/3	491	28
476	34	125 2/3	471	8	497	55	130 3/4	492	29
477	35	125 3/4	472	9	498	56	130/131 4/1	493	30
478	36	125/126 4/1	473	10	499	57	131 1/2	494	31
479	37	126 1/2	474	11	500	58	131 2/3	495	32
480	38	126 2/3	475	12	501	59	131 3/4	496	33
481	39	126 3/4	476	13	502	60	131/132 4/1	497	34
482	40	126/127 4/1	477	14	503	61	132 1/2	498	35
483	41	127 1/2	478	15	504	62	132 2/3	499	36
484	42	127 2/3	479	16	505	63	132 3/4	500	37
485	43	127 3/4	480	17	506	64	132/133 4/1	501	38
486	44	127/128 4/1	481	18					Energet.
487	45	128 1/2	482	19	507	65	133 1/2	502	1
488	46	128 2/3	483	20	508	66	133 2/3	503	2
489	47	128 3/4	484	21	509	67	133 3/4	504	3
490	48	128/129 4/1	485	22	510	68	133/134 4/1	505	4
491	49	129 1/2	486	23	511	69	134 1/2	506	5

U. C. Varr.	Seleucidarum.	Olympiad.	Nabonass. ineunt.	Ptolem. Euerg.	U. C. Varr.	Seleucidarum.	Olympiad.	Nabonass. ineunt.	Ptolem. Philop.
512	70	134 $\frac{2}{3}$	507	6	532	90	139 $\frac{2}{3}$	527	1
513	71	134 $\frac{3}{4}$	508	7	533	91	139 $\frac{3}{4}$	528	2
514	72	134 135 $\frac{4}{1}$	509	8	534	92	139 140 $\frac{4}{1}$	529	3
515	73	135 $\frac{1}{2}$	510	9	535	93	140 $\frac{1}{2}$	530	4
516	74	135 $\frac{2}{3}$	511	10	536	94	140 $\frac{2}{3}$	531	5
517	75	135 $\frac{3}{4}$	512	11	537	95	140 $\frac{3}{4}$	532	6
518	76	135 136 $\frac{4}{1}$	513	12	538	96	140 141 $\frac{4}{1}$	533	7
519	77	136 $\frac{1}{2}$	514	13	539	97	141 $\frac{1}{2}$	534	8
520	78	136 $\frac{2}{3}$	515	14	540	98	141 $\frac{2}{3}$	535	9
521	79	136 $\frac{3}{4}$	516	15	541	99	141 $\frac{3}{4}$	536	10
522	80	136 137 $\frac{4}{1}$	517	16	542	100	141 142 $\frac{4}{1}$	537	11
523	81	137 $\frac{1}{2}$	518	17	543	101	142 $\frac{1}{2}$	538	12
524	82	137 $\frac{2}{3}$	519	18	544	102	142 $\frac{2}{3}$	539	13
525	83	137 $\frac{3}{4}$	520	19	545	103	142 $\frac{3}{4}$	540	14
526	84	137 138 $\frac{4}{1}$	521	20	546	104	142 143 $\frac{4}{1}$	541	15
527	85	138 $\frac{1}{2}$	522	21	547	105	143 $\frac{1}{2}$	542	16
528	86	138 $\frac{2}{3}$	523	22	548	106	143 $\frac{2}{3}$	543	17
529	87	138 $\frac{3}{4}$	524	23					Epiph.
530	88	138 139 $\frac{4}{1}$	525	24	549	107	143 $\frac{3}{4}$	544	1
531	89	139 $\frac{1}{2}$	526	25	550	108	143 144 $\frac{4}{1}$	545	2
				Philop.	551	109	144 $\frac{1}{2}$	546	3

U. C. Varr.	Seleucidarum.	Olympiad.	Nabonass. ineunt.	Ptolem. Epiph.	U. C. Varr.	Seleucidarum.	Olympiad.	Nabonass. ineunt.	Ptolem. Epiph.
552	110	144 2/3	547	4	563	121	147 1/2	558	15
553	111	144 3/4	548	5	564	122	147 2/3	559	16
554	112	144 4/145 1	549	6	565	123	147 3/4	560	17
555	113	145 1/2	550	7	566	124	147 4/148 1	561	18
556	114	145 2/3	551	8	567	125	148 1/2	562	19
557	115	145 3/4	552	9	568	126	148 2/3	563	20
558	116	145 4/146 1	553	10	569	127	148 3/4	564	21
559	117	146 1/2	554	11	570	128	148 4/149 1	565	22
560	118	146 2/3	555	12	571	129	149 1/2	566	23
561	119	146 3/4	556	13	572	130	149 2/3	567	24
562	120	146 4/147 1	557	14					

NOTÆ AD TABULAS.

Anni hic regum ineuntes intelliguntur pro rationibus canonis regum astronomici. Ut scilicet una ineant cum annis epochæ nabonassareæ quibus apponuntur. Primis tamen regnorum annis sæpe inibant revera annis nabonassareis, qui primi regi cuique assignantur, desinentibus. Sed a morte Alexandri M. annos Ptolemæi Lagidæ continuos propterea numeravimus, quod Alexandri Roxanes filii anni in canone astronomico fuerint situ vitiosissimo; post finem scilicet Aridæi, quem tamen regem agnoverunt Macedones una cum Aridæo.

431 Varr. cœpit revera Ptolemæus Lagi; sed secunda anni parte quæ cum olymp. CXIV, 2, concurrebat, teste Diodoro. Proinde post junii juliani diem XIV^{m}. Et tamen ante novembris juliani diem XII^{m} quo cœpit vere primus illius thoth

ægyptiacus. Paulo, ut videtur, antea quam nasceretur Alexandri M. filius Alexander e Roxane, qui etiam ipse hac secunda anni parte in lucem editus est. Proinde sub rege Philippi Aridæo duntaxat. Sed prioris anni thoth Ptolemæo accenset canon astronomicus, ut postea videbimus.

448 Varr.. desinunt anni satrapiæ XVII, quibus Ægyptum tenuit Ptolemæus Lagida, antequam regis nomen et insigne diadema susciperet. Victus est prælio navali in Cypro a Demetrio Poliorcete Ptolemæus, olymp. CXVIII, 2. Accepto victoriæ nuncio primus se regem appellavit Demetrii pater Antigonus, ejusque filium etiam tituli participem fecit. Horum exemplo Ptolemæus, ne quid ipse, propter victoriam, remittere videretur. Non tamen secundam hujus anni partem, quæ in olymp. CXVIII 3m incidit, si annos in satrapia XVII integros impleverit. Sic anno juliano ineunte, exeunte autem anno olymp. CXVIII 2°, fuerit prælium navale. Quod sane improbabile non est. Nam fine rerum a Græcis gestarum illud narrat Diodorus. Utcunque tamen, uno et continuo nexu regni annos numeravit Ptolemæus, ut mox ostendemus; non autem ab hoc anno quo se regem appellavit edictis publicis.

463 Varr. Hic certe XXXIIus est annus Ptolemæi, quo mortuus refertur Menander poëta in inscriptione Gruteriana. Bis illam exhibet Gruterus ex Ursino, pag. 918, 12 et 1027, 2. Utrobique admodum diverse. Scaliger illam ita profert Num. Euseb. MDCCXIV, quasi ipse vidisset, sine ulla διορθωσίας significatione. Metuo tamen, quod illi solenne est, ne suas emendationes pro vera lapidis lectione lectori propinarit. Inscriptio illa (si recte in secundo Gruteri loco et apud Scaligerum legatur) natalem Menandri tribuit archonti Sosigeni olymp. CIX, 3; mortem autem ejusdem, annumque, quo mortuus fuisse dicitur, LIIm cum archonte committit Philippo, hujusque Ptolemæi anno XXXII°, quæ tamen invicem non cohærent, ipso quoque fatente Scaligero. Ut anno olympiad. CIX natus fuisset exeunte Menander, ita natalis illius in annum incidisset Varr. 413. Proinde LIIus annus in ann. Varr. 465, olymp. CXXII $\frac{3}{4}$, quo exiit Ptolemæi annus a vero illius exordio XXXIV.us, cœpit autem XXXVus. Deducantur anni XXXII, annusque erit Varronianus 433, olymp. CXIV $\frac{3}{4}$, quo Perdiccam Ægypto exclusit Ptolemæus, auctorque erat ut interficeretur; quod 3° Perdiccæ anno, et olymp. CXIV, 3, tribuit Diodorus. Sic ab hac Perdiccæ cæde, quasi a nova epocha, exordium suum supputarit Ptolemæus, quem tamen

antea Ægyptum possedisse vidimus. Cur itaque non potius a suscepto diademate numeravit! Errorem ergo aliquem esse suspicio est, non lapidis fortasse, sed potius apographi. Hic ut appareat, certiora ab incertioribus secernenda sunt. Archontis natalis situm firmat natalis Epicuri eodem archonte mense gamelione editi. Firmat spatium quo vixit Epicurus annorum LXXII non plenorum ab olymp. CIX, 3, ad olymp. CXXVII, 2. Firmant Fasti illis natalis archontis temporibus pleni sibique constantes. Philippus archon, sub quo decessit Menander, quem situm habuerit, non adeo exploratum habemus, nec Fastos illorum perpetuos et sibi consentaneos. Itaque de archontis emortualis situ aliunde statuendum est. Locum Philippi archontis indicat, ni fallor, in Dinarcho Dionysius, dum πέντε καὶ δεκαετῆ χρόνον inter illum censet atque archontem Anaxicratem. Hic Anaxicrates, de quo loquitur Dionysius, non olymp. CXXV, 2, erat archon, sed alius ille olymp. CXVIII, 2, ut ex ipso Dionysii contextu manifestum est. Prioris autem illius Anaxicratis situm certiorem faciunt Fasti illo in loco continui in Dionysio atque Diodoro, nulla, quæ sæpe evenit in aliis, discordia suspecti. Sic erit locus Philippi olymp. CXXII, 1, cum hujus, in quo versamur, anni priori parte concurrens. Nec longe abit Eusebius, qui etiam in editione Scaligerana olymp. CXXI, 4. Menandri mortem assignat. Sed multa sunt in illo Chronici Eusebiani loco ad annos referenda quæ se invicem ad annos alienos detrudant, quod contingit in Chronico Eusebiano sæpissime; præsertim Scaligerano. Sæpe enim Scaliger codices quos habebat mss. non consuluit in locis minime a se suspectis. Consulendus ergo diligentior Pontacus. Ibi autem ad ipsum illum, quem dixi, annum refertur. Et quidem plurimum optimorumque codicum fide. Et profecto si notæ illæ singulæ post successionem Demetrii ad annos referantur singulos, fiet omnino ut hæc de Menandri morte nota ad illum ipsum, quem dixi, annum olymp. CXXII, 1, referenda sit. Ita præterea eveniet ut annos LII non potuerit explere Menander, quem tamen numerum illi tribuunt collectanea græca ante scholia Aristophanis. Sed nescio annon prior ille mendosiorque locus quo Ursini apographum repræsentavit Gruterus, propius tamen accesserit ad vestigia quadratarii. Ibi autem ΜΑΙΩ legimus, pro quo extra textum legimus ΚΑΙ Β. Inde facile conjicimus ab ingenio Ursini, quæ vitiosa erant emendantis, emanasse verba ΚΑΙ Β, non autem e lapide. Liceat ergo nobis ex apographi indiciis de vera

lectione hariolari. Constat huc nihil attinere mensem romanum maium L. Quid si ergo reponamus : M. Δ. [vel Δ.] Ͱ:. B. ut scilicet, præter annos quibus vixerit Menander, menses, præterea diesque (pro more sepulcralium titulorum receptissimo) designarit ! Sic omnia cum hoc anno convenient accuratissime. Docebunt præterea annos regni a satrapiæ initio numerasse Ptolemæum.

469 Varr. Filium Philadelphum e Berenice regni secum participem fecit Ptolemæus Lagides. Post annum regni XXXVIII^m^, ab illo, de quo jam antea dixi, exordio. Proinde olymp. CXXIII, 4 cœpto. Post thoth XXXIX^m^ e Canone astronomico. Proinde post nov. I julian. Hinc sane colligitur, si hoc anno filium collegam adlegerit, anno juliano exeunte adlegisse. Ego potius anno sequenti adlectum arbitror, rationes, cur ita sentiam, ibi proditurus. Utcunque tamen ab hujus anni thoth inchoandum existimo Philadelphi supputationem in canone astronomico, propter rationes postea tradendas. Tribuitur Lagidæ, quod tum solus fuerit in throno sine æmulo. Nec minus tamen Philadelpho, qui particeps throni factus anno quidem sequenti, antea tamen quam novus thoth iniret.

470 Varr. Hoc potius anno, quam priori Ptolemæum Philadelphum regni collegam admisit pater Ptolemæus Lagides. *Finito*, inquit Justinus [1], *bello, cum sese Seleuco dedidisset Demetrius Poliorcetes.* Erat autem hic capti Demetrii annus primus, ut in superioribus ostendimus. Hoc ergo anno ineunte captus est Demetrius. Captus, ut vidimus, Demetrius præfectis Græcarum urbium scripsit ut filio Antigono parerent. Tum fuit sane metuendus Antigonus, cujus metu sese in Ægyptum contulit Demetrius Phalereus, teste, apud Laërtium [2], Hermippo. Tum demum deliberabat Ptolemæus de regni successore sibi sufficiendo. Auctor autem erat Ptolemæo Demetrius, ne quem vivus successorem designaret, ut docet ex Heraclide Laërtius V, 79. Cum hoc non assequeretur, hortabatur ut filium natu majorem ex Eurydice heredem potius institueret. Hoc etiam ex Hermippo Laërtius V, 78. Rem plane integram fuisse hæc ostendunt, nec heredem aliquem a Ptolemæo designatum, cum in Ægyptum veniret Demetrius Phalereus fugatus ab Antigono Gonata. Utcunque tamen, cum soli Lagidæ nemo annos integros tribuat plusquam XXXVIII, hoc certe anno ineunte iniverit oportet cum patre Philadelphus.

1 Justin. XVI, 2. — 2 Laërt. V. 78.

471 Varr. Hic secundus est annus, quem in regno cum patre communem habebat Philadelphus, teste Porphyrio. Et sane ad secundam illius partem, quæ cum olymp. CXXIV, 2, concurrebat, necesse erat superstitem fuisse Lagidem: ut annum absolveret XL^{m} regni universi. Hujus regni duas partes facit Porphyrius; aliam satrapiæ ad victoriam Demetrii quam olymp. CXVIII, 2, tribuit Diodorus. Hanc annorum XVII, censet Porphyrius. Desiit ergo anno U. C. Varr. 448, olympiad. CXVIII $\frac{2}{3}$. Hac enim victoria elati, regium nomen et diadema sumsit primo Antigonus ipse. Tum deinde cum filio, victoriæ auctore, Demetrio Poliorcete. Denique eorum exemplo, ne quid victus cedere videretur, ipse Ptolemæus. Ita factum ut ad posteriorem anni partem dilatus fuerit regius honor Ptolemæi. Hujus autem annos numerat præterea XXIII Porphyrius, qui proinde desinent olymp. CXXIV, 2. Num autem hujus anni thoth attigerit Lagides nov. julian. 11^{m} incertum est. Crediderim autem potius non attigisse. Secundi certe cum patre anni partem defuisse necesse est, si thoth XXXIX^{m} solus attigerit Lagides nondum participe regni facto filio Philadelpho. Sed ante infirmitatem patri fatalem adscitum esse docet e Trogo Justinus XVI, 2. Et privatum officium regi inter satellites fecisse, quem nihilominus filius pro rege habebat.

472 Varr. Bellum Seleuci cum Lysimacho supra constituimus, quo periit Lysimachus. Sed vero hujus belli initio erant apud Lysimachum cum Lysandra sorore (quæ jam olim Agathocli nupserat Lysimachi filio) Ptolemæi Lagidæ ex Eurydice filii. Lysandra, interfecto sororis Arsinoës, quæ Lysimacho ipsi nupserat, insidiis marito Agathocle, ad Seleucum confugit, τούς τε παῖδας ἅμα ἀγομένη καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς αὐτῆς, οἷς πελαδὸν ἦν, ἐς Πτολεμαῖον καταφεύγουσα. Pausan. *Attic.* 10. Sic enim locum correxit interpretatusque est eruditissimus ingeniosissimusque Kuhnius. E quibus verbis intelligimus metum fuisse Lysandræ fratribus omnibus a fratre Ptolemæo Philadelpho, cum non ad illum fugerent, sed ad Seleucum. Causam metus idem exponit Pausanias, ib. *Att.* 7. Quod scilicet fratres ex eadem, qua et Lysandra, matre, duos jam antea sustulerat Philadelphus. Et tamen hoc certe anno, et bello, cujus erant auctores, cum Seleuco, ineunte, jam erant cum Lysandra sorore apud Lysimachum filii Lagidæ ex Eurydice. Opportune admodum, pro nostris hisce de initio Philadelphi rationibus. Nec enim fratres ὁμοπατρίους, patre communi

etiamnum superstite, Philadelphum interfecisse verisimile est. Ergo anno superiori exeunte interfecerit. Inde consentaneum erat ut fratres reliqui ex Eurydice superstites ad sororem Lysandram sese contulerint, ante cædem Agathoclis mariti: ea autem cæde peracta, hoc anno, una cum ea ad Seleucum fugerint, et bellum deinde conflaverint quo Lysimachus interfectus est. Ita hæc se omnia individuo nexu excipiunt, ut situm alium, quam quem dedimus, communi patris filiique biennio ægre patiantur. Firmat præterea hunc nostrum calculum inscriptio turris Phariæ, quam conservavit Strabo[1]: *Σώστρατος Κνίδιος Δεξιφάνους Θεοῖς Σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων.* Horum *βασιλέων φίλον* hunc Sostratum fuisse observavit ibidem Strabo. Erant ergo plures uno reges quorum auspiciis hoc opus Sostrato demandatum est. Nec alii, ut videtur, illi quam hi ipsi *Θεοὶ Σωτῆρες* quorum meminit in inscriptione Sostratus. Recenti tum memoria Antigonum cum filio Demetrio[2] Poliorcete hoc ipso elogio *Θεῶν Σωτήρων* ornaverant Athenienses. Et Lagidem Ptolemæum ita appellatum apud omnes in confesso est. Rhodios illius appellationis auctores docet fuisse Pausanias[3]. Quid dubitemus igitur quin et Philadelphus fuerit similiter appellandus! Sic nihil erit cur miremur, quod architecti nomen inscribi permiserint, quod tamen facit Plinius[4]. Nec opus erit ut causam aliam comminiscamur, cur ita contigerit, quod facit Lucianus[5]. Reges ipsos pro numinibus haberi videmus quibus opus tam egregium fuerit dedicandum. Est autem in dedicationibus receptissimum, ut in earum inscriptionibus mortalium dedicantium nomina legerentur. Sed vero hoc Sostrati artificium ad olymp. CXXIV, I, apponit Eusebius. Qui quidem olympiadis annus totus est utrique regi communis, partemque aliquam utriusque anni complectitur. Quid, quæso, fieri potuit, pro nostris hypothesibus, accuratius! Hucusque ergo recte.

476 Varr. VII^us est Philadelphi, pro nostro calculo. Hoc anno versionem græcam Scripturarum sacrarum opera LXXII interpretum factam arbitratur Epiphanius. Rectene, an secus, impræsentiarum non disputo. Hinc annos numerat 249 ad finem Cleopatræ. Ambobus terminis inclusis, respondet numerus accuratissime. Totidem enim intercedunt anni ab anno U. C. Varr. 475 ad annum ejusdem epochæ 724. Has ergo

1 Strab. XVII, pag. 791 (pag. 1411, A). — 2 Plutarch. *Demetr.* — 3 Pausan. *Attic.* n. 8, pag. 21. — 4 Plin. XXXVI, 12. — 5 Lucian. *Quom. scrib. sit Histor.* (fin.).

rationes secutus est auctor cujus fidem hic secutus est Epiphanius.

482 Varr. Observationem Timocharidis habet Ptolemæus anno Ptolemæi Philadelphi XIII°, mesori XVII, octob. julian. XII; anno autem Nab. 476. Hoc quoque recte. Nam hoc ipso anno Juliano Thoth sequebatur anni Nabonassarei 477 octobr. julian. die XXIX. Sic anni Nabonassarei 464. Thoth (qui cum anno concurrebat Varroniano 469 desinente) fuisset thoth illius I^{us}; quo tamen tempore nondum Philadelphum regni participem cum patre Lagide factum fuisse vidimus. Proinde spatium a regni initio (quandocunque demum contigerit) ad thoth sequentem pro anno habebitur regni I°. Ita fiet ut a thoth I° annus procedat regni II^{us}, et a thoth adeo XII° exordium capiat annus regni XIII. Idque sane necesse erat, ut regni initio annus certus designari potuerit, qui decessori adeo commode tribui non potuit, cum is non amplius esset in vivis. Hoc si verum, rursus cavendum ne is annus decessori, qui post thoth præcedentem vixerat, imputaretur. Ita enim fieret ut bis idem annus numeraretur, decessori qui inierit, et successori qui absolverit. Magna utique διαδοχῆς universæ confusione. Inde fortasse factum ut thoth anni Nabonassarei 425 Alexandro M. non fuerit imputatus, sed Ptolemæo Lagidæ, qui ante finem illius anni successit, annumque adeo illum Nabonassareum absolvit. Inde fortasse quod epocha Dionysii ab initio Philadelphi anni Varronis 469, mense solstitiali Carcinone processerit, quod anno Varroniano sequenti 470 regni particeps antea factus fuerit, quam iniret Carcinon. Sic ergo thoth Lagidæ XXXIX^{us}, quem illi tribuit Canon astronomicus antea quam sufficeretur Philadelphus, anni erat Nabonassarei 463. Nam illum annum absolverat antea quam adscivisset collegam in regno Philadelphum. Non item annum Nabonassareum 494, ante cujus finem jam erat in solio Philadelphus. Inde intelligemus quo pacto æstimandi sint anni duo, quos communes habebant pater atque filius, pro rationibus Canonis astronomici. Primus annus erat Nabonassareus 464. Hic erit patris XL^{us}, quod ad illius finem pertigerit, filii autem I^{us}, quod ante finem illius regiis infulis fuerit insignitus. Secundus ergo annus erat Nabonassareus 465, quem quia pater non absolvit, proinde annos plusquam XL nunquam ei imputari videmus. Potuit tamen fere ad finem illius superesse. Ita nihilominus ut anni Nabonassarei 466, thoth non finem attigerit, qui

die inibat novembris juliani II°, quod sane verisimillimum est. Hic erat XLI^us^ patris annus, patri propterea non imputandus, quod illum non absolverit, filii autem 2us, quem cum patre communem habuit, quod maxima illius parte patrem habuerit in regno collegam. Sic inter junii juliani diem XIX^m^, quo cœpit olymp. CXXIV, 2, anno cycli Calippici XLVIII, quo etiam ad exitum vergebat annus Lagidæ vere XL^us^ et novemb. II^m^, quo inivit thoth anni Nabonassarei 466, mortuus fuerit Lagides. Similiter de sequentibus statuendum erit.

597 Varr. Hoc anno mortuum Ptolemæum Philadelphum existimo. Jam, ut ostendi, patris solius anni ad annum Nabonassareum pertingunt 463, quod illum annum Nabonassareum pater sine collega solus impleverit. Accedant anni XXXVIII, qui numerus est Canonis astronomici, fientque 501. Hinc intelligimus annum Nabonassareum sequentem 502 illum attigisse quidem, non tamen *implevisse*, quæ causa erat cur Euergetæ I° successori illius is annus accenseretur. Proinde ipso illo anno Nabonassareo 502, successerit Euergetes. Hinc etiam intelligimus cur annos XXXIX Philadelpho tribuerit Josephus XII, 2; quod scilicet anno Nabonassareo XXXIX labente decesserit. Sed annos XXXVIII illi assignant fere omnes. Si quidem compleverit a communi illo, de quo diximus, illius cum patre initio, ita ad annum olymp. CXXXIII, 2^m^ pertigerit. Et quidem illi ipsi anno initium illius assignat Eusebius. Ita decesserit Philadelphus post junii juliani diem XIV, quo cœpit atticus hecatombæon olymp. CXXXIII, 2, anno cycli Calippici VIII°, et post octob. julian. XXIV quo cœpit thoth illius anni Nabonassarei 502 quem attigit, licet non impleverit Philadelphus. Inde initium Euergetæ. Proinde anno juliano exeunte.

532 Varr. De numero annorum Euergetis omnes fere consentiunt, Canon astronomicus, Porphyrius, Clemens, nempe fuisse XXV. Addantur anno Nabonassareo 301, fientque 526. Hunc ergo annum Nabonassareum explevit Euergetes, pertigitque ad annum 527, quem quia non explevit proinde I^us^ numeratur Philopatoris. Hac certe olymp. CXXXIX hanc successionem contigisse, testis est gravissimus Polybius. Id quoque ex eodem Polybio et Plutarchi *Cleomene* manifestum est, antea successisse in Ægypto Philopatorem, quam in Macedonia tutori Antigono Fusco succederet Demetrii filius, pater autem Persei Philippus. Situs a nobis assignatus satis opportunus est. Thoth anni Nabonass. 527 erat octob. julian. XVII.

Annum regni KZ, huic Euergeti tribuit monumentum Adulitanum. Is numerus si recte se habeat, tum quoque cum patre commune biennium habuisse necesse erit, ut habuit cum avo pater.

549 Varr. Tenuit Philopator annis XVII, suffragantibus Canone astronomico, Clem. Alexandrino, Porphyrio, Eusebio. Additi hi anno Nabonassareo 526 ad annum ejusdem epochæ 543, quem proinde absolverit Philopator. Thoth anni Nabonass. 544 erat octob. julian. XIII, post quem cœperit Epiphanes.

§. XXIII. Nihil pugnat quo minus illo sub Philadelpho Philiscum testem adduxerit Dicæarchus.

Redeamus ergo jam ad Philiscum. Jam certe obierat Lagides, cum hunc Philiscum in pompa Philadelphi repræsentat Athenæus. Fieri potest ut in honorem patris nuper defuncti funebris illa fuerit tam magnifica Philadelphi pompa. Locum certe in illa habebat effigies Lagidæ una cum effigie Alexandri Magni. Sed nihil est profecto cur decessum Lagidæ ultra olymp. CXXIV, 2, ineuntem, annumque adeo Varronianum 471 differamus. Annus erat XXVII^{us} ab eo, quo de *vita Græciæ* probavimus scripsisse Dicæarchum. Nec quicquam vetat quo minus annum illum attigerit Philiscus a Dicæarcho in testimonium advocatus, quem senem in pompa Lagi ipse fuisse testatur Athenæus.

DE DICÆARCHI INDOLE

OBSERVATIO BREVIS.

Cl. Dodwelli Dissertationem de Dicæarcho, ingeniosam quidem, sed paullo fusiorem, auctam meis nolui; de ætate scripti libri vide quæ conjeci in not. 61, quibus a Dodwelli sententia minime recedo. Ceterum ad intelligentiam plurimorum locorum proderit considerasse, quantum studiis suis et amicitiis indulgeat noster, pariter ac odiis; quantum domitorum imperio inserviat, et detrectantes civitates acriter exagitet. Sic pag. 134, fin., Chalcidenses prædicat *calamitates publicas æquo animo ferentes*, qui δουλεύοντες πολὺν ἤδη χρόνον, τοῖς δὲ τρόποις ὄντες ἐλεύθεροι, improbam fortunam constanter perferre didicerunt, et merito χρηστοί a Philisco poëta dicuntur. Sic Bœotiam generaliter prædicat, et Tanagræos præsertim, pag. 124, med., δικαιοσύνην, πίστιν.... ἀγαθοὺς διαφυλάξαι. Sed Oropios increpat ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ τῇ πονηρίᾳ συντεθραμμένους pag. 123, et qui *Bæotos populares suos denegantes*, Atheniensium partes amplexi sunt, et *Athenienses ipsi fere sunt in Bæotia.* Cf. not. 67. Sic Platæenses objurgat pag. 126, init., quod *Persarum apud se cladem usque prædicent*, et Atheniensibus addicti, sint cum Oropiis Ἀθηναῖοι Βοιωτοί. Sic Thebas vituperat, *ter deletas ob acerbitatem incolarum*, διὰ τὸ βάρος καὶ ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων, quasi acerbæ indolis esset sua mœnia adversus obsidentes defendere. Hæc loci cujusdam sensum, aut potius colorem, dignoscendi copiam faciunt, ubi Athenienses noster irridet, et malevolo animo cavillatur, pag. 120, post med. Cf. not. 35. Imo mox Dicæarchus plebeculam, Ἀττικούς, conviciis petit, excepta minori civium parte, quos Ἀθηναίους vocat, et μεγαλοψύχους, φιλίας γνησίους φύλακας dicit. Cf. not. 37. Hæc omnia forsan haud absona sunt a doctrina Socratis ejusque discipulorum, oligarchiæ deditorum.

DICÆARCHI EDITIONES.

Ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca græca (*lib. II, c. 8, tom. III, p. 487, ed. Harles.*).

Βίος[a] Ἑλλάδος *de vita sive statu Græciæ libri III*, de quo opere consulendæ, præter Meursium in Bibl. Græca, præclaræ Neocori, sive *Küsteri*, ad Suidam notæ[b]. *Libros antiquitatum et descriptionum Græciæ* vocari ab *Hieronymo* II in Jovinianum, jam notatum *Vossio* lib. 1, cap. 9, de Hist. græcis. Cui addes, quod eodem opere et Dimensione montium (de qua infra) usus videtur *Plinius*, Dicæarchum laudans libro II, IV, V, VI, &c. Naturalis Historiæ, et *Porphyrius* lib. IV°, De abstinendo ab animatis, p. 443, ubi ait, Dicæarchum συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς collegisse τὰ Ἑλληνικά. (Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 272 et 276). Etiam *Ciceronem* XIII, 39, ad Atticum, ubi petit sibi mitti Φαίδρου περὶ θεῶν et Ἑλλάδος. Hujus pariter operis, prosa scripti, et Ἀναγραφῆς τῆς Ἑλλάδος compositæ versibus iambicis (quam a Βίῳ Ἑλλάδος distinguendam docet *H. Steph.* et *H. Dodwellus* in erudita dissert. de Dicæarcho), fragmenta hodieque exstant, edita primum et illustrata ab *H. Stephano*, additis ad Ἀναγραφῆς reliquias etiam Is. Casauboni castigationibus. Paris. 1590, 8.°, quæ

[a] Sic *Varro* scripsit *de vita Popul. Romani. Jasonis* βίον Ἑλλάδος libr. IV. *Stephanus* in Ἀλεξάνδρεια, et Suidas in Ἰάσων.

[b] Non significat *vitam*, sed *rationem vivendi*. In hoc igitur egisse Dicæarchus videtur de veterum Græcorum moribus omnis generis (etiam de regionibus Græciæ earumque situ). Citatur liber II ab *Athenæo* lib. XIII, pag. 557. *Heumann.* liber I citatur à Laërtio in vita Platonis, et ab *Athenæo* lib. XIV, pag. 636, *de Græciæ ritibus* : Ex Lascare, *Mores Græciæ*. vid. Mongitor. l. c. adde locum memorabilem apud *Varronem* de R. R. lib. II, 2. *Harl.*

[c] Lib. III, §. 2, pag. 294, sq. edit. Jac. de Rhoer, cujus notam conferes. Rhoer notat quoque *Menagium* ad Diog. Laërt. III, 4, hoc opus forte confundentem cum ἀναγραφῇ τῆς Ἑλλάδος. Porphyrius autem Dicæarchi sententiam de ætatibus humani generis, præcipue sub Saturno, paucis indicat, ex quibus tamen argumentum operis quodammodo cognosci potest. *Harl.*

editio recusa est tomo undecimo Thesauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani. Deinde cum Geographicis Marciani, Scylacis, Artemidori Ephes. et Isidori Characeni, vulgavit græce *David Hœschelius*, Augustæ Vindel. 1600 [a]. Denique latine vertit ediditque cum brevibus notis doctissimus et humanissimus bibliothecæ Bodlejanæ præfectus *Joh. Hudsonus*, tomo secundo Geographorum Græcorum, Oxon. 1703, 8.°, addito, quod ad eum lubens miseram descriptum e codice Gudiano, et latina versione a me donatum, *fragmento de monte Pelio* [b]. Præmissa est eidem tomo dissertatio eruditissimi viri *H. Dodwelli*, qua de Dicæarchi ætate et fragmentis illis subtilius disquirit. Vide et *H. Stephani* Schediasm. VI, 14, 15, 16, 17. *Rittershusium* VIII, 10, Sacrar. Lect. Non diversa fuisse videtur a fragmentis, per *H. Stephanum* editis, Dicæarchi Geographia, quam apud Henricum Scrimgerum, bibliothecarium Fuggerorum, exstitisse legas in Catalogo mss. Scipionis Tettii, apud *Labbeum* Bibl. nov. mss. pag. 169. [Græce in Bibl. Vaticana, teste Draudio in Biblioth. classica pag. 1112, et Bibl. exotica, pag. 788.]

[a] Vid. *Hager*. Palæstr. geograph. vol. I, pag. 676, et pag. 601, sqq. de Hœschelio. *Harl.*

[b] *Plinius* II, 55, N. H. *Dicæarchus, vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit* Pelion *MCCL passuum* &c. *Fabric.* conf. *Mongitor.* loc. cit. *Harl.*

Reperiuntur etiam Dicæarchi reliquiæ in editione Veter. Geogr. Vindobonensi, tom. I, pag. 479 - 504 (conf. volum. nostrum I, pag. 150);

In Creuzeri *Meletem. e disc. ant.* Lips. 1819, p. 171, sq., edente M. Marxio, cujus adnotationem fere integram repræsentamus;

In Δικαιάρχου τοῦ Μεσσηνίου Ἀναγραφὴ καὶ Βίος Ἑλλάδος, Ἄννωνος Περίπλους Λιβύης κ. τ. λ. *cum Lucæ Holstenii lucubrationibus, ed. Gulielmo Manzi, Romæ, 1819, in-4.°*

TESTIMONIA VETERUM
DE DICÆARCHO.

SUIDAS.

Δικαίαρχος Φειδίου, Σικελιώτης, ἐκ πόλεως Μεσσήνης, Ἀριστοτέλους ἀκουστής, φιλόσοφος, καὶ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης. καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν· Ἑλλάδος βίον ἐν βιβλίοις γ'. οὗτος ἔγραψε τὴν Πολιτείαν Σπαρτιατῶν. καὶ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι, καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν Ἐφόρων ἀρχεῖον· τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι. καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ.

STRABO, III, pag. 170 (pag. 259, init. Amstel.).

Καὶ Δικαίαρχος δὲ, καὶ Ἐρατοσθένης, καὶ Πολύβιος....

ATHENÆUS, *Deipnosoph.* lib. XI, pag. 460, 461, ed. Casaub.

Δικαίαρχος μὲν γὰρ ὁ Μεσσήνιος, ὁ Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου, μικροῖς φησὶν αὐτοὺς (ἀρχαίους) ἐκπώμασι κεχρῆσθαι.... Sic in libro XV, pag. 666, B: Δικαίαρχος ὁ Μιλήσιος (rescrib. cum Schweigh. Μεσσήνιος), Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου... Cf. lib. XV, p. 668, E.

Ibid. lib. XIII, pag. 557, B.

....ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος ἐν τρίτῳ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου.

Ibid. lib. XIV, pag. 636, C.

Περὶ ὧν (κρεμβάλων) φησὶ Δικαίαρχος ἐν τοῖς περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου. Cf. et Athen. lib. I, pag. 14, E; lib. XI, pag. 479, D; lib. XIII, pag. 594, E, et pag. 603, A; lib. XIV, pag. 620, D; lib. XV, pag. 667, B.

DIOGENES LAERT. lib. III, §. 5 (p. 103, ed. Steph.).

Εἰσὶ δ' οἳ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν (Πλάτωνα) Ἰσθμοῖ, καθ' ἃ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ τῷ περὶ βίων. Cf. I, §. 40, 41; III, 38, 40, 46 — VIII, 40.

AGATHEMERUS, lib. I, cap. I.

. . . . συνήνεσε τούτῳ καὶ Δικαίαρχος ὁ Περιπατητικός. Et mox iterum laudatur sub fin. cap.

PORPHYRIUS *de Abstin.* IV, 2, pag. 295, ed. Rhoer.

Τῶν τοίνυν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ ἑλληνικὰ συναγόντων ἐστὶν καὶ ὁ Περιπατητικὸς Δικαίαρχος, ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς Ἑλλάδος ἀφηγούμενος, ...

EUSEBIUS, *Præparat. evang.* XV, 9, pag. 810, A, ed. Paris.

Τούτῳ τοιγαροῦν ἑπόμενος Δικαίαρχος, καὶ κατ' ἀκόλουθον ἱκανὸς ὢν θεωρεῖν, ἀνῄρηκε τὴν ὅλην ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς.

STEPHANUS BYZ. *in voce* Δώριον.

Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν, ὧν Ὅμηρος μνημονεύει· Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος τε καὶ Δώριον. Δικαίαρχος δὲ τέτταρας ταύτας

εἶναί φησι, καὶ Πηλίας, οὐ Πηλιὸν τὴν μίαν καλεῖ, κατὰ τὸ πρῶτον τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος βιβλίον.

Idem in voce Πάτρα.

Πάτρα, ἓν τῶν τριῶν τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνίας εἰδῶν, ὡς Δικαίαρχος.

Idem in voce Χαλδαῖοι.

Καὶ ἡ χώρα αὕτη πᾶσα νῦν Χαλδαϊκὴ καλεῖται. Ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Χαλδαίου τινὸς, ὡς Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου.

EUSTATHIUS ad DIONYS. *Perieges.* vs. 768.

Χαλδαῖοι τετρασυλλάβως κατὰ Δικαίαρχον.

Auctor argumenti Euripidis Medeæ.

Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι, παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχος περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου *....

APOLLONII *Schol.* ad lib. IV, vs. 272.

Φησὶ δὲ Δικαίαρχος ἐν δευτέρῳ τοῦ Ἑλληνικοῦ βίου Σεσογχώσιδι μεμεληκέναι, καὶ νόμους αὐτῶν θέσθαι λέγει, ὥστε μηδένα καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν τέχνην· τοῦτο γὰρ ᾤετο ἀρχὴν εἶναι πλεονεξίας.

VARRO *de Re rust.* I, 2.

Pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam, auctore doctissimo homine Dicæarcho, qui *Græciæ vita* qualis fuerit ab initio, nobis ita ostendit, ut cett.....

CIC. *ad Attic.* II, 2, init.

Πελληναίων (descriptionem) in manibus tenebam; et Her-

* Hæc, quæ desunt in Barnesii Beckiique edit., non omisit Matthiæ.

cule magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes exstruxeram. O magnum hominem, et a quo multo plura didiceris, quam de Procillio. Κορινθίων καὶ Ἀθηναίων puto me Romæ habere. Mihi credes, lege; hoc doceo : mirabilis vir est. Cf. Cic. *ad Attic.* VI, 2, et XIII, 31, 32, 39. — *De Divinat.* I, 3 et 50; II, 48 et 51. — *Tuscul.* I, 31. — *De Offic.* II, 5.

PLIN. *Hist. Nat.* II, 65.

Cui sententiæ adest Dicæarchus, vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion....

B. HIERONYMUS, lib. II, *adversus Jovinianum.*

Dicæarchus in libris Antiquitatum et Descriptione Græciæ refert, sub Saturno, id est, in aureo seculo, quum omnia humus funderet, nullum comedisse carnes; sed universos vixisse frugibus et pomis, quæ sponte terra gignebat.

ΑΝΑΓΡΑΦΗ

ΤΗΣ ἙΛΛΑΔΟΣ

ΠΡΟΣ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝ.

Διὰ παντὸς, ὦ Θεόφραστε, καθάπερ οἶσθα σὺ,
ἴδιόν τι πλάττων, κ' οὐχὶ τὸν ἑτέρων πόνον
(ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσιν) ἐμαυτοῦ τιθέμενος,
νυνὶ πεπόρηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα,
ὑποπιπτομένας ταύτῃ τε τὰς ἑξῆς πόλεις,
στοιχεῖον οὐκ ἄμουσον ἅμα θ' ἑλληνικὸν,

Vs. 2. ἕτερον ms., sed ἑτέρων melius. *Hæschel.* — 4. πεπόρηκα, *Steph.* et *Hæsch.*; πεπόρευκα, *Cas.* et *Vulc.* — 6. Vulgo δ'. — 6. Vulgo ἑλληνικῶν. ἑλληνικόν cum Cas. et Marx. rescripsi.

DESCRIPTIO

GRÆCIÆ

AD THEOPHRASTUM.

Semper, o Theophraste, prout ipse nosti, de proprio aliquid fingens, et non alienum laborem (quod nonnulli faciunt) mihimet adscribens, nunc universam peragravi Græciam, omnesque illi subjectas urbes, opus haud indoctum, et simul (vere) græcum;

ἱκανήν τε παρέχων διατριβὴν τοῖς δυναμένοις
ὀρθῶς συνιδεῖν ἕκαστα. τὰ γὰρ ἐν πλείοσιν
ὑπὸ τῶν παλαιῶν συγγραφέων εἰρημένα,
ταῦτ' ἐμμέτρως ῥηθήσετ' ἐν βραχεῖ χρόνῳ·
[ὅπερ ἐστὶν ἱκανῶς δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχον.]
Ὑπολαμβάνω γὰρ ἀσφαλῶς ὑμῖν ἔχειν,
κεῖσθαί τε τὰς μάλιστα διασήμους πόλεις,
ἄλση, ποταμοὺς, νήσους τε, τοὺς διάπλους τε καὶ
λιμένας· ἅ τ' ἐστὶν ἐν Πελοποννήσῳ γένη
ἐχόμενα καὶ ὁμοροῦνθ' ἑαυτοῖς κατὰ τόπους·
ἵνα μηδὲ ἕν σε τὸ σύνολον διαλανθάνῃ,
φανερῶς ἑκάστων ὁμολόγως τε κειμένων,
ὥστ' ἀναλαβόντα καὶ διὰ μνήμης ἔχειν.
Νωθρὰν γὰρ οὐχ εὕροις ἂν, ἀλλ' ἐσπουσμένην
τὴν πραγματείαν· διὸ σεαυτὸν μὴ βραχὺ,

Vs. 12. ἔχειν. λέγειν. *Holsten.* — 13. κτεῖσθαι. *Holsten.* — 15. Λίμνας. *Vulc.* — 16. Vulg. λεγόμενα. — 17. ἵνα μηδέν σε.. Ἵνα μηδὲ ἕν σε...., *Casaub.* Ἵνα μηδὲ ἕν σε τοῦ συνόλου...., *Holsten.* — 19. ἀναλαβόντα. Ἀναλαβεῖν τε καί. *Holsten.*

idoneum aliquid suppeditans, quo tempus terant, qui possunt singula recte cognoscere. Nam quæ pluribus verbis ab antiquis scriptoribus memorata sunt, ista ligato sermone paucis complectar: [id quod satis magnam habet vim (utilitatis)]. Arbitror etenim quod vere descripserim, recteque posuerim maxime illustres civitates, nemora, fluvios, insulas, trajectus insuper et portus, et qui sunt in Peloponneso populi sese excipientes, et sibi invicem contermini: ut nihil universe te lateat, dum singula manifeste et apte proposita habeas, ita ut memoriter repetere queas. Neque enim languidam forte invenies, sed elaboratam tractationem. Quapropter non per breve tempus, sed

ὁλοσχερῶς δ' ἐπὶ ταῦτα δοὺς καὶ σπουδάσας,
συμφιλομάθησον, καθάπερ εἴωθας ποιεῖν.
Τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν Ἀμβρακία πρώτη πόλις·
αὕτη δ' ἀποικία λέγεται [τῶν] Κορινθίων
εἶναι. κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν καλούμενον
Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέση, σταδίους δ' ἔχει
ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντ'. ἐπιφανὲς
δ' ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐστ' ἐν αὐτῇ, καὶ λιμὴν
κλειστός. καλεῖται Δρυοπὶς ἡ χώρα δ' ὅλη.
ἡ δ' Ἑλλὰς ἀπὸ τῆς Ἀμβρακίας εἶναι δοκεῖ
μάλιστα συνεχής· τὸ πέρας αὐτὴ δ' ἔρχεται
ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειὸν, ὡς Φιλέας γράφει,
ὄρος τε Μαγνήτων, Ὁμόλην κεκλημένον.
Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῆς Ἑλλάδος
λέγουσιν εἶναι, τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν,
ἀποχωρίσαντα· τοῦτο δ' εἶναι συμφανὲς
τοῖς φιλομαθέσι μάλιστα φιλοτιμουμένοις.
Πλὴν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προβήσομαι.

totum te huic rei dedens, et diligentiam adhibens, discendi studium haud imparem adfer, ut facere solitus es.

Helladis prima urbs est Ambracia : illa autem colonia dicitur Corinthiorum esse. Ad medium sinus, adpellati Ambracici, condita est, stadiisque distat a mari octoginta : celebre autem Minervæ fanum in ea est et portus clausus. Vocatur autem regio tota Dryopis. Græcia ab Ambracia præcipue videtur esse continua : terminusque ejus pervenit ad fluvium Peneum, ut scribit Phileas, et montem Magnetum Homolen vocatum. Quidam autem Magnesiam Helladis esse dicunt, et Phileam ignorantia laborare, qui separavit : atque hoc manifestum esse illis, qui in literis student excellere. Sed ad reliquum sermonis progrediar.

Ἀπ' Ἀμβρακίας εἰς Θετταλίαν τριῶν ὁδὸς
ἔσθ' ἡμερῶν. ἔχει δὲ ποταμὸν λεγόμενον
Ἄραχθον εἰς θάλασσαν ἐξιόντα, καὶ
ὄρος πρόσεστιν, ἱερὸν δ' ἐπικεκλημένον.
Σταδίων δ' ὁ παράπλους ἐστὶν ἑκατὸν εἴκοσι.
Εἶτα μετὰ τοῦτον εἰσιν Ὀρέσται λεγόμενοι,
εἶτ' Ἀμφίλοχοι. Ἄργος δ' ἐνταῦθά ἐστι τὸ
Ἀμφιλοχικόν· μετὰ [του]τοὺς δ' Ἀκαρνᾶνες· πόλεις
οὗτοι δ' ἔχουσι πλείονας, καὶ Λευκάδα,
ἀφ' ἧς μέγας ἐστὶ κόλπος εἰς Ἰσθμὸν φέρων.
Νῆσοι Κεφαλλήνων δ' ἐν αὐτῷ κείμεναι·
Ἰθάκη δὲ σταδίων ὀγδοήκοντα στενή,
ὕψος δ' ἔχουσα καὶ λιμένας τρεῖς, ἐχομένη.
Πρὸς τῷ πέραν δ' οἰκοῦσι τῆς Αἰτωλίας.
Ἱερὸν δ' ὕπεστιν Ἡρακλέους καλούμενον,
ἕτερον δ' Ἀφροδίτης. ποταμὸν δ' ἡ χώρα ἔχει

Vs. 42. Vulg. Ἀπατθόν. — 45. Vulg. Ὀρεῖται.

Ab Ambracia ad Thessaliam trium iter est dierum: habet autem fluvium dictum Arachthum in mare exeuntem, cui mons adjacet Sacer adpellatus. Præternavigatio autem stadiorum est centum et viginti. Deinceps sunt qui Orestæ vocantur : postea Amphilochi : ibi autem Argos Amphilochicum : post eos vero Acarnanes. Urbes illi habent tum plures, tum Leucada, a qua magnus sinus est ad Isthmum tendens. Insulæ Cephalleniorum intus ex illo sitæ sunt : Ithaca autem, stadiorum octoginta, angusta, eminentiam habens portusque tres. Regionem habitant Ætoliæ oppositam. Fanum autem subest Herculis vocatum, alterumque Veneris : fluvium vero regio habet Ache-

Ἀχελῷον. ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν δύο
ἔσθ' ὁ παράπλους αὐτῆς. ἔχεται δ' Αἰτωλία,
ἐν ᾗ πόλις ὑπόκειται Πλευρὼν, καὶ ἱερὸν
ἅγιον Ἀθηνᾶς ἐστὶν ὠνομασμένον.
Ἔπειτα Καλυδὼν, εἶτα [Κίδης], αἵ τ' Ἐχινάδες
νῆσοι· ποταμός τ' Εὔηνος ἐκ Πίνδου ῥέων.
Οὗτοι Δολόπων οἰκοῦσι πρὸς μεσημβρίαν.
Παράπλους δὲ ταύτης ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς,
εἶτα μετὰ ταύτην ἡ Λοκρὶς καλουμένη,
ἐν ᾗ πόλις Ναύπακτος· εἶθ' ὑποκείμενος
λιμὴν μέγας, πόλις τε Τολοφών. μετὰ δὲ τὴν
Τολοφῶνα ποταμός ἐσθ' Ὕλαιθος λεγόμενος.
Τοῦτον δὲ ῥεῖν λέγουσιν ἐξ Αἰτωλίας.
Ὁ πᾶς δὲ παράπλους οὐδ' ὅλης ἐσθ' ἡμέρας.
Οὗτοι κατοικοῦσιν δὲ πρὸς μεσημβρίαν
Αἰτωλίας, Λέλεγας τὸ πρὶν κεκλημένοι.
Ἔπειτα Φωκεῖς ἐκ Λελέγων φερόμενοι,

Vs. 56. Vulg. δῆτα καί. — 58. Vulg. ἀπόκειτ. — 66 et 67. Vulg. Κολοφ.

loum. Dierum et noctium duarum illius est præternavigatio. Sequitur autem Ætolia, in qua sita est urbs Pleuron, et fanum sacrum est Minervæ nuncupatum. Postea Calydon, inde vero Echinades insulæ; fluviusque Euenus ex Pindo fluens. Hi Dolopum habitant ad meridiem. Prætervectio autem hujus unius est diei. Deinde post eam, ea quæ Locris vocatur, in qua urbs Naupactus : inde portus Magnus jacet et urbs Tolophon : post Tolophonem vero fluvius est Hylætus dictus; hunc autem fluere dicunt ex Ætolia. Tota hujus præternavigatio non unius est diei Ætoliæ, Leleges antea adpellati. Deinde Phocenses a Lelegibus oriundi (?),

παρ' οἷς πεδίον Κρισσαῖον. ἀπὸ Κίῤῥας δ' ἄνω
προσβάντι Δελφῶν πόλις ὕπεστι, καὶ ἱερὸν,
ἐν ᾧ τὸ μαντεῖον, ὅ,τε Παρνασσὸς, μέγα
καὶ σύσκιον ὄρος, εἶτα νυμφῶν ἐχόμενον
Κωρύκιον ἄντρον· εἶτ' ἔστ' Ἀντικίῤῥα πόλις,
ποταμός τε Κηφισὸς, ὁ ῥέων ἐκ Φωκίδος.
Παράπλους δὲ ταύτης, ἡμέρας ἐστ' οὐχ ὅλης.
Ἐν τῇ μεσογείᾳ δ' ἔστι Κυπάρισσος πόλις,
Λάρισσά τε· μετ' αὐτὴν Δαυλίς· ἡ Βοιωτία
χώρα δὲ μετὰ Φωκεῖς ὑπόκειται, κειμένη
τῆς Φωκίδος χώρας πρὸς ἕω. κ' ἔστιν δύο
ἐπίσημ' ὄρη· τὸ μὲν Ἑλικὼν καλούμενον,
ἕτερον Κιθαιρών. εἶτ' ἔστ' Ὠρωπὸς πόλις,
καὶ τῆς θαλάττης ἀπέχον ἱερὸν οὐ πολὺ
ἔστ' Ἀμφιαράου, καὶ νεὼς, καὶ τὸ τέμενος,

Vs. 74. Vulg. ἄπεστι. — 77. εἶτ'. Alii εἶτεν. *Huds.* — 78. Κηφισσός. *Vulc.* — 80. μεσογείῳ. *Vulc.* — 81. Vulg. δ' Αὐλίς. — 82. Vulg. ἀπὸκ. — 83. κἄστιν. *Vulc.* — 84. τὸ μὲν δ' Ἑλικών. *Vulc.* — 85. εἶτεν Ὠρωπός. *Vulc.*

apud quos campus Crissæus. A Cyrrha sursum eunti Delphorum urbs occurrit, et fanum in quo oraculum, et Parnassus, magnus et umbrosus mons : deinde Nympharum Corycium antrum : deinde Anticyra urbs, amnisque Cephissus, fluens ex Phocide. Prætervectio autem hujus non integræ est diei. In mediterranea autem est Cyparissus urbs, Crissaque : post eam vero Daulis. Bœotiæ autem regio est post Phocenses, sita Phocidis regionis ad ortum : juxtaque sunt duo insignes montes : unus quidem Helicon dictus, alter Cithæron. Deinde est Oropus urbs, et a mari non longe distans oraculum Amphiaraï est, ac fanum, et delubrum ;

Αὐλίς τε Βοιωτῶν πόλις, πρὸς ᾗ λιμὴν,
κ' Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἅγιον, ὃ λέγεται κτίσαι
Ἀγαμέμνων· εἶτ' Ἐμπρήσιον καλούμενον
ἀκρωτήριον, εἶτ' Εὔριπος. Ἀνθηδὼν δ' ἔχει
Ἀνθηδόνιον τὸν λιμένα· καὶ μετ' οὐ πολὺ
Τάναγρα. Κεῖται δ' ἐν μεσογείᾳ πάνυ καλὴ
πόλις, μεγάλαι Θῆβαι, σταδίων τὸ περίμετρον
ἔχουσα τετταράκοντα καὶ προσέτι τριῶν.
Κῶπαι δὲ πόλις, κ' Ὀρχομενός. εἶτα μετὰ δύο
πόλις Λεβαδία καὶ ἱερὸν Τροφωνίου,
ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι.
Εἶτ' Ὠκαλέα πόλις ἐστὶ, καὶ Μεδεών. μετὰ
ταύτην ὑπόκειται Θεσπαί· κᾆτ' ἐχομένη
ἡ προσαγορευομένη Πλαταιαί. μετὰ δὲ τὰς
πόλεις ὑπόκειται Νῖσα. μῆκός ἐστι τῆς
Βοιωτίας στάδι', ὡς λέγεται, πεντακόσια,
διακόσια καὶ ἑβδομήκοντ' ἐστὶ τὸ πλάτος.

Vs. 90. Ἀγαμέμνον, *Vulc.* — 96. μεθ' ἑκατὸν Otfr. Müllerus in *Geschichte Hell. Orchom.* p. 483. — 100. Vulg. Θέσπεια.

Aulisque Bœotorum urbs, quam juxta portus, et Veneris sacrum fanum, quod condidisse fertur Agamemnon: dein Emperesium dictum promontorium : inde Euripus, et Anthedon habens Anthedona portum : et non longe post Tanagra. In mediterranea sita est perpulchra urbs, magnæ Thebæ, stadiorum ambitum habens quadraginta et trium præterea. Copæ etiam urbs et Orchomenus : dein post stadia duo urbs Lebadia et fanum Trophonii, ubi oraculum exstitisse ferunt. Inde Ocalea urbs est, et Medeon; post hanc adsitæ sunt Thespiæ : deinde sequitur urbs celebrata, Platææ. Post has vero urbes Nisa contigua est. Longitudo Bœotiæ est stadiorum, ut fertur, quingentorum, ducentorum vero et septuaginta latitudo est.

ουσας ἐν Εὐβοίᾳ, περιεχούσας δὲ τὸ
πέλαγος τὸ Μυρτῶον λεγόμενον· ἔτι δὲ καὶ
τῆς Ἀττικῆς χώρας μετεχούσας παντελῶς·
ἐγγὺς Κέως πρώτη τετράπολις Σουνίου
νῆσος ὑπόκειται καὶ λιμήν· ἔχεται Κύθνος
νῆσος, πόλις τ'· εἶτεν Σέριφος καὶ λιμὴν,
ἔπειτα Σίφνος, καὶ Πάρος ἐχομένη,
ἔχουσα λιμένας β'. μετὰ ταύτην δ' ἐστιν ἡ
Δῆλος ἱερὰ νῆσος λεγομένη, καὶ λιμὴν,
νεώς τ' Ἀπόλλωνος· εἶτεν ἐχομένη
Μύκονος· μετὰ ταύτην Τῆνός ἐστι καὶ λιμήν,
Ἄνδρος τε νῆσος καὶ κατὰ Γέραιστον λιμήν.
Αὗται μέν εἰσι Κυκλάδες· ἕτεραι λεγόμεναι
Σποράδες. ἐν αἷς Κίμωλος, εἶτεν οὐ πολὺ
ἀπέχουσα Θήρα νῆσος, εἶτεν οὐ πολὺ

Vs. 135. Vulgo Σούνιον. — 138. Pro vulg. Κίμωλος, adnuente Marxio, Πάρος reposui. — 142. Vulg. Μύκολ. — 143. κατὰ Γέραιστον. μετά cod. Pal. *Huds.*

autem pelagus Myrtoum dictum, quinetiam ab Attica regione omnino dependentes. Ceos prima quatuor urbibus constans, Sunio proxima jacet, insula cum portu : inde Cythnus insula, urbsque dein Seriphus cum portu : postea Siphnus, et deinceps Paros, portus duos habens. Posthanc sequitur Delus sacra insula dicta, cum portu et templo Apollinis : inde vicina Myconus : post hanc Tenus cum portu, Andrusque insula cum portu contra Geræstum. Hæ quidem Cyclades sunt, aliæ adpellatæ Sporades, inter quas Cimolus : deinde non longe distans Thera insula, nec ab ea longe remota Ios.

ἀπέχουσ', Ἴος, εἶτα Νάξος· εἶτα Πελασγία
Σκύρος· κατ' Εὔβοιαν δ' ὁρῶμεν κειμένην
ἀπὸ ταύτης ἐστὶν ἀπέχουσ', οὐ πολὺ
νῆσος Πεπάρηθος ἡ τρίπολις καλουμένη.

Vs. 147. Vulgo ἀπέχουσα Ἴος, ε. Ν. μετὰ ταύτην Π. — 148. Vulg. κειμ. αὐτήν.

Deinceps Naxus, post hanc Pelasgica Scyrus: contra autem Euboeam sitam videmus ipsam (Scyrum); ab hac non procul distat insula Peparethus, quæ et Tripolis adpellatur.

ΤΕΛΟΣ ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΥ ἈΝΑΓΡΑΦΗΣ.

ΒΙΟΣ ΕΛΛΑΔΟΣ[1].

Pag. 8 Huds. Ἐντεῦθεν[2] εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπεισιν ἄστυ[3]· ὁδὸς δὲ ἡδεῖα[4], γεωργουμένη[5] πᾶσα, ἔχουσα τῇ ὄψει[6] φιλάνθρωπον. ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος[7], κακῶς ἐρρυμοτομημένη[8] διὰ τὴν ἀρχαιότητα[9]· αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι[10]. ἀπιστηθείη[11] δ᾽ ἂν ἐξαίφνης ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη, εἰ αὕτη[12] ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη τῶν Ἀθηναίων πόλις· μετ᾽ οὐ πολὺ πιστεύσειεν ἄν τις. ὧδε ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον θέατρον, ἀξιόλογον, μέγα[13] καὶ θαυ-

Lin. 3. Leg. διὰ γεωργουμένων πᾶσα. *Vulc.* — 9. μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ πιστ. *Vulc.* — 11. Vulg. μετὰ καί.

—

VITÆ GRÆCIÆ

FRAGMENTUM. (LIB. II.)

HINC Atheniensium urbem ingrediuntur. Via vero amœna est, culta tota, humanitatem præ se ferens. Urbs vero ipsa tota sicca, neque aquis bene instructa, neque recte item in plateas secta ob vetustatem. Domuum pleræque viles, paucæ commodæ. Primo statim adspectu plane dubitarent peregrini, an hæc esset illa celebrata Atheniensium urbs; verum aliquanto post facile aliquis credat. Hic erat theatrum omnium in toto orbe pulcherrimum, memorabile, magnum, et

μαστόν· Ἀθηνᾶς ἱερὸν[14], πολυτελὲς, ἀπόβιον[15], ἄξιον θέας· ὁ καλούμενος Παρθενὼν[16] ὑπερκείμενος τοῦ θεάτρου, μεγάλην κατάπληξιν ποιεῖ τοῖς θεωροῦσιν. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς[17] μὲν, κατάπληξιν δ' ἔχον[18] τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν· γενόμενον δ' ἂν βέλτιστον, εἴπερ συνετελέσθη· γυμνάσια[19] τρία, Ἀκαδημία, Λύκειον, Κυνόσαργες· πάντα κατάδενδρά τε καὶ τοῖς ἐδάφεσι ποώδη. ἑορταὶ[20] παντοδαπαὶ· φιλοσόφων παντοδαπῶν, Pag. 9 Huds. ψυχῆς ἀπάται καὶ ἀναπαύσεις· σχολαὶ πολλαὶ[21], θέαι συνεχεῖς. Τὰ γινόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντα ἀτίμητα[22] καὶ πρῶτα τῇ γεύσει[23], μικρῷ δὲ σπανιώτερα[24]. Ἀλλ' ἡ τῶν ξένων ἑκάστοις[25] συνοικουμένη ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος διατριβὴ[26],

L. 10. Vulgo ἀνάπαυσις. Malui ἀναπαύσεις cum Marxio. — l. 13 et 14. συνοικειουμένη. *Vulc.*

mirandum : Minervæ fanum sumptuosum, splendidum, et valde quod spectetur dignum : domicilium Minervæ Parthenon dictum, theatro superjacens, spectantes in magnam rapiens admirationem : Olympium (sive Jovis fanum), semiperfectum illud quidem, sed structuræ delineatione stuporem incutiens; futurum vero præstantissimum, si perfectum fuisset : Gymnasia tria, Academia, Lyceum, Cynosarges; omnia arboribus et solo gramineo decorata. Varia philosophorum omne genus festa, quæ animi curas fallunt eumque relaxant : plurimæ denique conversationes, et spectacula frequentia. Fructus terræ inæstimabiles, magnamque habent suavitatem, paullo tamen rariores sunt. . . . . . . Sed hospitum commoratio cum singulis

περισπῶσα[17] τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον, λήθην τῆς δουλείας[18] ἐργάζεται. ἔστι δὲ ταῖς μὲν θέαις [ἡ πόλις] καὶ[19] σχολαῖς τοῖς δημοτικοῖς[30] ἀνεπαίσθητος λιμὸς[31], λήθην ἐμποιοῦσα[32] τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν[33], οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν. καὶ ἕτερα δὲ[34] ἡ πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά. καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν Ἀθηναίων εἰσίν. Ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, παντὶ τεχνίτῃ[35] περιποιῆσαι δόξαν μεγάλην ἐπὶ τοῖς ἐντυγχανομένοις, ἐκβαλόντες τὰς εὐημερίας, θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων[36] ἀνθρώπῳ διδασκάλιον. Τῶν δὲ ἐνοικούντων, οἱ μὲν αὐτῶν, Ἀττικοὶ, οἱ δὲ, Ἀθηναῖοι[37]. οἱ μὲν Ἀττικοὶ περίεργοι ταῖς λαλιαῖς[38], ὕπουλοι, συκοφαντώδεις[39],

L. 6. δὴ lego. *Huds.*

(civibus) facta, et (eorum) studiis accommodata, mentemque trahens ad jucunda, oblivionem servitutis inducit. Quin et spectacula et conversationes faciunt, ut famem non sentiant, et cibi etiam obliviscantur : iis autem, qui habent unde ad vitam necessaria comparent, nulla cum hac conferri potest urbs, quod ad delectationem adtinet. Sed et alia quamplurima urbs habet valde jucunda : nam et urbes illi vicinæ tanquam suburbia Athenarum sunt. Qui vero eam incolunt, apti sunt ad conciliandam cuivis artifici magnam famam, propter obvia (artis specimina ?), cælo sereno producentes mirandum homini documentum animalium lateritiorum. Ex incolis alii sunt *Attici*, alii *Athenienses*. Attici quidem curiose loquaces, vafri, sycophantæ,

παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, μεγαλόψυχοι[40], ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι[41], σείοντες[42] τοὺς παρεπιδημοῦντας καὶ εὐπόρους τῶν ξένων. οὓς ὅταν ὁ δῆμος λάβῃ, σκληραῖς περιβάλλει ζημίαις. Οἱ δὲ εἰλικρινεῖς[43] Ἀθηναῖοι, δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροαταὶ, διὰ τὰς συνεχεῖς[44]. Τὸ καθόλου[45] δ', ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ βίου διόρθωσιν[46] τῶν ἀγρῶν διαφέρουσιν, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλλάττει. Φυλακτέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τὰς ἑταίρας[47], μὴ λάθῃ τις ἡδέως ἀπολόμενος. Οἱ στίχοι Λυσίππου·

Εἰ μὴ τεθέασαι[48] τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ·

L. 13. ὁ στίχος, *Hæschel.* et *Huds.*

Pag. 10 Huds.

exploratores vitæ peregrinorum : Athenienses vero magnanimi, simplices moribus, amicitiæ sinceri cultores. Quidam autem rabulæ per urbem discurrunt, mendaciis exagitantes hospites et peregrinos ditiores. Quos simul ac populus prehendit, gravi mulcta opprimit. Sed puri puti Athenienses acres artium auditores propter (spectaculorum) frequentiam. Ut vero summatim loquar, quantum ceteræ urbes in iis quæ ad voluptatem et vitæ emendationem pertinent, agris præstant, tantum discriminis est inter Atheniensium urbem et reliquas. Verum summa in vitandis meretricibus adhibenda est diligentia, ne quis per imprudentiam malo suavi intereat. Ita de Athenis Lysippus :

Tu truncus es, si non Athenas videris ;

εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος·
εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος[49].
Αὕτη πόλις[50] ἐσθ' ἑλληνὶς, ἡ ῥόδοις δισσὴν[51]
Pag. 11 Huds. εὐωδίαν ἔχουσα καὶ ἀμαληδίαν.
Τὰ γὰρ ἀλίεια μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει[52],
τὸ δὲ ἀλιακὸν ἔτος[53] με μαίνεσθαι ποιεῖ.
Ὅταν δὲ τὴν λευκήν[54] τις αὐτῶν ὡραίως
ἀλιακὸν εἶναι στέφανον εἴπῃ, πνίγομαι[55]
οὕτως ἐπ' αὐτοῖς, ὥστε μᾶλλον ἂν θέλειν
ἀποκαρτερεῖν[56], ἢ ταῦτ' ἀκούων[57] καρτερεῖν.
Τοιοῦτο τῶν ξένων τι καλεῖται σκότος.

Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν, διὰ Δελφινίου[58] καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ, ὁδὸς ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας πέρσαντα, ἀλλ' ἡ τῶν καταλύσεων πολυπλήθεια, τὰ πρὸς τὸν βίον ἔχουσα ἄφθονα, καὶ ἀναπαύσεις[59], κωλύει κόπον ἐγγίνεσθαι τοῖς

L. 4. ἀμ' ανδίαν. *Vulc.* — 12. Vulgo δαφνιδον. — 13. Vulgo οδόν. — 15. Vulg. πολυπληθία.

Si visæ Athenæ non inescant, asinus es;
Si non grave has relinquere, es cantherius.
[Ipsa urbs est græca, quæ rosis similis
Suavitatem habet, simul et molestiam exhibet.
Nam solis festum magnum mihi gratumque præbet otium,
Annusque solaris adeo placet, ut nihil supra.
Cum autem populeum ramum delicate
Coronam solarem appellitent, offendor
Adeo hisce, ut mallem equidem mortem
Oppetere, quam hæc audiendo perpeti.
Tanta caligo peregrinis offunditur.]

Hinc ad Oropum, per Delphinium et Amphiaraï Jovis fanum, iter est unius circiter diei viro expedito: via prærupta quidem et ardua, ob crebra tamen diversoria, rebus ad vitam necessariis instructa, et locorum amœnitates,

ὁδοιπορῦσιν. Ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων[60] οἰκεία Θηβῶν[61] ἐστὶ, [μεταβολῶν[62] ἐργασία, τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία[63]], ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ[64] τῇ πονηρίᾳ συντεθραμμένη· τελωνοῦσι γὰρ καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς αὐτοὺς εἰσάγεσθαι[65]. Οἱ πολλοὶ αὐτῶν τραχεῖς ἐν ταῖς ὁμιλίαις, τοὺς συνετοὺς[66] ἐπανελόμενοι· ἀρνούμενοι τοὺς Βοιωτοὺς, Ἀθηναῖοί εἰσι Βοιωτοί[67]. Οἱ στίχοι Ξένωνος· Pag. 12 Huds.

Πάντες τελῶναι[68], πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.
Κακὸν τέλος[69] γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις[70].

Ἐντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια λʹ· ὁδὸς δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας, παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλοπῶν[71] φόβου. Ἡ δὲ πόλις τρα-

L. 1. Vulg. Ὠρωπῶν. — 2 et 3. πλῶν ἀνυπερβλήτῳ πλεονεξίᾳ. *Vulc.* — 11. pro vulg. ρλʹ, recte *Vulc.* rescribit λʹ.

nulla viatoribus obrepit lassitudo. Urbs Oropiorum propria Thebarum est [propolarum quæstus, publicanorum avaritia incredibilis], et extremæ improbitati a longo tempore adsueta: nam et vectigalia exigunt etiam ob ea quæ ad ipsos deferenda sunt. Illorum plurimi asperi in congressibus sunt, et sapientes (fere) tollunt; Bœotos respuunt, et Athenienses sunt in Bœotia. De illis Xeno:

Omnes publicani, omnes sunt raptores:
Malus finis sit Oropiis.

Hinc ad Tanagram stadia triginta: iter per regionem oleis consitam et silvosam, atque omni a furtis metu liberum. Urbs autem ardua adscensu et in alto posita;

χεῖα μὲν καὶ μετέωρος, λευκὴ[72] δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδης· τοῖς δὲ[73] τῶν οἰκιῶν προθύροις[74] καὶ ἐγκαύμασιν[75] ἀναθηματικοῖς[76] κάλλιστα κατεσκευασμένη. Καρποῖς δὲ τοῖς ἐκ τῆς χώρας σιτικοῖς οὐ λίαν ἄφθονος, οἴνῳ δὲ τῷ γινομένῳ κατὰ τὴν Βοιωτίαν πρωτεύουσα[77]. Οἱ δ' ἐνοικοῦντες

Pag. 13 Huds. ταῖς μὲν οὐσίαις[78] λαμπροὶ, τοῖς δὲ βίοις λιτοὶ[79], πάντες[80] γεωργοὶ, οὐκ ἐργάται· δικαιοσύνην, πίστιν, ξενίαν[81] ἀγαθοὶ διαφυλάξαι· τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς στειχοπλανήταις[82] τῶν ἀποδημητικῶν[83], ἀφ' ὧν ἔχουσι ἀπαρχόμενοί τε καὶ ἐλευθέρως μεταδιδόντες, ἀλλότριοι πάσης ἀδίκου πλεονεξίας. Καὶ ἐνδιατρίψαι δὲ ξένοις ἀσφαλεστάτη πόλις τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν· ὕπεστι[84] γὰρ αὐθέκαστός τε καὶ παράστημος μισοπονηρία, διὰ τὴν τῶν κατοικούντων αὐτάρκειάν τε καὶ φι-

L. 12. Ἐλευθέροις cod. Hervurt. *Hæsch.* — 14. Vulgo ἄπιστιν.

superficie alba et argillacea ; domorum vestibulis et picturis encausticis pulcherrime instructa ; fructibus frumentaceis, quos regio profert, non admodum abundans ; sed vino, quod in Bœotia nascitur, primas tenens. Incolæ quod ad fortunas attinet splendidi, sed in victu et cultu parci. Omnes agriculturæ, non opificiis operam dant : ad justitiam, fidem, atque hospitii jus conservandum apti : popularibus suis egenis, et peregrinis etiam mendicantibus suis libamina offerentes et libere erogantes, et ab omni turpi lucro abhorrentes. Nulla quidem per totam Bœotiam urbs, in qua tutius commorari possunt peregrini : adest enim rigidum et acerbum in improbos odium ; eo quod incolæ sorte

λεργίαν. προσπάθειαν γὰρ πρός τι γένος ἀκρασίας ἥκιστα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατενόησα, δι᾽ ἣν ὡς ἐπιτοπολὺ τὰ μέγιστα γίνεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἀδικήματα[85]. οὗ γὰρ βίος ἐστὶν ἱκανὸς, προσπάθεια[86] πρὸς κέρδος οὐ φύεται, καὶ χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν.—Ἐντεῦθεν εἰς Pag. 14 Huds.
Πλαταιὰς στάδια σ΄. ὁδὸς ἡσυχῇ[87] μὲν ἔρημος, καὶ λιθώδης, ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα[88]· οὐ λίαν[89] δὲ ἐπισφαλής. ἡ δὲ πόλις κατὰ τὸν κωμῳδιῶν ποιητὴν Ποσείδιππον,

Ναοὶ δύο εἰσὶ, καὶ στοὰ[90], καὶ τοὔνομα,
καὶ τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ Σηράμβου[91] κλέος·
τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ[92], τοῖς δ᾽ Ἐλευθερίοις πόλις.

Οἱ δὲ πολῖται οὐδὲν ἕτερον ἔχουσι λέγειν, ἢ ὅτι

1. Scribe περί τι. *Vulc.* — 5. Vulg. καί deest. — 12. Vulg. Συράμβ. — 13. Vulgo ἐλευθέροις.

sua contenti vivant et laboribus sese exerceant. Neque enim ulli intemperantiæ generi vel minimum deditos esse illos animadverti, quæ plerumque causa est maximorum inter homines scelerum. Nam ubi omnia ad vitam necessaria sunt, nulla ibi homines sollicitat lucri cupiditas, et improbitatem vigere difficile est. — Hinc ad Platæas stadia ducenta : via aliquantum deserta ac lapidosa, ad Cithæronem autem vergens, non tamen valde periculosa. Urbs vero juxta Posidippum comicum,

Nihil aliud quam duo templa, porticus, et nomen,
et balneum, et Serambi decus :
magna ex parte solitudo; Eleutheriorum autem urbs.

Cives non aliud habent quod de se prædicent, quam se

Ἀθηναίων εἰσὶν ἄποικοι, καὶ ὅτι τῶν Ἑλλήνων καὶ Περσῶν παρ' αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο[93]. εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί[94].—Ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια π'[95]. ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος[96]. ἡ δὲ πόλις ἐν μέσῳ μὲν τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας, τὴν περίμετρον ἔχουσα σταδίων ο'[97], πᾶσα δὲ ὁμαλὴ· στρογγύλη μὲν τῷ σχήματι, τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος[98]· ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δ' ἐρρυμοτομημένη[99], διὰ τὸ τρὶς[100] ἤδη, ὥς φασιν αἱ ἱστορίαι, κατεσκάφθαι, διὰ τὸ βάρος[101] καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων. Καὶ ἱπποτρόφος[102] δὲ ἀγαθή· κάθυδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος[103], κηπεύματα ἔχουσα πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων. καὶ γὰρ ποταμοὶ[104] ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο, τὸ ὑποκείμενον[105] τῇ πόλει πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες. φέρεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Καδμείας ὕδωρ ἀφανὲς,

Pag. 15 Huds.

Atheniensium colonos esse, prælium que inter Græcos et Persas ibi commissum fuisse. Sunt vero Athenienses Bœoti.–Hinc Thebas usque stadia octoginta. Via omnis plana est et sine salebris. Urbs autem in medio regionis Bœoticæ sita est, circuitum habens stadiorum septuaginta; tota vero plana est, figura quidem rotunda, colore autem nigro. Vetus etiam urbs est, noviter autem in vias rectas divisa, quod jam ter (ut dicunt historiæ) fuerit funditus eversa ob incolarum morositatem et superbiam. Quin et alendis equis apta est; tota aquis abundans, viridis et terra fertili plena, pluribus hortis cultis, quam ulla alia urbs Græciæ, præstans. Duo enim fluvii per eam labuntur, planitiem omnem urbi adjacentem irrigantes. Quinetiam a Cadmea aqua ducitur

διὰ σωλήνων ἀγόμενον, ὑπὸ Κάδμου τὸ παλαιὸν, ὡς λέγουσι, κατεσκευασμένον. Ἡ μὲν οὖν πόλις τοιαύτη· οἱ δ' ἐνοικοῦντες, μεγαλόψυχοι[106], καὶ θαυμαστοὶ ταῖς κατὰ τὸν βίον εὐελπιστίαις. θρασεῖς δὲ καὶ ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι, πλῆκταί τε, καὶ ἀδιάφοροι πρὸς πάντα ξένον καὶ δημότην· καταγνωσταὶ[107] παντὸς δικαίου· πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα τῶν συναλλαγμάτων οὐ λόγῳ[108] συνιστάμενοι, τὴν δ' ἐκ τοῦ θράσους καὶ τῶν χειρῶν προσάγοντες βίαν[109]. τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα[110] πρὸς αὐτοὺς [τοῖς δὲ ἀθληταῖς] βίαια εἰς τὴν δικαιολογίαν[111] μεταφέροντες. διὸ καὶ αἱ δίκαι παρ' αὐτοῖς δι' ἐτῶν[112] τοὐλάχιστον εἰσάγονται τριάκοντα. ὁ γὰρ μνησθεὶς ἐν τῷ πλήθει περί τινος τοιούτου, καὶ μὴ εὐθέως ἀπα- Pag. 16 Huds.

occulta per canales, idque antiquo Cadmi (ut aiunt) artificio. Urbs equidem talis est. Quod incolas spectat, illi magnanimi sunt, et in bona spe concipienda circa quotidiana vitæ negotia mirifici : sed audaces, contumeliosi, superbi, ad verbera promti, peregrinum et popularem nullo discrimine habentes, omnis juris contemtores : qui non conveniunt ad dirimendas ratione controversias, circa commercia ortas ; sed audaciam et manuum violentiam hanc ad rem adhibent. Si qua in gymnicis certaminibus facta sit athletis apud eos injuria, eam in id rejiciunt tempus, quo jus reddere consueverunt : ideoque controversiæ apud eos non nisi tricesimo quoque anno in judicium deducuntur. Quisquis enim in populo ullius hujusmodi rei mentionem

ρας ἐκ τῆς Βοιωτίας, ἀλλὰ τὸν ἐλάχιστον μείνας ἐν τῇ πόλει χρόνον, μετ' οὐ πολὺ παρατηρηθεὶς νυκτὸς ὑπὸ τῶν οὐ βουλομένων τὰς δίκας συντελεῖσθαι[113], θανάτῳ βιαίῳ ζημιοῦται. Φόνοι δὲ παρ' αὐτοῖς διὰ τὰς τυχούσας γίνονται αἰτίας. Τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας συμβαίνει τοιούτους εἶναι. διαπρέχουσι[114] δέ τινες ἐν αὐτοῖς ἀξιόλογοι, μεγαλόψυχοι, πάσης ἄξιοι φιλίας[115]. Αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν τοῖς μεγέθεσι, πορείαις, ῥυθμοῖς[116], εὐσχημονέσταταί τε καὶ εὐπρεπέσταται τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι γυναικῶν. μαρτυρεῖ Σοφοκλῆς·

> Θήβας λέγεις μοι, τὰς πύλας[117] ἑπταστόμους,
> οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς[118].

Τὸ τῶν ἱματίων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα τοιοῦτόν ἐστιν, ὥσπερ[119] προσωπιδίῳ δοκεῖν πᾶν τὸ

fecerit, ac non statim e Bœotia migrarit, sed vel brevissimo temporis spatio in urbe manserit, paullo post, structis noctu insidiis, ab iis qui causas agi nolunt, morte violenta multatur. Cædes autem apud eos vel levissimam ob causam perpetrantur. Viros quidem tales esse accidit : quidam tamen apud eos occurrunt memorabiles, magnanimi, atque omni amicitia digni. Uxores autem eorum proceritate et incessu bene composito ac decenti omnium Græciæ feminarum speciosissimæ sunt. Testatur Sophocles :

> Thebas mihi narras, portas habentes septenas,
> ubi solum mortales (feminæ) pariunt deos.

Capitis tegmen apud ipsas tale est, ut eo veluti larva tota facies velari videatur : oculi tantum apparent,

πρόσωπον κατειλῆφθαι. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ διαφαίνονται μόνον, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τοῦ προσώπου πάντα κατέχεται τοῖς ἱματίοις. φοροῦσι δ' αὐτὰ πᾶσαι λευκά[120]. τὸ δὲ τρίχωμα ξανθὸν, ἀναδεδεμένον μέχρι τῆς κορυφῆς[121]· ὃ δὴ καλεῖται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων λαμπάδιον[122]. ὑπόδημα λιτὸν, οὐ βαθὺ[123], φοινικοῦν δὲ τῇ χροιᾷ καὶ ταπεινόν· ὑσκλωτὸν δὲ[124], ὥστε γυμνοὺς σχεδὸν ἐκ- Pag. 17 Huds.
φαίνεσθαι τοὺς πόδας. εἰσὶ δὲ καὶ ταῖς ὁμιλίαις οὐ λίαν Βοιώτιαι, μᾶλλον δὲ Σικυώνιαι. καὶ ἡ φωνὴ δ' αὐτῶν ἐστὶν ἐπίχαρις· τῶν δ' ἀνθρώπων ἀτερπὴς καὶ βαρεῖα[125]. Ἐνθερίσαι[126] μὲν ἡ πόλις οἵα βελτίστη[127]· τό τε γὰρ ὕδωρ πολὺ ἔχει καὶ ψυχρὸν καὶ κήπους. ἔστι δ' εὐήνεμος ἔτι καὶ χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν, ἐχέπωρος[128]

L. 11. τῶν δ' ἀνδρῶν. *Vulc.* et *Græv.*

reliqua autem faciei pars velamine occulitur : illud autem omnes album gestant. Crines illis flavi, in nodum colligati usque ad verticem ; atque id ab indigenis adpellatur lampadium. Calceamentum tenue, non profundum, purpureum colore et humile; corrigiis vero adstrictum, ut nudi propemodum pedes conspiciantur. Quotidiana vitæ consuetudine non admodum Bœoticæ sunt; sed Sicyonias potius referunt. Vox illarum est grata, virorum autem injucunda et gravis. Ad transigendam quidem æstatem urbs maxime opportuna : aquam enim habet plurimam, eamque frigidam, hortosque consitos : est præterea commodo quoad ventos situ, et vernante adspectu : fructibus insuper, omnibusque rebus æstivis ad victum venalibus

τε καὶ τοῖς θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονος· ἄξυλος δὲ, καὶ ἐγχειμάσαι οἵα[129] χειρίστη, διά τε τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ πνεύματα· καὶ γὰρ νίφεται[130], καὶ πηλὸν ἔχει πολύν. Οἱ στίχοι Λάωνος[131]· γράφει δὲ ἐπαινῶν αὐτοὺς, καὶ οὐ λέγων τὴν ἀλήθειαν, μοιχὸς γὰρ ἁλοὺς ἀφείθη, μικροῦ διαφόρου[132] τὸν ἀδικηθέντα ἐξαργυρώσας·

Βοιωτὸν ἄνδρα στέργε, τὴν Βοιωτίαν
Μὴ φεῦγ'· ὁ μὲν γὰρ χρηστὸς, ἡ δ' ἱμερόεσσ'[133].

Ἐντεῦθεν εἰς Ἀνθηδόνα στάδια ρξʹ. ὁδὸς πλαγία, ἁμαξήλατος[134] δι' ἀγρῶν πορεία· ἡ δὲ πόλις οὐ μεγάλη τῷ μεγέθει, ἐπ' αὐτῆς τῆς Εὐβοϊκῆς[135]
Pag. 18 Huds. κειμένη θαλάττης· τὴν μὲν ἀγορὰν ἔχουσα κατάδενδρον πᾶσαν, στοαῖς ἀνειλημμένην[136] διτταῖς. αὕτη δὲ εὔοινος[137], εὔοψος, σίτῳ[138] σπανίζουσα,

abundat. Ad hyemen vero agendam ob lignorum inopiam pessima est, necnon ob fluvios et ventos : nivosa enim est, et lutum plurimum habet. De illis Laon in carminibus (scribit enim laudibus illorum magis studens, quam veritati; eo quod prehensus in adulterio impune demissus erat, pecuniolis placans injuria affectum) :

Bœotum ama virum, nec a Bœotia
Alienus esto. Ille est bonus, ista amabilis.

Hinc ad Anthedona stadia 160 : via obliqua, plaustrisque per agros patet transitus. Urbs non magna est, mari Euboïco adjacens ; forum quidem habens totum arboribus consitum , binis porticibus circumdatum. Vino et obsoniis abundat, sed non magna frumenti

διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι λυπράν. Οἱ δ' ἐνοικοῦντες σχεδὸν πάντες ἁλιεῖς ἀπ' ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας[139] καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες, ἐν αἰγιαλοῖς τε καὶ φύκει καὶ καλύβαις καταγεγηρακότες· πυῤῥοὶ ταῖς ὄψεσι, πάντες τε λεπτοὶ[140], τὰ δ' ἄκρα τῶν ὀνύχων καταβεβρωμένοι[141] ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις· περιπεπονθότες πορθμοῖς[142] οἱ πλεῖστοι καὶ ναυπηγοί· τὴν δὲ χώραν οὐχ οἷον ἐργαζόμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ἔχοντες, αὑτοὺς[143] φάσκοντες ἀπογόνους εἶναι Γλαύκου[144] τοῦ θαλασσίου· ὃς ἁλιεὺς ἦν ὁμολογούμενος. Ἡ μὲν οὖν Βοιωτία τοιαύτη· αἱ γὰρ Θεσπιαὶ[145] φιλοτιμίαν ἔχουσι μόνον ἀνδρῶν καὶ ἀνδριάντας[146] εὖ πεποιημένους, ἄλλο δὲ οὐδέν. Ἱστορεῦσι δ' οἱ Βοιωτοὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ὑπάρχοντα

L. 2, λεπράν. *Vulc.*

copia, quod solum gracile sit et aridum. Incolæ propemodum omnes piscatores sunt, sibi ex hamis et piscibus, ex purpura et spongiis victum comparantes: in litoribus atque alga et tuguriis consenescunt: rufi omnes et graciles; partes unguium extremas operibus marinis arrosas habentes. Magna eorum pars in freto lubenter versatur, et navibus fabricandis operam dat: territorium tantum abest ut colant, ut ne habeant quidem, dicentes se a Glauco marino oriundos esse; quem fuisse piscatorem constat. Talis igitur est Bœotia. Thespiæ quidem virorum solum ambitione et statuis affabre factis memorabiles sunt, nihil præterea memoratu dignum habentes. Narrant Bœoti singularum apud

ἴδια ἀκληρήματα, λέγοντες ταῦτα· τὴν μὲν αἰσχροκέρδειαν κατοικεῖν ἐν Ὠρωπῷ[147], τὸν δὲ φθόνον ἐν Τανάγρᾳ, τὴν φιλονεικίαν[148] ἐν Θεσπιαῖς, τὴν ὕβριν ἐν Θήβαις, τὴν πλεονεξίαν ἐν Ἀνθηδόνι, τὴν περιεργίαν ἐν Κορωνείᾳ, ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἀλαζονείαν, τὸν πυρετὸν ἐν Ὀγχηστῷ, τὴν ἀναισθησίαν ἐν Ἁλιάρτῳ. τάδ' ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος ἀκληρήματα εἰς τὰς τῆς Βοιωτίας πόλεις κατεῤῥύη. ὁ στίχος Φερεκράτους·

Pag. 19 Huds.

> Ἂν περ φρονῇς εὖ, φεῦγε τὴν Βοιωτίαν.

Ἡ μὲν οὖν τῶν Βοιωτῶν χώρα τοιαύτη. Ἐξ' Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ό[149], μέχρι τοῦ Σαλγανέως[150]. ὁδὸς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν λεία τε πᾶσα καὶ μαλακὴ, τῇ μὲν καθήκουσα εἰς θάλασσαν,

ipsos urbium infortunia hujusmodi verbis : turpe lucrum sedem habere apud Oropum, invidiam Tanagræ, contentionis studium apud Thespias, contumeliam Thebis, rapacitatem apud Anthedonem, curiositatem apud Coroneam, arrogantiam apud Platæas, febrim apud Onchestum, stupiditatem apud Haliartum. Illa infortunia ex tota Græcia in Bœotiæ urbes confluxerunt. De illa Pherecrates :

> Bœotiam caveto, si recte sapis.

Talis quidem Bœotorum regio. Ab Anthedone ad Chalcidem stadia septuaginta usque Salganeum. Via juxta litus lævis tota et mollis, partim per montem exiguum tendens, arboribus tectum et aquarum fonti-

τῇ δὲ ὄρος οὐχ ὑψηλὸν μὲν ἔχουσα, ἄλσεσι[151] δὲ καὶ ὕδασι πηγαίοις καλάῤῥυτον. Ἡ δὲ τῶν Χαλκιδέων πόλις ἐστὶ μὲν σταδίων ο'[152], μείζων τῆς ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς αὐτὴν φερούσης ὁδοῦ, γεώλοφος[153] δὲ πᾶσα, καὶ σύσκιος, ὕδατα ἔχουσα, τὰ μὲν πολλὰ ἁλυκὰ, ἐν δ' ἡσυχῇ μὲν ὑπόγλυκυ[154], τῇ δὲ χρείᾳ ὑγιεινὸν[155] καὶ ψυχρὸν, τὸ ἀπὸ τῆς κρήνης, τῆς καλουμένης Ἀρεθούσης[156], ῥέον ἱκανὸν, ὡς δυναμένης[157] παρέχειν τὸ ἀπὸ τῆς πηγῆς νᾶμα πᾶσι τοῖς τὴν πόλιν κατοικοῦσιν. καὶ τοῖς κοινοῖς δ' ἡ πόλις διαφόρως κατεσκεύασται γυμνασίοις, στοαῖς, ἱεροῖς, θεάτροις, γραφαῖς, ἀνδριᾶσι· τῇ τ' ἀγορᾷ κειμένῃ[158] πρὸς τὰς τῶν ἐργασιῶν χρείας ἀνυπερβλήτως. ὁ γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς Βοιωτίας Σαλγανέως καὶ τῆς τῶν Εὐβοέων θαλάττης ῥοῦς εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλων καὶ τὸν Εὔριπον[159], φέρεται Pag. 20 Huds.

L. 7. Vulgo ὑποπλατύ. — 11 et 12. κοινοῖς μέν. *Vulc.* — 12. Vulgo γυμνασίαις; repono γυμνασίοις. *Steph.* — 14. Χρείαις. *Vulc.*

bus irrigatum. Urbs quidem Chalcidensium stadiorum est septuaginta, in circuitu major via quæ ab Anthedone ad ipsam ducit. Clivosa tota est et arboribus obumbrata, aquas multa ex parte salsas habens : quamdam vero habet subdulcem, usu quidem salubrem et frigidam, copiose adeo manantem a fonte Arethusa, ut sufficiat omnibus urbis incolis. Publicis quidem ornamentis abunde instructa est, ut gymnasiis, porticibus, templis, theatris, picturis, statuis, foroque mire commodo mercatorum ad usus. Aquæ enim, a Salganeo Bœotiæ et a mari Eubœensi in unum confluentes et Euripum facientes, ipsa portus munimenta lambunt.

παρ' αὐτὰ[160] τὰ τοῦ λιμένος τείχη· καθ' ὃ[161] συμβαίνει τὴν κατὰ τὸ ἐμπόριον εἶναι πύλην, ταύτης δ' ἔχεσθαι τὴν ἀγορὰν, πλατεῖαν τε οὖσαν καὶ στοαῖς τρισὶ συνειλημμένην. σύνεγγυς οὖν κειμένου τῆς ἀγορᾶς τοῦ λιμένος, καὶ ταχείας τῆς ἐκ τῶν πλοίων γινομένης τῶν φορτίων ἐκκομιδῆς, πολὺς ὁ καταπλέων ἐστὶν εἰς τὸ ἐμπόριον· καὶ γὰρ ὁ Εὔριπος δισσὸν ἔχων τὸν εἴσπλουν, ἐφέλκεται τὸν ἔμπορον εἰς τὴν πόλιν. Ἡ δὲ χώρα πᾶσα αὐτῶν ἐλαιόφυτος· ἀγαθὴ[162] δὲ καὶ ἡ θάλασσα· οἱ δ' ἐνοικοῦντες[163] Ἕλληνες, οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φωνῇ, τῶν μαθημάτων ἐντός· φιλαπόδημοι[164], γραμματικοί, τὰ προσπίπτοντα ἐκ τῆς πατρίδος δυσχερῆ γενναίως φέροντες. δουλεύοντες[165] γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον, τοῖς δὲ τρόποις ὄντες[166] ἐλεύθεροι, μεγάλην εἰλήφασιν ἕξιν τοῦ

Hac parte contingit esse portam emporio obversam, et huic (portæ) vicinum esse forum, illud quidem latum, et tribus porticibus circumdatum. Quum autem proximus sit foro portus, et facilis onerum ex navibus vectura, plurimi ad emporium veniunt; quinetiam Euripus, duplicem habens introitum, facit ut mercatores urbem frequentent. Tota eorum regio oleis consita: mare etiam commodum. Incolæ Græci sunt, non genere solum, sed et sermone, scientiis dediti, peregrinorum amantes, literarum curiosi, incommoda quæ ob patriam patiuntur fortiter ferentes. A longo enim tempore in servitutem redacti (quæ alioqui ab eorum ingenio liberali valde abhorreret), ma-

φέρειν ῥαθύμως τὰ προσπίπτοντα. ὁ στίχος Φιλίσκου.

Χρηστῶν σφόδρ' ἐσθ' ἡ Χαλκὶς[167] Ἑλλήνων πόλις.

Τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα[168], ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν[169] λαβὼν, μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων Τέμπου[170].... Τάχα δὲ φήσουσί τινες ἡμᾶς ἀγνοεῖν, τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος καταριθμοῦντας[171], ἄπειροι τῆς τῶν πραγμάτων ὄντες ἀληθείας. ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσά ποτε πόλις, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου[172] ἐκλήθη, τῆς Θετταλῶν οὖσα χώρας, ἀνάμεσον Φαρσάλου[173] τε κειμένη καὶ τῆς τῶν Μελιταίων[174] πόλεως. Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσιν, οἳ τῷ γένει καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζουσιν, ἀφ' Ἕλληνος· Ἀθηναῖοι δὲ, οἱ τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντες, Ἀττικοὶ μέν εἰσι τῷ γένει, Pag. 21 Huds.

L. 13. εἰσὶ τῷ γένει. *Vulc.*

gnam ad tolerantiam habitum contraxerunt. Hinc illud Philisci:

Valde proborum Chalcis Græcorum urbs est.

Hellada igitur, a Peloponneso ejus initium capiens, definio (eam producens) usque ad Magnetum Tempe. Forsan et aliqui dicent, nos Thessaliam Hellade comprehendentes, harum rerum veritatis plane rudes. Hellas enim, quum olim urbs esset, ab Hellene Æoli [patre] condita et adpellata fuit, in Thessalorum regione, inter Pharsalum et Melitæorum urbem. Hellenes autem sunt, qui genere et sermone hellenissant, ab Hellene: Athenienses vero, qui Atticam regionem incolunt, Attici quidem origine sunt, voce autem atticissant;

ταῖς δὲ διαλέκτοις ἀττικίζουσιν· ὥσπερ Δωριεῖς μὲν[175], οἱ ἀπὸ Δώρου, τῇ φωνῇ δωρίζουσιν· αἰολίζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Αἰόλου, ἰάζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου φύντες. ἡ οὖν Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ ἦν, ὅτε ποτὲ ἦν, οὐκ ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὁ γοῦν Ποιητής[176] φησι·

Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί.

Μυρμιδόνας μὲν λέγων εἶναι τοὺς περὶ τὴν Θετταλίας Φθίαν κατοικοῦντας· Ἕλληνας δὲ τοὺς μικρῷ πρότερον ῥηθέντας, Ἀχαιοὺς δὲ, τοὺς καὶ νῦν ἔτι κατοικοῦντας Μελιταίαν[177] τε καὶ Λαρισσαν τὴν Κρεμαστὴν καλουμένην, καὶ Θήβας τὰς Ἀχαΐδας[178], πρότερον Φυλάκην[179] καλουμένην, ὅθεν ἦν καὶ Πρω-
Pag. 22 Huds. τεσίλαος ὁ στρατεύσας εἰς Ἴλιον. Ἔστιν οὖν ἡ Ἑλ-

3. Ἰωνίζουσι in ed. Stephan. — 12. Fors. Ἀχαιίδας.

ita Dorienses, qui a Doro orti sunt, sermone dorico utuntur, ut æolico, qui ab Æolo: similiter et ionicam usurpant dialectum Iones, qui ab Ione Xuthi filio duxerunt originem. Fuit igitur tempus, quum Hellas hoc nomen haberet, in Thessalia sita, non in Attica. Poëta enim inquit:

Myrmidones autem vocabantur, et Hellenes, et Achæi.

Illos quidem Myrmidonas esse dicit, qui Thessaliam Phthiam incolebant; Hellenas vero, de quibus paullo ante diximus; Achæos autem, qui nunc habitant Melitæam et Larissam Cremasten adpellatam, et Thebas Achaïdas, olimque urbem Phylacen nominatam; unde erat Protesilaus, qui copias duxit contra Ilium. Hellas

λὰς ὑφ' Ἕλληνος[180] οἰκισθεῖσα πόλις τε καὶ χώρα· μαρτυρεῖ δὲ καὶ Εὐριπίδης[181].

Ἕλλην γὰρ, ὡς λέγουσι, γίγνεται Διός[182].
τοῦ δ' Αἴολος παῖς· Αἰόλου δὲ Σίσυφος,
Ἀθάμας[183] τε, Κρηθεύς θ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεὶς ἔῤῥιψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Ἑλλὰς μὲν οὖν ἐστὶ, ὥσπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν, ἀφ' οὗ τὸ ἑλληνίζειν τὴν προσηγορίαν εἴληφεν· Ἕλληνες δ' οἱ ἀφ' Ἕλληνος. οὗτοι δ' εἰσὶν Αἴολος καὶ Σίσυφος, ἔτι δὲ Ἀθάμας καὶ Σαλμωνεὺς, καὶ οἱ τούτων φύντες ἔκγονοι. ἡ δὲ καλουμένη νῦν Ἑλλὰς λέγεται μὲν, οὐ μέντοι ἐστί[184]· τὸ γὰρ ἑλληνίζειν[185] ἐγώ φημι, οὐκ ἐν τῷ διαλέγεσθαι ὀρθῶς, ἀλλ' ἐν τῷ γένει

igitur ab Hellene condita, tam regio quam urbs: quod et testatur Euripides:

Hellen enim, ut aiunt, Jovis est filius,
Hujus autem Æolus, Æoli vero Sisyphus,
Ac Athamas, et Cretheus, et Salmoneus, qui ad
Alphei fluenta Jovis furens projecit flammas.

Hellas igitur est, ut paullo ante retulimus, quam Jove natus Hellen condidit, a quo τὸ ἑλληνίζειν (id est, græce loqui), denominationem accepit. Hellenes igitur, qui ab Hellene: illi vero sunt Æolus, et Sisyphus, et præterea Athamas, et Salmoneus, eorumque progenies. Quæ autem adpellatur Hellas (sive Græcia), sic dicitur potius quam est: nam τὸ ἑλληνίζειν (id est, græco sermone uti), non in recte loquendo positum esse dixerim,

τῆς φωνῆς[186]. αὕτη ἐστὶν ἀφ' Ἕλληνος· ἡ δὲ Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ κεῖται. ἐκείνους οὖν ἐροῦμεν τὴν Ἑλλάδα κατοικεῖν, καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζειν. εἰ δὲ καὶ κατὰ τὸ ἴδιον τοῦ γένους τῆς Θετταλίας ἡ Ἑλλάς ἐστι, δίκαιον καὶ[187] κατὰ τὸ κοινὸν, ὡς
Pag. 23 Huds. νῦν ὀνομάζονται Ἕλληνες, τῆς Ἑλλάδος αὐτὴν εἶναι. ὅτι δὲ πᾶσα, ἣν κατηριθμήμεθα, Ἑλλάς ἐστι, μαρτυρεῖ ἡμῖν ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς Ποσείδιππος[188], μεμφόμενος Ἀθηναίοις, ὅτι τὴν αὑτῶν φωνὴν καὶ τὴν πόλιν φασὶ τῆς Ἑλλάδος εἶναι, λέγων οὕτως·

Ἕλλας μέν ἐστι μία, πόλεις δὲ πλείονες.
Σὺ μὲν ἀττικίζεις, ἡνίκ' ἂν φωνῇ[189] λέγῃς
Σαυτοῦ τιν'[190]· οἱ δ' Ἕλληνες ἑλληνίζομεν.

L. 5. Scribe Ἑλλήνων. *Vulc.* — l. 7 et 8. Lege ὅτι δὲ πᾶσα ἣν κατηριθμημένη Ἕλλας, ἐπιμαρτυρεῖ ἡμῖν.... *Vulc.*

sed in genere sermonis; hæc ab Hellene nomen habet: Hellas autem in Thessalia sita est. Eos igitur (Thessaliæ incolas) Hellada incolere dicimus, et hellenico sermone uti. Si ergo secundum generis proprietatem, Thessaliæ Hellas sit, et juxta communitatem, ut hodie mos est Hellenas adpellari, Helladi eam adscribi justum est. Quod autem regio tota, quam memoravimus, Hellas (sive Græcia) sit, testis nobis est Posidippus, poëta comicus, Athenienses increpans, quod linguam suam et urbem præcipue Hellada esse contendant; sic dicens:

Hellas quidem una est, urbes vero plures;
Tu quidem atticissas, dum tua lingua utaris:
Nos vero græcissamus, qui Græci sumus.

Τί προσδιατρίβων συλλαβαῖς καὶ γράμμασι,
Τὴν εὐτραπελίαν εἰς ἀηδίαν ἄγεις;

Πρὸς μὲν τοὺς οὐχ ὑπολαμβάνοντας εἶναι τὴν Θετταλίαν τῆς Ἑλλάδος, οὐδὲ τοὺς Θετταλοὺς, Ἕλληνος ἀπογόνους ὄντας, ἑλληνίζειν, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν Τέμπου[191] καὶ τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου τὴν διήγησιν πεποιημένοι, καταπαύομεν[192] τὸν λόγον.

Quid immorans syllabis et verbis,
Urbanitatem vertis in morositatem!

Hæc dicta sufficiant ad illos refutandos, qui Thessaliam ad Hellada non pertinere arbitrati sunt; neque Thessalos ab Hellene ortos hellenissare. Hinc igitur orationem finimus, narratione confecta, qua Græciam terminando perduximus usque Thessalorum Tempe et Magnetum Homolium.

ΑΝΑΓΡΑΦΗ[193]

ΤΟΥ ΠΗΛΙΟΥ ΟΡΟΥΣ.

Pag. 27 Huds. Ὅτι τὸ καλούμενον Πήλιον ὄρος μέγα τ' ἐστὶ καὶ ὑλῶδες, δένδρα ἔχον τοσαῦτα καρποφόρα, ὅσα καὶ τὰς τῶν γεωργουμένων συμβαίνει χώρας. τοῦ δὲ ὄρους ἡ μεγίστη καὶ λασιωτάτη ῥίζα τῆς
Pag. 28 Huds. πόλεως[194] κατὰ μὲν πλοῦν ζ' ἀπέχει στάδια, πεζῇ δὲ κ'. πᾶν δέ ἐστι τὸ ὄρος μαλακὸν, γεώλοφόν τε καὶ πάμφορον· ὕλης δ' ἐν αὐτῷ πᾶν φύεται γένος· πλείστην δ' ὀξύην[195] ἔχει καὶ ἐλάτην, σφένδαμνόν τε καὶ ζυγίαν[196], ἔτι δὲ κυπάρεισσον καὶ

L. 9. Vulgo ὕλη. Gudius legit ὕλης. *Fabric.* (sic et Marx.)

DESCRIPTIO

MONTIS PELII.

Mons Pelius, vastus et nemorosus, tot frugiferas producit arbores, quot vel in terris hominum assiduo labore excultis provenire solent. Amplissima et densissima radix montis ab urbe (Demetriade) distat stadiis septem, si maritimum iter computes ; at si pedestre, stadiis viginti. Universus mons gaudet terra molliore, fertili, quæque nihil non fert; nam et omne arborum arbustorumque genus in eo nascitur. Præcipue abundat arbore, quam a foliis spinosis oxyam sive aculeatam

κέδρον· ἔστι δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἄνθη, τά τε ἄγρια καλούμενα λείρια, καὶ λυχνίδες· γίνεται δ' ἐν αὐτῷ καὶ βοτάνη ἐν τοῖς χερσώδεσι μάλιστα χωρίοις, καὶ ῥίζα δένδρου[197], ἥτις τῶν ὄφεων δήγματα ἰᾶται, δοκεῖν ἔχειν[198] ἐπικίνδυνα, τοὺς μὲν ἐκ τῆς χώρας, ἐν ᾗ πέφυκε, τῇ ὀσμῇ μακρὰν ἀπελαύνει, τοὺς δ' ἐγγίσαντας ἀχρειοῖ, κάρον καταχέουσα[199], τοὺς δὲ ἁψαμένους αὐτῆς ἀναιρεῖ τῇ ὀσμῇ. τοιαύτην τὴν δύναμιν ἔχει· τοῖς δ' ἀνθρώποις ἡδεῖα καταφαίνεται, τῇ τοῦ θύμου γάρ ἐστιν ἀνθοῦντος ὀσμῇ παραπλησία, τοὺς δὲ δηχθέντας ὑφ' οὑτινοσοῦν ὄφεως ἐν οἴνῳ δοθεῖσα ὑγιάζει. Φύεται δ' ἐν τῷ ὄρει καὶ καρπὸς[200] ἀκάνθης, ταῖς λευκαῖς παραπλήσιον μύρτοις· ὃν ὅταν τις τρίψας λεῖον καταχρίσοι τὸ σῶμα, τοῦ μεγίστου χειμῶνος

græce adpellant: frequens in illo abies, acer, singillatim genus aceris quæ zygia vocatur, cupressus quoque et cedrus. Neque floribus destituitur; habet enim lilium silvestre et rosam lychniden. Herbam quoque alit in locis maxime silvestribus, et arboris radicem quæ periculosissimis serpentum morsibus medetur, eosque a loco in quo nascitur procul repellit, appropinquantes vero omni facultate nocendi exuit, veterno inducto; qui attigerint denique, odore suo occidit. Ejusmodi pollens viribus suavissima est homini, odor quippe illius accedit ad thymi florentis fragrantiam, morsos vero a quibusvis serpentibus in vino sumta restituit sanitati. Nascitur etiam in hoc monte fructus acanthi, propemodum ad albæ myrti similitudinem. Quem si quis probe tritum illeverit corpori, intensis-

οὐ λαμβάνει τὴν ἐπαίσθησιν, ἢ πάνυ βραχεῖαν· οὐδὲ ἐν τῷ θέρει, τοῦ καύματος, κωλύοντος τοῦ φαρμάκου τῇ αὐτοῦ πυκνότητι τὸν ἔξωθεν ἀέρα καταμάθοις διϊκνεῖσθαι τοῦ σώματος. σπάνιος δ' ἐστὶν ὁ καρπὸς οὗτος, καὶ ἐν φάραγξι, καὶ ἐν τόποις φυόμενος ἐπικρήμνοις, ὥστε μόλις μὲν εὑρεῖν, ἂν δ' εὕρῃ τις, μὴ εὐχερῶς δύνασθαι λαβεῖν, ἂν δ' ἐπιχειρῇ λαμβάνειν, κινδυνεύειν, ἀπὸ τῶν πετρῶν κατακυλισθέντα διαφθαρῆναι· μένει δ' ἡ δύναμις ἕως ἐνιαυτοῦ, χρονισθεῖσα δ' ἀπόλλυσι τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν.

Pag. 29 Huds. Ποταμοὶ δὲ διὰ τοῦ ὄρους ῥέουσι δύο, Κραυσίνδων τε καλούμενος καὶ Βρύχων· ὁ μὲν τοὺς ὑπὸ ταῖς τοῦ Πηλίου γεωργουμένους ἀρδεύων ἀγρούς· ὁ δὲ, παραῤῥέων μὲν τὸ τῆς Πηλαίας[201] δάσος, ἐκβάλλων δὲ εἰς θάλασσαν. Ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς

simi frigoris non nisi brevissimam vim sentiet: neque æstatis tempore videas corpus ab æstu infestari, hac ipsa herba per spissitudinem suam exteriorem aërem prohibente. At raro obvium est hoc fructus genus, neque occurrit nisi in præcipitiis locisque præruptis: difficulter itaque invenitur, inventumque non facile potest carpi, quia periculum est, ne qui petit, rupe prolapsus, pereat. Vires servat per anni spatium, at tempore procedente ipsas quoque amittit.

Fluvii duo Pelion permeant, quorum alteri nomen Crausindon, alteri Brychon: ille agros, qui ad pedem montis coluntur, rigat; hic præterfluit Pelium nemus, ac deinde exonerat se in mare. In altissimo montis cacumine est specus Chironium et fanum Jovis Actæi;

τοῦ ὄρους κορυφῆς σπηλαῖόν ἐστι τὸ καλούμενον Χειρώνιον[202], καὶ Διὸς ἀκταίου ἱερὸν, ἐφ' ὃ κατὰ Κυνὸς ἀνατολὴν, κατὰ τὸ ἀκμαιότατον καῦμα, ἀναβαίνουσι τῶν πολιτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντες, ἐπιλεχθέντες ἐπὶ τοῦ ἱερέως, ἐνεζωσμένοι κώδια τρίποκα καινά· τοιοῦτον συμβαίνει ἐπὶ τοῦ ὄρους τὸ ψῦχος εἶναι.

Τοῦ δὲ ὄρους ἡ μὲν πλευρὰ παρά τε τὴν Μαγνησίαν καὶ Θεσσαλίαν παρήκει, πρός τε ζέφυρον καὶ ἡλίου δύσιν ἐστραμμένη· ἡ δ' ἐπὶ τὸν Ἄθω καὶ Μακεδονικὸν ἐπικεκλημένον[203] κόλπον, πλαγίαν ἔχουσα πᾶσαν καὶ τραχεῖαν τὴν εἰς τὴν Θεσσαλίαν ἐστραμμένην χώραν. τὸ δὲ ὄρος πολυφάρμακόν[204] τέ ἐστι, καὶ πολλὰς ἔχον καὶ παντοδαπὰς[205] δυνάμεις, τάς τε ὄψεις αὐτῶν γινώσκουσι καὶ χρῆσθαι δυναμένοις· μίαν δέ τινα, ἥτις ἔχει καὶ ἄλλας Pag. 30 Huds.

in quod sub ortum caniculæ, quum æstus est vehementissimus, nobilissimi quique e civitatis incolis et juvenes a sacerdote ad hoc delecti adscendunt, induti pellibus novis optimo vellere, propter frigoris in monte magnitudinem.

Atque alterum quidem montis latus, secundum Magnesiam Thessaliamque protenditur, zephyrum versus solisque occasum spectans; alterum vero, versus Atho montem et sinum Macedonicum, obliquam totam habens et asperam sui partem, Thessaliam versus conversam. Plurimarum præterea herbarum ferax est mons iste, quæ varia virtute medica gaudent, si quis eas probe dignoscere et recte illis uti noverit. Ex hisce una pluribus etiam iisque diversis præstat viribus. Est enim

δυνάμεις ἀνομοίους· φύεται δὲ τὸ δένδρον[206], τῷ μεγέθει μὲν οὐ πλέον ἢ πήχεος τοῦ ὑπὲρ γῆς φαινομένου, τῇ δὲ χροιᾷ μέλαν· ἡ δὲ ῥίζα ἕτερον τοσοῦτόν ἐστι κατὰ γῆς πεφυκυῖα· τούτου δὲ ἡ μὲν ῥίζα, τριφθεῖσα λεία καὶ καταπλασθεῖσα, τῶν ποδαγρώντων τοὺς πόνους ἀφίστησι, καὶ κωλύει τὰ νεῦρα φλεγμαίνειν· ὁ δὲ φλοιὸς, λειανθεὶς καὶ μετ' οἴνου ποθεὶς, τοὺς κοιλιακοὺς ὑγιαίνει· τὰ δὲ φύλλα, τριφθέντα καὶ ἐγχρισθέντα εἰς ὀθόνια, τῶν ὀφθαλμώντων καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος κατατεινομένων, καὶ κινδυνευόντων ῥαγῆναι τὴν ὄψιν, τὴν ἐπιφορὰν τοῦ ῥεύματος ἀναστέλλει πραέως, καὶ ὡσανεὶ παραιτουμένη μηκέτι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς φέρεσθαι τὸ ῥεῦμα· ταύτην δὲ τὴν δύναμιν ἓν τῶν πολιτῶν οἶδε γένος· ὃ δὴ λέγεται Χείρωνος

L. 7. Ita scripsi pro λιανθείς. *Fabric.* — l. 9 et 10. Vulgo ὀθονίαν; leg. ὀθόνια, vel ὀθόνην. *Fabric.* ὀθόνια. *Marx.* — l. 13, παραιπούμενα. *Fabric.* — l. 15. οἶδεν ap. Huds.

arbustum nigro colore, quod altitudine sua, quantum ejus supra terram conspici potest, cubitum haud excedit, sed æque altam radicem agit infra terram. Hujus radix trita, lævigata et illita, podagricorum dolores abigit, neque nervos æstuare permittit. Cortex comminutus et in vino sumtus curat eos qui cœliaco morbo vexantur. Folia trita, si linteum illis inungatur, medentur oculorum dolore et suffusione laborantibus, etiam cum periculum est perdendi visus, suaviter sistunt fluxionis impetum, ac veluti observant ne ad oculos usque pervenire possit. Hæc herbarum virtus uni cuidam incolarum genti perspecta est, qui Chironis

ἀπόγονον εἶναι· παραδίδωσι δὲ καὶ δείκνυσι πατὴρ υἱῷ, καὶ οὕτως ἡ δύναμις φυλάσσεται, ὡς οὐδεὶς ἄλλος οἶδε τῶν πολιτῶν. οὐχ ὅσιον δὲ τοὺς ἐπισταμένους τὰ φάρμακα μισθοῦ τοῖς κάμνουσι βοηθεῖν, ἀλλὰ προῖκα. Τὸ μὲν οὖν Πήλιον καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι[207]. Pag. 31 Huds.

Ὅτι* ἡ μὲν Ἑλλὰς ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, μέχρι τοῦ Μαγνητῶν ἀφορίζων στάμπου. . . . .

L. 3. οἶδεν ap. Huds.

esse posteri dicuntur : ex his pater subinde notitiam tradit exponitque filio, atque ita diligenter custoditur, ut nemo præterea civium vel incolarum possit illam sibi scientiam vindicare. Nefas autem gnaros virium, quibus herbæ præstant, mercede sumta ægrotis opem ferre ; gratis enim hoc facere oportet. Pelius autem mons et (urbs) Demetrias hujusmodi sunt.

Hellas (sive Græcia) a Peloponneso incipit, producta usque ad Magnetum Tempe. . . . .

* Hæc et reliqua jam occurunt in præcedentibus (pag. 135) *Fabric.*

ADNOTATIONES

IN DESCRIPTIONEM GRÆCIÆ.

ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΤΗΣ ἙΛΛΑΔΟΣ] Δικαιάρχου Βίος Ἑλλάδος (pro titulo) Athenæo et Steph. Byzant. In ed. H. Steph. et Hœschelii, Δικαιάρχου ἀναγραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον. *Huds.*

Pertinet titulus Βίος Ἑλλ., ad solutam tantum orationem.

Vs. 3. Ἐμαυτοῦ τιθέμενος] Inepta sane asseveratio, cum ipse vs. 9, confiteatur se antiquos solum scriptores in (sane quam malos) numeros redegisse. *Marx.*

De quo vide Dodwell. pag. 28 et 29, fin., et pag. 36, fin.

Vs. 4. Πεπόρηκα] Non ignoro πεπορεῖν legi apud Hesychium: malim tamen πέπεικα, hoc est, *edidi*, et in usus studiosorum publicavi: vel potius πεποίηκα, quæ est H. Stephani conjectura, ut sit πεποίηκα τὴν ἅπασαν Ἑλλάδα, pro βιβλίον vel σύγγραμμα περὶ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος. Sequenti versu lego, ταύτῃ τε τὰς, non δὲ. *Casaub.*

Vs. 5. Ταύτῃ δὲ τὰς ἑξῆς πόλεις] Illud ἑξῆς e ms. versui est insertum. *Hæschel.*

Sic legit Casaub.: Ὑποταττομένας ταύτῃ τε τὰς πόλεις. Sed hoc modo Holsten.: Ὑποταττομένας τε ταύτῃ πάσας τὰς πόλεις. *Hudson.*

Forte leg. ὑποταττόμενος, et pro δὲ cum Casaub. τε. Αἱ ἑξῆς (quam voculam ex cod. Mon. exhibet, H. Steph. omisit) πόλεις sunt urbes, suo ordine se excipientes. *Marx.*

Vs. 5. Vulgo Ἑλληνικῶν] Lego... ἅμα θ' Ἑλληνικόν. *Casaub.*

Ἑλληνικόν, præeuntibus Casaubono et Marxio, rescripsi. Hic ap. Marx. excidit vocula ἅμα.

Vs. 7. Vulgo Παρέχων] Παρέχον præbet cod. Mon. e correctione. *Marx.* — Vs. 10. Cf. Scymnum Ch. vs. 3.

Vs. 11. Versus ab h. l. alienus; illud ὅπερ ἐστὶν arguit eum interpretamentum aliquod esse, fortasse vocis ἱκανῶς. *Marx.*

Marxii notam, equidem, ni omnia me fallunt, sine judicio factam puto. Ceterum ὅπερ ἐστὶν ἔχον bene græcum est. *Chr. Schuch* (ex ms.).

Vs. 12. Ἀσφαλῶς ὑμῖν] Ἡμῖν legendum esse monuit vir doctus (Holsten.!). *Hudson.*

Vs. 13. Κεῖσθαι] id est, breviter conscripta et exposita esse. *M.*

Vs. 16. Vulgo λεγόμενα] Fortasse ἐχόμενα. *Casaubon.* Quod, ceu jam in ὁμοροῦντα contentum, improbat Marxius; sed idem dicas de κατὰ τόπους. Ego ἐχόμενα in textum recepi, utpote sententiæ convenientius.

Forte λεγόμενα (*fama insignes*, germ. *gepriessen*) retinendum. Minus nimirum tautologiam ἐχομ. καὶ ὁμορ. cum Marxio fero, quam illam ὁμοροῦντα κατὰ τόπους. *Schuch* (ex ms.).

Vs. 17. Vulgo ἵνα μηδὲν] Claudicat versus : lego igitur, ἵνα μηδὲ ἓν ἔτι τὸ σύνολον. *Casaub.* Ἵνα μηδὲ ἓν ἔτι τῷ συνόλῳ... *Holsten.*

Μηδὲν, Casaub. et cod. M. jubente, correxi. Sed pro διαλανθάνῃ idem cod. habet indicativum, vitiose. *Marx.*

Quoties μηδὲν cum μηδὲ ἓν, et contra, confundatur, dici non potest; majoremque τῷ μηδὲ ἓν vim inesse non est quod moneam. *Schuch.*

Vs. 20. Νωθρὰν] Gellius reddit *ignaram*, lib. II, cap. 23. *Holst.*

Vulgo ἐσπευσμένην, cod. εὐσπευμένην]. Illud (ἐσπευσμένην, quod jam proposuit Hœschel. G.) loquendi ratio flagitat. De sententia conferendus est prologus Scymni Chii Perieg. ad regem Nicomeden, qui in eodem argumento versatus, commoda exponit, quæ narratio, versibus concepta, memoriæ adferat. Hunc noster respexisse videtur. Conf. et Heindorf. ad Plat. *Phædr.* p. 346. *Marx.*

Vs. 22. Ὁλοσχερῶς] Recte monuit pater meus in *Philol.* III, 64, hanc vocem non ex χείρ, sed ex σχεῖν esse ducendam. Illud idem, duce patre meo, monet Schneiderus in secunda Lex. græc. ed., ann. 1819; sed in priori (ann. 1805) perperam a χείρ componit ὁλοσχερῶς.

Vs. 23. Συμφιλομαθοῦσι] Sic Cic. *Epist.* XXI, XVI. *Holsten.*

Vs. 24. Ἀμβρακία πρώτη πόλις] De Ambracia et initio Græciæ dixi ad *Ephori Fragm.* p. 159. Strab. X, p. 693, Alm. — Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου, ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον, καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον. Sed in ea regione plures fuisse Corinthiorum colonias e Thucydidis lib. I notum. Sed totus hic locus, vix aliquot verbis exceptis, e Scylace, pag. 120 Hœschel. (p. 255, G.) transcriptus et in senarios redactus est. Pro λιμὴν κλειστὸς ibi est κάλλιστος, quod non præferam. Simili modo pag. 119, de Corcyra : — λιμένας ἔχουσα τρεῖς, τούτων ὁ εἷς κάλλιστος, sed pag. 134, τούτων ὁ εἷς κλειστός. Ad illum locum Gronovius adscripsit : « Sponius *Itiner.* tom. I, p. 98; Wheler, p. 58, de *catena*, ut pateat κλειστός. » Tzschuck. ad Pomp. Mel. II, pag. 337, κάλλιστος et

κλειστός diversas et germanas lectiones esse arbitratur. *Marx.*

Si Græciæ ibi terminos subtilius quærere velimus, ex Dicæarcho erit Ambracia prima urbs Græciæ. Videtur Scylax, p. 255, illud minus diserte exprimere, imo Ambraciam, etsi græcanicam, extra Græciam propriam collocare, eo magis quod Ephorus apud Strab. pag. 514, fin., Acarnaniam doceat esse initium Græciæ. Ambracia autem non est Acarnaniæ civitas, sed *Thesprotiæ*, ut ait ispe Stephanus ad voc. Scylax videtur prima fronte idem innuere ac Strabo, qui, p. 516, A, *isthmum* et *lineam* ducit *ab Ambracio sinu* per Thessalos, ut terminos Græciæ septentrionales adferat. Sed vere Scylacis mens est Ambraciam in propria Græcia includere, sicut pag. 260, Corinthum intra Peloponnesum ponere voluit, quamvis, laudata tantum Corintho, adjiciat: ἐντεῦθεν ἤδη ἄρχεται ἡ Πελοπόννησος. De quo vid. nostra ad Scymn. vs. 517. Ceterum vox συνεχής, Græciæ data a Scylace et Dicæarcho, diligentis scriptoris est, et dubitare non sinit, qui propriæ *Helladis* fines sint intelligendi. De quo cf. Marx. ad *Ephor. Fragment.* pag. 159. Jam enim græcæ urbes reperiuntur ad septentrionem Acarnaniæ; at barbaras apud gentes: Molottos ἔθνος βαρβάρων vocat Aristidis schol. tom. II, pag. 233, ed. Jebb. Ab Acarnania tantum incipiunt civitates græcanicæ sine barbaris intermixtis. Conf. nostra ad vs. 35 et 170. Sed hæc, ut dixi, subtenuia sunt, et manant quidem ex eo quod veteres parum consentiant in Græciæ terminis constituendis. —Paullo laxius Herodotus suam Hellada intelligit, VIII, 45, 47. De quo vide nostra ad Scylac. pag. 577. Notat Casaubonus ad Strabon. p. 514, apud Ptolemæum, III, 14, Acarnaniam esse in Epiro (et extra Græciam); sed hæc spectant non ad antiquam geographiam, sed ad romanæ potentiæ tempora. Vide Mannert. VIII, 63.

Vs. 25. Vulgo Λέχεται τῶν Κορινθίων] Dele τῶν ante Κορινθίων; versum enim vitiat. *Casaub.*

Τῶν cum Casaub. exclusi. *Marx.*

De ortu hujus urbis vide Strab. pag. 500; Mannert. VIII, pag. 665, 666; et *Rochett. Hist. des col.* III, 293, 294; et de *Dryopibus*, ibid. I, 220, 221.

Vs. 28. ὀγδοήκοντα] Vid. Scylac. §. 33, et not. 149, p. 376; cf. Mannert. VIII, 665.

Vs. 30. Καὶ λιμὴν κλειστός] Habet Scylax λιμὴν κάλλιστος, forsan mendose, ut conjeci in *Addend.* pag. 561. Ceterum cf. supra Marxium ad vs. 24.

Vs. 32. Δοκεῖ μάλιστα συνεχὴς τὸ πέρας· αὐτὴ δὲ ἔρχεται . . .] Fortasse ita melius distingueretur, Μάλιστα συνεχής· τὸ πέρας αὐτὴ δ'. ἔρχεται. *Casaub.*

Μάλιστα συνεχής· τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται. *Salmas.* et *Voss.* (ad Scyl. pag. 377).

Eadem fere exstant apud Scylacem, p. 12 (p. 255). *Huds.* Cf. mox adnot. ad vs. 35.

Vs. 33. Φιλέας] Suidas in Βοσπ.; Marcianus Heracleot. p. 69; Stephanus sæpissime; Harpocrat. voc. Θερμοπύλας. *Holsten.*

Vs. 34. Ὄρος . . . Ὁμόλην] Cf. not. 153 ad Scylac. p. 378.

Vs. 35. Τινὲς δὲ τὴν Μαγν. τ. Ἑλλάδος λέγουσιν εἶναι. . .] De Magnesia cf. Strab. IX, 675; et Thucydid. (II, 101) Magnetas Θεσσαλῶν ὑπηκόους adpellat et a Græcis distinguere videtur. De monte Homolo vid. ad Ephor. pag. 184. *Marx.*

Penitus eadem ait Scylax, quæ Phileas, scilicet litoralem regionem, a Pagasetico sinu ad Penei ostia, non esse partem propriæ Græciæ. Nam Scylax et Phileas Græciam συνεχῆ deducunt ab Ambracia ad Homolen, sed non usque ad mare et ad Penei ostia. Hæc Scylacis verba (§. 66, pag. 277) minus intellexeram in notis pag. 427, de quo tamen post monui ibid. p. 618. Hæc uberius infra in not. 170 ad Dicæarch. *Vit. Gr.*

Vs. 36. Φιλέαν] In fragmento, Artemidoro Ephesio perperam adscripto, pag. 96, ed. Hœschel., Φιλέας ὁ Ἀθηναῖος numeratur inter τοὺς δοκοῦντας ταῦτα μετὰ λόγων ἐξητακέναι. *Marx.*

Vs. 38. Μάλιστα φιλοτιμουμένοις] Quid hæc verba sibi volunt? Fors. φιλομαθίας, seu ἀληθείας, si versus pateretur. *Marx.*

Vs. 40. Ὁδὸς] De hac voce *iter pedestre* exprimente, conf. not. 117 et 607 ad Scylac. Sic Strab. pag. 1000, C, verbum ὁδεύειν adhibet: μῆκος δὲ . . πεζῇ, σταδίων χιλίων πεντακοσίων ὁδεύοντι ἀπὸ ανατ. ἐπὶ δύσιν. — Hoc iter 3 dierum, quot stadiis respondeat, incertum: stadia 1000 numerat Strabo pag. 516, A, ab Ambracio sinu ad sinum Thermæum. Dimidia circiter conjici potest ab Ambracia ad Thessaliæ fines. Herodotus, IV, 101, conjicit unius diei iter respondere 200 stadiis, et V, 53, stadiis tantum 180. Veteres parum concordant inter se de intervallis *die itineris* expressis; de quo vide Casaubon. ad Strab. pag. 61, et nostra ad Scylac. pag. 328, 329. Sed videtur fere respicere Dicæarchus ad herodoteam subputationem, et 500 vel 550 stadia hic innuere.

Vs. 42. Vulgo Ἄπεθον] Lege, et supple ita, Ἀέραχθον εἰς θάλασσαν ἐξιόντα. Ὠ.. Hæc est vera lectio: adi geographos. *Casaub.*

Sed hunc fluvium et Ἀραιθον adpellari Tzetzes dicit ad Ly-

cophr. *Cass.* vs. 409, et Ἀράτθος habent quoque duo codd. Gem. Plethonis Excerptt. Strab. in Bredovii Epp. Paris. p. 94. De diversitate scriptionis conf. Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 3, p. 146. Strabo, VII, p. 500: ὑπέρκειται δὲ αὐτῆ (ἡ Ἀμβρακία) τοῦ μυχοῦ μικρὸν, Τόλγου τοῦ Κυψέλου κτίσμα· παραρρεῖ δ' αὐτὴν ὁ Ἄραχθος ποταμὸς, ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτήν. Sed ᾧ, an καί scribas, parum refert. *Marx.*

Vs. 42. Ἐξιόντι, καί...] καί deest in ed. Stephani. ᾧ pro καί reponit Casaubonus. *Huds.*

De quo fluvio cf. Mannert. VII, 664.

Vs. 43. Ὄρος ἱερόν] Strabo, pag. 501, Nicopolin (sicuti Ambracia postea vocabatur) habere Apollinis templum, ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τῦ ἄλσους ἱερῷ λόφῳ. *Marx.*

Vs. 44. Σταδίων...ἑκατὸν εἴκοσι] Hic numerus concinit cum numero Scylacis §. 33, fin. pag. 256.

Vs. 45. Vulgo Ὀρεῖται] Fortasse Ὀρέσται. *Casaub.*

Ὀρέσται, monente Casaub., correxi. Nomen acceperant ab Oreste φεύγοντι τὸν τῆς μητρὸς φόνον. Strab. VII, p. 502. Stephan. s. v. et Salmas. ad Solin. pag. 154. *Marx.*

Orestis illis Dicæarchi adludit Strabo, p. 502, A, B, tum plures gentes laudans τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν, tum *Orestas*. Sed notandum, sedem litoralem tenere Oritas, quam nihil simile habeat Scylax. Hujus loci descriptionem ex vetertimo fonte hausit Dicæarchus. Cf. not. ad vs. 46.

Vs. 46. Εἶτ' Ἀμφίλοχοι] En Amphilochi sunt gens per se ipsam constans, et ab Ambraciotis, Oritis, et mox Acarnanibus distincta. Apud Scylacem contra, p. 256, in Acarnania ipsa est Argos Amphilochicum; nec aliter constant Ephorus ap. Strabon. pag. 710, B, Stephanus, et Plinius, IV, 1. Sed Scymnus Chius, vs. 454 sqq., pariter ac Dicæarchus, et cum illis Strabo, p. 690, C, Argos distinguunt ab Ambraciæ et Acarnaniæ territoriis. Quos inter, qui Amphilochum Argos Acarnaniæ adscribunt, adludunt rebus peloponnesiacis. Vide Thucyd. II, 68, et Mannert. VIII, pag. 63. Sic pars illa scylacei Peripli non spectat ad scylaceam ætatem, sed recentiorem manum prodit. Respiciunt Dicæarchus Scymnusque *poëtice*, forsan non ad suam ætatem, sed ad remotiorem bello peloponnesiaco; forsan contra ad tempora huic bello posteriora, et ad coævam geographiam, quum Amphilochorum et Acarnanum societas brevi desiisset. Ita cogitandum de Strabone. Plinius contra respexit ad Thucydidis ætatem.

Vs. 46. Ἄργος δ' ἐνταῦθα] Ἐντεῦθεν. *Vulc.*

Perperam : quum enim supra Amphilochorum gentem laudaverit, non potuit auctor adjicere ἀπῶθεν, quod Argos Amphilochicum extra et ultra Amphilochiam collocaret.

De hac urbe vid. Marx. ad Ephor. pag. 124, sqq.

Vs. 47. Vulgo Μετὰ τύπους] Lege μετὰ τοὺς δ' Ἀκαρνᾶνες : ita postulante metri lege : τούς pro τύπους passim apud poëtas. *Cas.*

Τούς pro τύπους malint Casaub. et Vulc. *Huds.*

Forsan μετὰ τούς δ' Ἀκ. Habet tamen noster vs. 101, μετὰ δὲ τάς, pro ταύτας.

Vs. 47. Ἀκαρνᾶνες πόλεις...] Ἀκαρνάνων πόλεις *Vulc.* (male).

Vs. 49. Κόλπος εἰς ἰσθμὸν φέρων] Liquet hunc isthmum esse Leucadis, quam *peninsulam* pro sua ætate exprimit Dicæarchus, cum florente Scylace insula fuerit. Conf. not. 162 ad Scylac. pag. 381, 382.

Vs. 50. Νῆσοι Κεφαλλήνων] Homericam gentis totius adpellationem noster mutuatus est. Cf. Mannert. VIII, 87, fin.

Vs. 50. Ἐν αὐτῷ] Non *in sinu* ipso, sed *citra sinum*, respectu Græciæ, noster has insulas poni vult. Est ibi ἐν pro ἐντός, ut in Thucyd. IV, 120, Παλλήνη ἐν ἰσθμῷ. Cf. ad vs. 132.

Vs. 51. Vulgo Ἰθάκη σταδίων δ' ὀγδ.] Lege ita hos versus: Ἰθάκη δὲ σταδίων ὀγδοήκοντα στενή, Ὕψος δ' ἔχουσα, καὶ λιμένας τρεῖς, ἐχομένη. Ἰθάκη ἐχομένη ἐστὶν, hoc est ἔχεται ἡ Ἰθάκη, deinceps est *Ithaca*. Sic infra, κατ' ἐχομένη Ἡ προσαγορευομένη Παλαιαί. *Casaub.*

Sed illud στενή non referendum ad *stadiorum octoginta*, sed absolute et per se intelligendum censet Palmerius, in *Græc. antiq.* pag. 509. *Hudson.*

Dicæarchi numerum tuetur Strabo, p. 698, B : Κύκλος δὲ τῆς Ἰθάκης ἐστὶν ὡς ὀγδοήκοντα σταδίων. Sed credit Palmerius (*a*) Dicæarchi mentem esse, longitudinem tantum insulæ exprimere, quod male, ut censet, Strabo de toto circuitu intellexit : sic et Mannertus, VIII, 93. Conjicit etiam Palmerius non κύκλος, sed μῆκος in Strabone legendum. Ait Artemidorus ap. Porphyr. *Antr. Nymph.* p. 114, longitudinem Ithacæ esse 85 stadiorum, et conjicit Mannertus Dicæarchum stadia 5 delevisse, ut versui indulgeret. Scribit Tzschuckius ad Melam II, not. exeg. p. 724, in hodierno insulæ situ multum fluctuari geographos, quorum sententias varias adfert ipse. Mannertus ait esse hod. *Teaki*, et urbem antiquam fuisse juxta hod. *Vathi.*

Vs. 52. Ὕψος δ' ἔχουσα καὶ λ. τρ., ἐχομένη] In cod. ἐχομένη duobus punctis signatum est, in apographi fronte hæc leguntur :

(*a*) *Græc. antiq.* pag. 509, 510; cf. et ad Strab. pag. 698, ed. Almel.

In his opusculis si qua dictio mendosa occurrit, duo puncta supernè appicta sunt. Sed vitium non expiscor; ἐχομένη est adfinis. *Marx.*

Ibi fere nullus dubito, quin lateat lacuna. Non potuit Dicæarchus plures insulas nuntiare, ut unius Ithacæ descriptio pone sequeretur. Nescio an Zacynthi noster meminerit; at prorsus vindicandus est locus magnæ insulæ *Samo* (*Cephalleniæ* Strabonis), eo magis quod versus vox ultima, ἐχομένη, vix possit pendere ab Ἰθάκη, ob nimiam distantiam, et respicere potius videatur ad nomen insulæ cujusdam infra prætermissum. Sed illud quoque considerandum mox Dicæarchum adjicere, Πρὸς τῷ πέραν δ' οἰκοῦσι τῆς Αἰτωλίας, *habitant illi juxta* (maris) *partem Ætoliæ obpositam.* Quæ si ad Ithacam referuntur, non quadrant cum locorum natura; nam sat procul est Ithaca septentrionem versus, ab Acarnaniæ et Ætoliæ terminis: quæ vero, si insulæ Samo vel Cephalleniæ tribuuntur, accuratiorem habebimus locorum θέσιν. Ceterum formam dicendi οἰκοῦσι de *urbibus* et *locis* mox adhibet noster v. 62 et 70; et ibi de insulis adhibere potuit. Ithacæ ὕψος est forsan mons ille Homero et Straboni, p. 696, C, D, et Itinerario maritim. pag. 524, laudatus.

Vs. 53. Τῆς Αἰτωλίας] Sine dubio hæc corrupta sunt, nam de Ætolia postea demum incipit, nec liquet, quo templum Herculis sit referendum. Fortasse reponendum Ἀλυζίας. Strabo, X, p. 705, A: Ἀπὸ δὲ Λευκάδος ἑξῆς,... Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις,.... καθ' ἣν ἐστὶ λιμὴν Ἡρακλέους ἱερὸς καὶ τέμενος. Hinc fortasse vs. sequente pro voce καλούμενον scribendum καὶ λιμὴν, sicuti supra vs. 29, et tunc versus causa ὑπάρχει post Ἡρακλέους ponendum. *Marx.*

Cum Marxio hæreo, quo templum Herculis sit referendum; forsan vir doctus ingeniose conjecit hæc Alyziam respicere: sed lacunam ego potius, quam corruptelam hujus versus videre mihi videor. Sic forsan nonnulla desunt ante, nonnulla post versum 53.

Vs. 55. Ποταμὸν δ' ἡ χώρα ἔχει] Lege ποταμὸν ἡ χώρα δ' ἔχει. *Casaub.*

Vs. 56. Vulgo ἡμερῶν δέκα καὶ νυκτῶν δύο] Ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν δύο. *Vossius.*

Vide Vossium ad Scylac. p. 383, fin. Præternavigationem Acarnaniæ ait Scylax, p. 257, esse *dierum duorum;* concinit ille cum Dicæarcho, sive quod noctes totidem sub diebus comprehendantur, sive quod rescribendum sit ἡμερῶν δύο καὶ

νωντῶν. Ex Strabone vidit Mannertus, VIII, 33, Acarnaniæ longitudinem esse 570 stadiorum ab Actio ad Acheloum; at Scylax Dicæarchusque litoris circumnavigationem, Leucadiæ præsertim, intelligunt. Ceterum Acarnaniæ Ætoliæque terminum Acheloum agnoscunt Scylax, Dicæarchus, Strabo, p. 517, et 690, B, Pliniusque, IV, 1. At Scylax Echinades insulas Acarnaniæ adscribit, Dicæarchus Ætoliæ.

Vs. 58. Ἐν ᾗ πόλις ἀπόκειται Πλευρών] Cod. Herv. ὑπόκειται, quod magis probo. *Hæschel.*

Ὑπόκειται. *Vulc.*

Admisit Marxius emendat. ὑπόκειται ex codice suo, et ob simile ὕπεστι vs. 54; cf. vs. 82. Ceterum Pleuronem antiquam et novam distinguit Strabo, pag. 692, A, B, et scribit antiquam Calydoni fuisse vicinam, ad orientem fluvii Eveni, recentiorem vero juxta Aracynthum montem ad occidentem Eveni, eqin mediterraneis locis; unde, ut ait Cellarius, *Geogr. ant.* I, 710, Plinii hæc verba, IV, 2: *in mediterraneo Pleuron.* Videtur Dicæarchi Pleuron esse posterior (quamvis aliter sentiat Mannertus, VIII, 100), sive quod illud innuat ætas scriptoris, post Demetrii victorias scribentis, et post derelictam ab incolis tunc Pleuronem, sive quod series orationis hanc urbem ponat proximam Acheloo, et Acarnaniæ terminis, et vox ὑπόκειται vicinitatem quoque exprimat. — Silet Scylax de Pleurone, quod respicit, fateor equidem, ad ætatem recentiorem: nempe prætermittitur Pleuron, vel utpote jam mediterranea, id est, nova; vel in litore juxta Calydonem haud laudata, quia haud amplius exstaret.

Vs. 60. Vulgo εἶτα Κίδης, αἵτ' Ἐχινάδες] Lego εἶτα δ' αἵτ' Ἐχινάδες. Nam Κίδης nihili vox est, et versum corrumpit. Deinde in Ἐχινάδες τὸ ι producitur. Dionysius *Perieg.*, Νήσων δ' ἐς χαλκὸν Ἐχινάδας. *Casaub.*

Hæc vox nihili Κίδης, in codice duobus punctis (a) notata est. *Marx.*

De situ Echinadum vide ad vs. 56.

Vs. 61. ἐκ Πίνδου ῥέων] Dicæarchus videtur Evenum cum Acheloo confundere; in hac enim parte nulli inter veteres Pindum collocant. *Mannertus*, VIII, 99.

De fontibus Eveni vide Strab. p. 692, B. Potuerunt tamen *Bomi* Ætoliæ (Βωμοί, λόφοι Αἰτωλίας) Stephan.), pro Pindi radicibus haud immerito a Dicæarcho haberi. Strabo, p. 658, B, ait Phthiotidem sese ad occidentem extendere μέχρι τῆς

(a) Conf. supra Marx. ad vs. 51.

Δολοπίας καὶ Πίνδον; et sic Pindum miscet cum Dolopum sedibus : Dicæarchus autem Ætoliam proxime ponit *ad meridiem Dolopum*. Hæc Pindum circa septentrionales Ætoliæ terminos ponunt, ex quibus forsan fluebat Evenus.

Vs. 62. Οὗτοι Δολόπων οἰκ. πρ. μεσ.] Οὗτοι δ' Ἀλοπῶν. *Vulc.*

Nescio quid sibi voluerit Vulcanius sic emendando. Collocat noster Dolopes ad septentrionem Ætolorum. Si nunc Dicæarchum cum Scylace, pag. 258, contulerimus, Ætolia habebit ad occidentem Acarnaniam, ad orientem Locridem, ad orientem et septentrionem (*au nord-est*) Ænianes, et ad septentrionem Dolopes. Sic, ignoscat mihi Mannertus, VIII, pag. 34, fin., qui contrarium adserit, ex veteribus ipsis termimus Ætoliæ exprimitur *orientem-septentrionemque versus.*

Vs. 63. Ἡμέρας μιᾶς] Scylax, §. 35, p. 258, pariter unius diei esse Ætoliæ præternavigationem scribit, quamvis illam latiorem faciat quam Dicæarchus, et Naupactum Ætolis adscribat. Inde novum indicium, quam laxo sensu accipiendi sint *dies* itineris apud veteres geographos. Cf. ad vs. 40.

Vs. 65. ἐν ᾗ π. Ναύπακτος] Quæ civitas Locridi adscribitur etiam a Thucyd. I, 103. Ait Strabo, p. 653, B, Philippum Ætolis hanc urbem dedisse, Locris hucusque subditam. Apud Scylacem autem, pag. 258, Naupactus Ætoliæ urbs est, quo videtur ad Philippi ætatem pertinere hæc pars Periplı. Conf. Niebuhr. in *Abhandl... von Berlin*, 1804 - 1811.

Vs. 66. Vulgo πόλις τε Κολοφών] Puta hoc esse oppidum, quod Χάλαιον a Stephano vocatur. Plin. lib. IV, cap. 3 : *Portus Chalæon*. Legendum Τολοφών. Vide Stephan. *Holsten.*

Τολοφών scribendum esse docuerunt Palmerius, *Græc. ant.* p. 552, et Holstenius. *Huds.*

Sic rescribit et Marxius. Vide Thucyd. III, 101, ubi legitur etiam male Κολοφωνίους pro Τολοφωνίους in varr. lectt.

Vs. 67. Vulgo ποταμὸς ἐσθύλαιος] Ms. ἐσθυλαιθος, alter cum nota mendi. *Hæschel.*

Forte legendum Πλεῖστος; is nam fluvius juxta Cirrham in mare fluebat, de quo J. Meursius, *Att. lect.* lib. II, cap. 2; Pausan. *Phocic.* , Strab. IX, aliique. Vide Isaac. Casaub. et Strab. lib. IX, p. 179. Meminit et schol. Callimach. *in Apollin.* (minime G.). *Holsten.*

Ἐσθ' Ὕλαιθος legunt Casaub. et Vulc. *Huds.*

Hujus fluminis Hylæti non meminit Strabo, neque Plinius, neque ullus, quod sciam; sed Stephanus : Ὕλη, πόλις Κύπρου, ... Ἔστι δὲ πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν, ἧς τὸ ἐθνικὸν

Ὑλαῖος. Sic deficiente fluvio, superest urbs ejusdem nominis, quæ hanc lectionem forsan tuetur.

Vs. 68. Λέγουσιν] Videtur noster hic parum sibi comperta, et ex auditione incerta scribere; nisi forte poëtica sit forma dicendi. Cf. vs. 98.

Vs. 69. Παρεσπλεῖν οὐδ' ὅλης] οὐ δι' ὅλης. Vulc.

Ait Scylax, pag. 258, præternavigationem Locridis hujus, esse diei dimidiati, quod ait Mannertus, VIII, 114, fin., respondere 250 stadiis. At in generalibus supputationibus factis respondet quidem Scylacis dies 500 stadiis; sed non ita in intervallis particulatim datis. Cf. nostra ad Scylac. p. 328, 329. Ceterum ait Strabo, pag. 653, Locridis longitudinem paullo majorem esse 200 stadiis: Dicæarchus esse *fere totius diei*; scilicet latior est Locris Dicæarchi, quæ Naupactum continet, quam Scylacis, et Strabonis, qui hanc urbem Ætoliæ adscribunt.

Vs. 70. Vulgo κατοικοῦσι] Scribe κατοικοῦσιν. *Casaub.*

Ait noster Locros esse *ad meridiem Ætoliæ*: illud ex parte verum. Forsan idem innuit Scylax, §. 35, fin, pag. 258. De Locridis terminis vide Mannert. VIII, 114.

Vs. 71. Λέλεγας τὸ πρὶν κεκλημένοι] Aristoteles ap. Strab. VII, p. 495, ἐν τῇ τῶν Λοκρῶν πολιτείᾳ τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ. Erasm. Vindingius in Hellene (opere et laborioso et utili, vol. XI Thesaur. Antiqq. Gron.), pag. 288, hos versus sic interpunxit:

> .... κεκλημένοι,
> ἔπειτα Φωκεῖς· οἱ Λ.

et inde quum Phocenses ante Leleges adpellatos esse dicit: dicendum ei fuisset, eosdem et Ætolos, quod absonum. *Marx.*

Sic Scymnus Ch. vs. 590. Hesiodus jam (ap. Strab. p. 496, init.) Locrum vocat *Lelegum* ducem. De quo conf. Boeckhium ad Pind. *Olymp.* IX, 61, p. 191; *Rochette, Hist. des col.* I, 207, 208, et Mannertum, VIII, 117, 118. De Lelegibus generatim vide Mannert. VIII, 19-22.

Vs. 72. Ἐκ Λελέγων φερόμενοι] Deest syllaba, ut sit integer senarius: fortasse πρὶν φερόμενοι: etsi locus est mihi de menda suspectus. Nam φῦντές ποτε, vel nescio quid ejusmodi scripsisse poëta videtur. *Casaub.*

Nec mihi de hac voce liquet. *Marx.*

Similis est dubitatio Palmerii in *Græc. ant.* p. 596. Ceterum non mihi arridet Casauboni ultima conjectura; nam

nusquam dicuntur Phocenses esse a Lelegibus oriundi, quod ait et vetus interpres; sed refert Homeri schol. *(a)* Ornythum, Sisyphi filium, auxilium Hyantibus, iisdem ac Lelegibus *(b)*, præbuisse, et ob beneficium adlatum, regionem ab eis accepisse, posthac Phocidem dictam ex Phoco Ornythi filio. Ego potius legerem ἐχόμενοι, et intelligerem ἐκ Λελέγων, *post prætcritos Leleges*, i. e., *post Locros olim Leleges dictos*. Conf. ad Scymn. vs. 89.

Vs. 73. Ἀπὸ Κίῤῥας δ' ἄνω] Ἐπὶ Κίῤῥας. *Vulc.*

Ἄνω. Nam Δελφὶς πόλις ἄναντες διὰ πάσης παρέχεται σχῆμα. Pausan. X, 8, fin. Cf. et Strab. IX, pag. 640, qui etiam reliqua optime illustrat. *Marx.*

Vs. 74. Vulgo πόλις ἄποσθι] ἔποσθι *Vulc.*; ὕποσθι alii. *Huds.* Vulgo ἄποσθι; illud (ὕποσθι) dedit cod. *Marx.*

Vs. 77. Κωρύκιον] Mallem legi Κωρυκίων. *Palmerius, Græc. antiq.* pag. 610.

Vs. 77. Ἀντικίῤῥα] Ἀντικύῤῥα malit vir doctus supr. laud. (Palmerius); ἔναντι Κύῤῥα legit Vulc. *Hudson.*

Vs. 79. Ἡμέρας .... οὐχ' ὅλης] Scylax, §. 37, p. 259, habet: ἥμισυ ἡμέρας. Et videtur tamen utriusque Phocis iisdem terminis includi.

Vs. 81. Λάρισσα] Metri lex postulat Λάρισα, uno σ, quod non est durius quam quod mox *(c)* sequitur Ἰσμενόν pro Ἰσμηνόν. *Casaub.*

Emendat. Casaub. admisit Marxius in textum. Ego habeo not. ms. in margine Hœschelianæ *Geographiæ : Nulla ibi Larissa ; vid. num potius* Λάρυμνα. Sed Larymna Locridis orientalis erat; cf. Scylacem, §. 61. Strabo, p. 623, C, eam dicit Λάρυμναν τῆς Λοκρίδος. Consule Tzschuck. ad Mel. II, not. exeg. p. 272. Conjicit infra Harduinus Κρίσσα, sed non potest pro mediterranea haberi Crissa urbs, de qua Strabo, p. 637, C: αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν, ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης. Mox Crissæ geographus obponit expresse urbes mediterraneas. Mihi igitur neque Λάρισσα, neque Λάρυμνα, neque Κρίσσα, placet; nec aliquid habeo quod adferam. Nisi Ἄμβρυσσος diceretur civitas Parnasso adjacens apud Pausan. IV, 31, aut Ἄμβρυσος Polybio IV, 25, ego apud nostrum pro Λάρισσά τε conjicerem Ἄμβρυσσα· μετ' αὐτὴν Δαυλίς. Nam *Ambrysum* et *Daulium* conjungit Polybius loc. cit., ceu vicina

(a) Ad *Iliad.* II, *Catal.* vs. 24, ed. Villoison. Cf. Raoul-Rochette, *Hist. des colonies*, II, pag. 54.

(b) Cf. Raoul-Rochette, *Hist. des colonies*, I, pag. 193, 194.

(c) Vs. 105. Cf. ibi not.

loca. Vide Berkel. ad Steph. voc. Ἄμφρυσος. Conjicerem Ἀμφισσά τε, nisi hæc civitas nimis ad occidentem esset remota, et plus a Cyparisso et Dauli distaret, quam contextus innuit de sua *Larissa*. Malim tamen Ἄμφισσα, quam τὸ Ἄμβρυσσα ulla auctoritate carens.

Vs. 81. Vulgo Μετ' αὐτὴν δ' Αὖλις] Κρίσσα τε μετ' αὐτὴν Δαυλίς· ἡ Βοιωτία legit Harduinus ad Plin. t. I, p. 501. *Huds.*

Vulg. δ' Αὖλις in Δαυλίς mutavi, quod et Gronovio *præf.* pag. 3, in mentem venisse vidi, et cod. præbet. Strab. IX, pag. 648, init. : ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω, Δαυλὶς πολίχνιον..... καὶ ὁ Κυπάρισσος. De Aulide Bœotiæ postea vs. 88. *Marx.*

Vs. 82. Vulgo Ἀπόκειται] Lego ὑπόκειται. Cf. vs. 58 et 100.

Vs. 86. Οὐ πολύ] *Duodecim stadia* exprimit Pausan. I, 34.

Vs. 87. Ἀμφιαράου... ναός] Amphiarai fani passim apud veteres mentio occurrit, e. g. ap. Diogen. II, 127, 142, ad quem locum propediem reliquorum scriptorum loca sum daturus. *Schuch.*

Amphiarai fanum cur noster hic laudavit? Nempe plura sunt tum in Græcia, tum in Bœotia loca, quæ religione primum consecrata, incolis aucta fuere et creverunt in *urbes*. Cujus modi sunt Delphi, Olympia, sat nuper *civitates* dictæ; quibus adnumerandum est Delium plerisque Ἱερόν tantum dictum, ut Thucyd. IV, 90; Scylaci p. 273, et τόπος τῆς Βοιωτίας, ap. schol. Aristid. t. II, pag. 198, Jebb. Sic Aulis Dicæarcho *urbs* est, apud Scylacem ἱερόν tantummodo. Amphiarai *hieron* pariter videtur non caruisse incolis et idcirco a nostro laudari.

Vs. 88. Αὖλις... πόλις] *Fanum* Scylaci. Cf. adnot. supr.

Vs. 88. Λιμήν] Strabo, IX, pag. 618 : εἶτα λιμὴν μέγας, ὃν καλοῦσι βαθὺν λιμένα. De reliquis urbibus vide ad Βίον (supra pag. 123 sqq.), et Strabonem, lib. IX. *Marx.*

Vs. 90. Ἐμπρέσιον] Lege εἶτ' εἰρὲς, vel ἱρὶς. Suidas. Plin. *Hyreson.* Vide Steph. Ὑρία et Strab. lib. IX, p. 404 (imo p. 406, p. 623, B, Amstel. G.) Εἰλέσιον. *Holsten.*

Vs. 90. Ἐμπόριον ἀκρόπολιν.] Quid illud sibi vult? Nec quod substituam in procinctu habeo. Ἐμπόριον, quod statim succurrit, ibi nullum erat. *Marx.*

Vs. 91. Εἶτ' Εὔριπος] Omnes intelligunt hæc de *freto Euripo;* sic Mannertus, VIII, 243. Ego suspicor Dicæarchum vel *urbem*, vel *munimentum* intellexisse. Vocula εἶτα noster locorum seriem litoralem exprimere solet ; imo Scylax, §. 60, pag. 273, illud idem innuit. Vide ibi nostra p. 417, 418. Letronnius in *Journal des savans*, febr. 1826, pag. 80, censet

Euripum apud Scylac. esse *fretum ;* lacunam autem mox subesse, et rescribendum : Εὔριπος, τεῖχος Ἀνθηδὼν, τεῖχος [Σαλγανεύς], Θῆβαι κ. τ. λ. Ego aliter etiam nunc Scylacis et Dicæarchi locum intelligo, et in mea sententia, quod docti viri pace dictum sit, persto.

Vs. 92. Καὶ μετ' οὐ πολύ...] Hæc vix pendere possunt ab Anthedone; nam haud vicina erat Tanagra Anthedoni. Forsan hic lacuna est, et videtur οὐ πολύ, pendere ab ἀπὸ θαλάσσης, ut v. 86. Forsan versu sequenti pro Τάναγρα leg. Λάρυμνα, cujus in locum librarius quidam incogitans scripserit Τάναγρα. De Larymna modo Locridi, modo Bœotiæ adscripta, vide Mannert. VII, 219, 220. Sed non est tamen, quod vulgata lectione series geographica valde lædatur.

Vs. 95. Τετταράκοντα] In eidem adscripta prosa oratione adduntur stadia triginta septem. Sed nobis jam olim visum diversos esse scriptores. *Barthius* (ad Stat. *Theb.* I, pag. 46).

Simile aliquid iterum notat Marxius, hudsoniani libri expers. Cf. not. 97 in prosam orat.

Vs. 97. Τροφωνίου] Διὸς Τροφωνίου Strab. p. 414. *Hudson.*

Cf. Aristoph. *Nub.* 508 et ibi schol., Pausan. IV, 16, Lucian. *Dial. mort.* III, init. et ibi schol. cum not. Hemsterh. t. I, pag. 339, Reitz.

Vs. 99. Μιδεών, fors. Μίδεια] Cujus Homer. *Catal.* Il. II, 507, meminit, et quam Strabo, I, p. 103, a Copaide lacu absorptam dicit. Pausan. IX, c. ult. et Lebadeam aliquando Mideam adpellatam refert. *Marx.*

Vs. 100. Vulgo Θέσπεια] Scribe Θεσπιαί, ut metro consulas. *Casaub.* — Quam emend. admisit Marx., et ego recepi.

Vs. 102. Νίσα] Videamus quæ sit hæc Nisa : non enim Nisæam Megarensium navale intelligit : etsi suadere id videtur, quod statim Megara commemoret. Videtur potius esse Nisa illa Bœotica, cujus meminisse poetam volebant, qui ita hoc ejus carmen in Bœotia legebant : Νίσαν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν. Straboni aliter videtur, quem, si lubet, consule. *Casaubon.*

De qua urbe cf. Otfr. Müllerum in *Orchom.* pag. 89.

Vs. 102. Μῆκος ἐστὶ τῆς Βοιωτίας...] Apud Dicæarchum, Bœotiæ longitudo (ex Cheronea scilicet Oropum usque?) est stadiorum quingentorum ; latitudo (ex Anthedone ad Thisben?) ducentorum et septuaginta. Cujus regionis planities in tabul. geograph. optimis, est 92,246 *quadratorum* stadiorum, id est, 57⅝ quadrat. milliariorum. Unde circiter 6,000 qua-

dant. stadia, mare et paludes detrahunt, et totidem fere scopulorum altitudines. Tradit Xenophon. (*Memor.* III, 5, 2), impares esse Athenienses Bœotiis incolarum numero : sed liberorum civium supputatione, Bœotos prorsus præstare. *Otfr. Müllerus* (in *Orchom.* pag. 31, not. 4).

Consule præterea Mannertum, VIII, 184.

Vs. 105. Ἱεμαρὸν] Duriusculam hanc formam pro Ἱσμηνὸν, supra judicat Casaub. ad vs. 81. Sed respicit hæc licentia ad prisca tempora, quibus litera ε duplici sono *ê* et *i* respondebat. De quo cf. *Minoidæ Minas Calliope*, pag. 138, sqq. Paris. 1825. Galenus in *Comment. ad Epid. Hippocr.* 46, 1: Γεαφόντων τῶν παλαιῶν τότε τε τὸ ε δίφθογγον καὶ τὸν τὸ η δι' ἑνὸς χαρακτῆρος..... Et Plato in *Cratylo*, pag. 411, E : ἡ γὰρ ΝΟΗΣΙΣ παρχαῖον ἐκαλεῖτο, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ η, ε ε ἔδει λέγειν δύο. Et mox ib. pag. 418, C : ... οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἹΜΕΡΑΝ τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἙΜΕΡΑΝ· οἱ δὲ νῦν ἡμέραν. Inde liquet Platonis ætate usum proprium fuisse τῷ η et τῷ ε; sed olim syllabam utramque signo eodem expressam fuisse. Inde noster etiam nunc sibi indulget, ut longum η corripiat in ε.

Vs. 106. Vulgo Λειωπόν τε Ἄσωπόν τε; πεδία εὔυδρα π. ε. δ' ε. χ. Μ. ἔστ' ἐπ. ἀ. τ. Π. λ. χυνὸς ὑ...] Quæ sequuntur multis mendis sunt deformata : nos ea hic apponemus, ut sunt legenda :

> Ἔπειτα δ' Ἄσωπον, πεδί' εὔυδρα παρακείμενα.
> Ἔστιν δ' ἔπειτα χώρα Μεγαρέων, ἔστι τε
> ἀντεῦθεν ἀρχὴ τῆς Πελοποννήσου... Λιμὴν
> Χυνὸς ὑπόκειται, καὶ Αἴγαιον λεγομένη πόλις. *Casaub.*

Πεδία. quæ regio ἡ Παρασωπία vocatur. Vid. interpretes Strabonis, IX, pag. 626. *Marx.*

Rescribit ad init. loci Otfr. Müllerus, *Orchom.* p. 81, pro Λειωπόν τε Ἄσωπον, Κνῶπον τ' Ἄσωπον. cf. Palmerium ad Strab. pag. 619, ed. Almel. Sed nullus, quod sciam, meminit fluvii *Cnopi*. Ego suspicor Λειωπόν τε nihil aliud esse quam scripturam pravam, cujus correctio est Ἀσωπόν τε. Utrumque in versu male permansit; sed delendum Λειωπόν τε.

Vs. 107. Χώρα Μεγαρέων] De Megarensium indole hic silet noster, neque illud tractat in fragm. sequenti; quod omissum supplere tentavit Hermannus *Reinganum* in *Libello de indole atque ingenio Megarens.* Berol. 1825.

Vs. 109. Χυνὸς] Philostrat. p. 804 (!)... Κυνὸς δὲ καλεῖται. Χώματα Græci vocant munimenta prorsus et χηλάς. Latini

pilas et moles appellant, unde posteriores Græci barbara voce Μώλυς, ut adnotavit J. Meurs. in *Lex. gr. barb*...... Hic Peloponnesi descriptio desideratur, quam hoc opusculo comprehendisse se ipse auctor fatetur versu 15. *Holsten.*

Casaub. mavult χυτός. Cod. χωστός, quod præferam. *Marx.*

Ego vero τὸ χυτὸς libens deleverim; nam redundat in versu, nec alia vox tolli patitur. Ceterum huic epitheto si inesset sensus *cœno oppletus*, illud interpolationis apertum indicium esset. Si χωστὸς legerimus, vox innuit aggeres terræ portum tegentes.

Vs. 110. Vulgo καὶ Κύθηρα] κατὰ Κύθηρα. Cod. Pal. *Huds.*

Τίς mihi displicet; fors. δ' ὕπεστι. Etiam καὶ Κύθηρα hic locum non habet, cum sequentia ad Cretam trahi oporteat. Probabiliter situm utriusque insulæ designare voluit (quarum Cythera πᾶσα ἀνέχει πρὸς τὸ Σικελικὸν καὶ Κρητικὸν πέλαγος, Thuc. IV, 53.) sed cum permulta hic interciderint, nihil conjectando proficitur. Cod. Pal. κατὰ Κύθ. quod præfero. *Marx.*

Lectionem κατὰ Κύθηρα eo libentius sequor, quod habeat Scylax, pag. 263 :... Κύθηρα νῆσος... κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ Κρήτη νῆσος, et totam fere hanc Cretæ descriptionem Dicæarchus a Scylace sumsisse videatur, aut ex eodem fonte, unde scylacea descriptio manat.

Vs. 111. Περίκλυτος] Περίκλυστος cod. Casaub. *Huds.*

Περίκλυτος. Cod. Casaub. περίκλυστος, quod homericum, et, si noster poëta non miser esset, præferendum. *Marx.*

Vs. 112. Vulgo δύο καὶ πεντακόσια] Hic versus mutilus est, et emendandus ad hunc modum, δισχίλιά τε καὶ πεντακόσιά που σχεδόν. Nam hæc quoque Cretæ longitudo traditur apud Scylacem (pag. 264). *Meursius* in *Creta*, pag. 8.

In Aug. edit. πεντακόσια. Legend. omnino χιλίων (id est, δύο καὶ χιλίων); id enim et versus et rei veritas requirit. Vide Strab. lib. x, pag. 474 (pag. 727, Amstel.) *Holsten.*

Vulgo δύο κ. π. quod ridiculum est; nostrum Grævius adscripsit, et sic scriptores ap. Strab. pag. 727; ubi v. Cas. *Marx.*

Illud μέγεθος Dicæarchi ad *longitudinem* insulæ respicit, non ad circuitum, quod liquet ex Strab. l. c.

Vs. 113. Vulgo ἁπασῶν δ' ἐστὶ παλαιωτάτη] In cod. Casaubon. ἅπασα (leg. ἁπασῶν) δὲ ἐστὶ πλαγιωτάτη. Dein in cod. Pal. στενὴ καὶ πλέως. *Hæschelius.*

Si παλαιωτάτη retineatur: tum legendum conjicerem, Τιθήνη τε Διός. *Hudson.*

Recepi πλαγιωτάτη prorsus optandum.

Vs. 114. Στενὴ δὲ πλέως] *Latitudine nusquam quinquaginta M. passuum excedens;* Plin. IV, 12. Strabo addit : ἔστι δ' ὀρεινὴ καὶ δασεῖα ἡ νῆσος, ἔχει δ' αὐλῶνας εὐκάρπους. *Marx.*

Malo στενὴ δὲ, quam cod. Pal. στενὴ καὶ, quamvis ter δὲ hic repetatur. En ipsissimo in loco Scylax pag. 264 : ἔστι ΔΕ ἡ Κρήτη μακρὰ στ. βφ'. στενὴ ΔΕ.... Οἰκοῦσι ΔΕ.... Ceterum de latitudine Cretæ Strabo : πλάτει δὲ οὐ κατὰ τὸ μέγεθος.

Vs. 114. ἐν δὲ ταύτῃ τρία γένη. Ἑλλήν.] Vide omnino Etymol voce Τριχάικες. Eundem de Creta locum citat Strabo, X pag. 475. *Holsten.* — Vide Meursii *Cretam*, pag. 11. *Huds.*

Eadem apud Scylacem leguntur, non modo quod adtinet ad priscos Cretæ incolas, sed de ceteris, ab initio, id est, a vs. 110, ad vs. 125.

Vs. 122. Λίκτυναν] Lege Δίκτυνναν. *Huds.*

Δίκτυναν. vid. Strab. X, pag. 734, qui tamen hoc fanum non urbi Phalasarnæ adscribit; sed Scylax fere uti noster. Cf. *Wessel.* ad Diod. V, pag. 392. *Olearius* ad Philostr. V. A. VIII, 30, pag. 370. *Marx.*

Vs. 122. Vulgo Ἀγγαρείαν.] Rescribo Ἀπτερίαν. *Meursius* in *Cret.* p. 20.

Ἀγγαρείαν. Fors. Ἄπτεραν, de qua Strab. et Scyl.; illam non noscunt. (Scil. ap. Scylacem pro ἄννα πτερία χώρα scrib. ἡ Ἀπτεραία χ. sicut Gron. adscripsit.) *Marx.*

Vs. 126. Ληθαῖον] qui urbem Gortynam perfluit, Strab. pag. 733. Reliqua Cretæ flumina, quæ hic recensentur, alibi vel omnino non, vel raro occurrunt, et videntur nomina corrupta, versusque singuli admodum conturbati esse. Ποταμὸς Μεσάπος est in Scylace, mons Δίκτη in Strabone, κόλπος Ἀμφιμαλὴς in Ptolemæi l. III. *Marx.*

Vs. 128. Ἀμφιμέλαν] Ἀμφιμέλη Cod. Pal. Apud Ptolem. 1, 3, Ἀμφιμαλὴς κόλπος. *Hæschel.*

Ἀμφίμαλαν ex Steph. Byz. rescribendum esse docet Berkelius, et deinde Μεσσάπον. *Hudson.*

Idem ac Ἀμφιμάτριοι Stadiasmi §. 328. Μεσσάπολις Dicæarchi est Μεσάπος Scylacis, pag. 265.

Vs. 130. ὁρῶμεν] Respicit hæc vox, ut vs. 148, ad usum tabular. geograph. Conf. Dodwelli dissertat. §. 6, pag. 27.

Vs. 132. ἐν Εὐβοίᾳ] Fors. τῇ Εὐβοίᾳ. *Huds.*

In vulgata lectione acquiesco, et censeo ἐν Εὐβοίᾳ hic esse fere pro αὐτὸς τῆς..., ut supra vs. 50, et in Scylacis pag. 316 hisce : ἔπεισι δὲ νησία ἐν τῇ Ἑρμαίᾳ ἄκρᾳ.... Ibi vide nostra

pag. 530. Sic noster diligentius exprimit, quibus terminis Cyclades includantur.

Vs. 133. Περιεχούσας... τὸ Μυρτῷον] Similia Strabo, p. 498, B : ἀπὸ δὲ Σουνίου μέχρι Πελοποννήσου τὸ Μυρτῷον... πέλαγος.

Vs. 134. μετεχούσας] Quo modo ! Scylax habet solum κατὰ δὲ τὴν Ἀττικὴν εἰσὶ νῆσοι αἱ Κυκλάδες. Etiam reliqua pæne iisdem verbis ex illo transcripta sunt. *Marx.*

Apud veterum plerosque insulæ habebantur ceu pars regionis proximæ continentalis. Conf. not. 40 ad Scylac. pag. 341. Hic vetus interpres (aut. fors. Huds.), suæ versioni parum confisus, aliter conjicit : *Vel, omnia cum Attica regione communia habentes.* Perperam.

Vs. 135. Vulgo Τετράπολις, Σύνιον νῆσος] Vid. Salmas. ad Solin. pag. 143. Ceos τετράπολις est et in Strabone. *Marx.*

Sic nostrum emendat Vossius ad Scylac. pag. 414 : Ἐγγὺς Κέως πρώτη τετράπολις Σουνίου Νῆσος ὑπόκειται καὶ λιμήν....

Ceterum Scylax pag. 271 pariter : Κέως (αὕτη τετράπολις) καὶ λιμήν; apud quem legi vult doct. *Bröndsted (a)* : Κέως· αὕτη τετράπολις· πόλις καὶ λιμὴν Κορησσία· Ἰουλίς· Καρθαία. Sic ille : *Scylax n'aurait sûrement pas désigné comme port la baie auprès de Pæessa (Koundouro), tandis qu'il aurait passé sous silence le beau port auprès de Coressos, le seul port véritable de l'île. C'est en effet parce que c'était le seul port de l'île, que Dicéarque désigne Céos justement comme* νῆσος καὶ λιμήν, *c'est-à-dire, comme une île avec un port. L'auteur de ce périple pouvait très-bien citer Céos comme* τετράπολις, *parce qu'en effet elle avait eu quatre villes, comme dit Strabon, et pourtant ne citer nommément que les trois villes qui restaient de son temps. Ptolémée aussi ne nomme que ces trois-là.* Ego, saltem ex parte, viro docto adsentior, et crediderim λιμήν respicere ad Coressum; at numquam Scylax epitheta πόλις καὶ λιμήν, ante *loci nomen* ipsum ponere solet, quod ibi minime contemnendum est indicium. Vide quid ante conjecerim ad Scylac. pag. 569, 570.

Vs. 136. Κύθνος νῆσος πόλις....] Hic etiam noster videtur metrice ordinare verba Scylacis pag. 271.

Vs. 138. Κίμωλος] Scyl. habet Σίφνος, Πάρος, λιμένας ἔχουσα δύο. Nec potest hic Cimolus, quam postea inter Sporades refert (sicuti Strabo, x, pag. 742), commodum locum invenire; igitur Πάρος reponerem. *Marx.*

Marxio libentissime adsentior, quod ad geographicam ve-

(a) *Voyage et recherches dans la Grèce*, tom. I, pag. 85.

ritatem adtinet; imo hic verba ipsissima Scylacis sunt. Cum τῷ Πάρος vitiatur quidem versus; sed illud parum est, nec ita delicatulus est noster. Ergo tandem Πάρος in textum recepi; minime enim potuit auctor ob ignorantiam aut incuriam, Cimolum inter Cycladas numerare, quum mox Sporadibus ipse adnumeraverit; sin aliter Κίμωλος, ceu auctoris mendum forsan reliquissem.

Vs. 142. Vulgo Μύκολος] Lege Μύκονος. *Vossius* ad Scylac. pag. 415.

Vs. 143. καὶ κατὰ Γέραιστον λιμήν] Hunc situm portus non ita accurate exprimit Scylax, neque ullus alius, quod sciam.

Vs. 144. αὗται μὲν εἰσι..] Hæc in Augustana edit. soluta oratione per librariorum inscitiam expressa sunt. *Holsten.*

Vs. 146. Θήρα.] Hanc Constantinus imp. Them. pag. 32. Vulc. ad Cyclades refert; sed scriptores has insulas non appellatione semper adcurate distinguunt, uti etiam e Strabone patet. *Marx.*

Vs. 147. Vulgo ἀπέχουσα Ἴος, εἰ. N. Μετὰ ταύτην Πελασγία, α Σκῦρος....] Versus sequentes ad hunc modum restituit Salmasius, nisi quod legerit, Ἴος, εἶτα Νάξος, εἶτεν ἡ Πελαγία Σκῦρος, et versu penultimo ἀπέχουσ᾽ οὐ πολύ. Vir doctus supra laudatus (Vossius) hoc modo: Ἀπέχουσ᾽ Ἴος, εἶτα Νάξος, εἶτα Πελασγία Σκῦρος. *Hudson.*

Lectionem vossianam, ut rectius stantem, recepi.

Vs. 147. Πελασγία Σκῦρος] Al. Πελαγία Σκῦρος. *Hæschel.*

Πελασγία Scyrus dicebatur a Pelasgis, qui eam incoluerunt. *Salmasius.* (Cf. Scymn. vs. 582 - 584. G.)

Πελασγία.] Cod. Cass. πλαγία; sed illud præfero, nam insula Pelasgis inhabitata erat. Vid. interpretes ad Thucyd. 1, 98. Pro μετὰ ταύτην Salmas. ad Solin. pag. 179, scribi vult εἶτεν ἡ, sed in constituendis his versiculis, quæ hucusque continuate scripti erant, otio potius abuteris, quam ut quidquam efficias. *Marx.*

Vs. 148. κατὰ Εὔβοιαν] Contra Eubœam posita, eratque Cycladum et Sporadum extima. *Salmas.*

ADNOTATIONES IN VITÆ GRÆCIÆ FRAGMENTUM.

Not. 1. Fragmentum ΒΙΟΥ ἙΛΛΑΔΟΣ.] Hunc titulum Marxius illuc transtulit, quem Hudsonus, Hœschelio præeunte, initio metricæ orationis posuerat, ceu pertinentem ad summam fragmentorum. *G.*

Βίος Ἑλλάδος, vulgo *Vita Græciæ*, verius *status Græciæ;* prout βίον de opibus, facultatibus, bonis, a Græcis dici constat ex Euripide in *Ione*, vs. 881 *(a)*; *Electra*, vs. 81; Polybio, haud uno in loco, et scholiis in dicti tragici *Hecubam* vs. 12. *Spanhemius* in Callim. *ad Delph.* init.

Cf. H. Stephani *Thes.* ad voc. cum addit. col. 2721, ed. Lond., et Scymn. Ch. vs. 85 et 101.

2. Ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθην.] Hæc, ob seriem locorum describendorum, debuissent proxima poni post versum 109, quod egit Hudsonus. Imo Dicæarchus (vs. 39) nuntiat se ad aliquid rediturum in serie scribendi, ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου προβήσομαι; etenim in prosa oratione mox fidem præstat, p. 135, sqq., ubi causam explicat, cur Thessaliam Magnesiamque in Hellade comprehenderit. Inde duo consequi videntur: 1.° quod ejusdem operis pars sint loci inter se quadrantes, quamvis unus solutæ sit orationis, alter numeris adstrictus (forsan prosam Dicæarchi orationem aliquis includere pedibus voluit, sed opus imperfectum reliquit. Conf. Marxii *Præfationem*, et not. nostram 97, pag. 189); 2.° quod sint versus ante prosam orat. ponendi. Ego quum hæc perpenderem, Hudsoni ordinem fere secutus sum. Sed insularum θέσιν pone adposui, ut pars operis metrica uno tenore constaret. Posuit contra Marxius ad initium illam Atticæ descriptionem, et metricam partem sub finem adnexuit. Sed aliud id est perturbationis genus, quum *ingressum* operis, finem fecerit.

3. Ἔπεισιν ἄστυ] Atque hic suspectum est etiam verbum ἔπεισιν, quum morem suum servando (quem aliquot postea loci nobis ostendent) debuerit dicere, ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων εἰσὶν (vel ἐστὶν *Huds.*) ἄστυ στάδια μ′; vel ν′, vel quicunque esse potuerit stadiorum numerus. *Stephan. (b).*

Quum a Peloponneso (cf. p. 135 et 145) profectus, Græciam Dic. obiret, Megaris eum adire Athenas oportuit. Sit igitur via, quam continuo describit, eadem, quæ ap. Strab. IX, dicitur ἡ ὁδὸς, ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ, aut ap. Herodot. II, 7; ἡ ἐξ Ἀθηνέων ὁδὸς ἡ ἀπὸ τῶν δυώδεκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φέρουσα ἐς Πῖσαν, quam VIII, 71, τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν vocare videtur. Stadiorum numerum deesse censet H. Stephanus, qui legere mavult: εἰσὶν ἄστυ στάδια μ′, vel simile quid. Sed turbato initio de scriptura pronuntiari nequit. *Marx.* — Fors. legend. εἰσίασιν, *ingrediuntur.*

(a) Vs. 847, ed. Musgr. et Beck. vs. 865, ed. Matthiæ.

(b) Ex adnot. ad Dicæarch. insert. in *Antiqq. gr.* Gronov. t. XI, init. Sic de ceteris.

4. Ὁδὸς δὲ ἡδεῖα] Athenæus, lib. XIII, p. 594, citat simile quid de via sacra Athenas ducente ex Dicæarchi libro de descensu in antrum Trophonii. *Holsten.*

Propter sequens ἡ δὲ πόλις, scriberem ἡ μὲν. Utraque vocula sæpe permutatur. Vid. Schæf. ad Apoll. Rhod. t. II, p. 106. *M.*

Cui bono? ubique facillime iteratur hujus particulæ usus, quæ non nisi levissimum *adversandi* sensum exprimit. Simile notavit Hermann. ad Vig. *Idiot.* pag. 845. Hic primum δὲ fere conjunctivum, secundum adversativum est.

5. Γεωργουμένη] Cf. Pausan. in *Attic.* (ubinam? *G.*); Aristoph. *Nub.* (298; sed parum facit ad rem hic locus. *G.*), et ibi vet. scholiast. *Holsten.*

6. Ἔχουσα τῇ ὄψει] Quæ si quis propius non aspiciat, reponendum putet τὴν ὄψιν: sed malim retinere τῇ ὄψει, et particulam τι interjicere, hoc modo, ἔχουσά τι τῇ ὄψει φιλάνθρωπον. Alioqui necesse fuisset dicere, ἔχουσα τῇ ὄψει τὸ φιλάνθρωπον: quum φιλάνθρωπον hic per se stare non possit. *Stephan.*

Ego non adjicerem τι ante τῇ; sed rescriberem ἔχουσα τι ὄψει. Mendum nempe ex iotacismo ortum. Forsan nihil mutandum, si ἔχω, ut alias sexcenties, pro neutro habeamus.

7. Οὐκ εὔυδρος] Πόλιν ἄνυδρον urbem ab aquis sterilem appellat Apuleius, *Metam.* I, pag. 145. *Holst.*

Diceres hæc superflua esse; sed solent ita scriptores suis verbis interpretamenta apponere. Vid. Ruhnken. *Ep. crit.* pag. 56; Heyn. *Obss. Hom.* tom. V, 506; Reitz. ad *Lucian.* tom. VII, 371. Bip. *Marx.*

8. Ἐρρυμοτομημένη] *In vicos directa*, uti reddit Livius, V, extr. sive, *vicorum ordinibus dimensa*, uti Tacitus, *Annal.* XV, 42. Vocabuli ῥυμοτομεῖν usum explicarunt Wessel. ad Diodor. XVII, 52; Spanhem. ad Callim. D, 88, p. 439. Ern.; Salmas. ad Solin. pag. 821. *Marx.*

9. Ἀρχαιότητα] Igitur Athenæ (quas jam Homerus *Il.* II, 546, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον vocat), cum post Persarum discidium de novo erigerentur, eadem ἀταξίᾳ extruebantur, qua Roma, a Gallis incensa. Nam tum Athenis fere nullæ domus amplius fuere, οἰκίαι, αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν. Thucyd. I, 89. *Marx.*

10. Χρήσιμαι]... Domorum pleræsque viles, paucas usui esse (vel utiles esse) dixit. Nisi quis χρησίμας, sive χρησίμους, *commodas* interpretari malit. *Steph.*

Vid. Joann. Meurs. *de Fort. Athen.* c. 3; *de Luteis Ædib.* Xenophont. lib. *de Reditibus.* *Holsten.*

Imo etiam hæsitatione laborans vertit Stephanus, *paucæ* (domus) *usui commodæ*, ut sensus utriusque particeps sua versio maneat. Sed secunda conjectura procul dubio optanda.

11. Vulgo ἀποστηθεῖν] Hic ex ἀποστηθεῖν (quod nullo tolerari modo potest) primo quidem faciendum esse putabam ἀπορηθεῖν : sed verbum πολεύειν oppositum, pro lectione illa ἀποστηθεῖν, potius facit. Adde quod minus durum est, θεωρουμένη ἀποστηθεῖν εἴ ἐστι, quam θεωρουμένη ἀπορηθεῖν εἴ ἐστι. Minus durum esse quum dico, duriusculum esse non nego. Dicitur enim θεωρουμένη ἀποστηθεῖν, pro οἱ θεωροῦντες ἀπιστήσειαν. Verum hunc scriptorem et vocabula et loquendi genera sibi peculiaria habere comperi. *Stephan.*

Sic vulgatam lectionem ἀποστηθεῖν (quam et noster cod. exhibet) Stephan. correxit, nec ipse de suæ correctionis opportunitate dubitare debebat. Cf. Thucyd. 1, 10, qui in simili re vocem ἀπιστίαν usurpat. *Marx.*

Illud, minime *duriusculum*, redit ad creberrimam formam, *novi hominem quis sit.* Sic Herodot. IV, 45 : ἡ δὲ Εὐρώπη ... οὐδαμῶν φανερή ἐστι, ... εἰ περίρρυτός ἐστι.

12. Vulgo αὐτή] Αὕτη posui pro vulg. αὐτή; est enim δεικτικώτερον. Vid. *Iens.* ad Luciani *Somn.* pag. 186, Bip. Ad sententiam cf. A. Bœckh in libro bonarum rerum pleno, *die Staatshaushaltung der Athener,* vol. I, pag. 69, ubi nostrum locum illustrat, et cf. p. 221, ubi e duobus Demosthenis locis monstrat, prisco tempore Athenis privatum sicuti censum, ita et domicilium parvum, publicum splendidum fuisse.

(Mox) ἦν pro ἐστί; nam tum superstes fuit (theatrum). Attici scriptores et poëtæ usum temporis imperfecti pro præsente frequentant. Vid. Heind. ad Plat. Theætet. pag. 329; Clarke ad Homer. *Il.* 1, 37; Schæfer ad *Bucol.* p. 220. *Marx.*

Ἦν pro ἐστί poni posse dubito : alia est grammatica ratio. Sufficit nunc laudasse Stallbaumium ad Plat. *Phileb.* non longe ab init. *Schuch.*

Pro ὧδε ἦν rescribunt Ὠδεῖον Hemsterh. ap. Wessel. *Probabil.* p. 335, et doct. Boissonadus ad Holsten. *Epist. ad div.* p. 14; sed minime *Theatrum* erat Odeum Periclis, quamvis Suidas, t. II, p. 752. Küst., dixerit : Ὠδεῖον Ἀθήνησιν ὥσπερ θέατρον. Nam ὥσπερ θέατρον, non idem est ac nude θέατρον, quod Dicæarchus haberet de Odeo, cum emendatione proposita. Imo Aristoph. schol. *Vesp.* 1104 : τόπος ἐστὶ θεατροειδής, quod omnem dubitationem tollit. Ego tamen VV. DD. emendatione utar, sed cum alia interpunctione : Ὠδεῖον τῶν ἐ. τ. ο. κάλλιστον·

θέατρον ἀξιόλογον.... *Odeon omnium in toto orbe pulcherrimum: theatrum memorabile*.... Sic duplex ædificium habebimus. Hæc nisi serius vidissem, vers. lat., imo textum emendassem.

13. Vulgo θέατρον ἀξιόλογον, μετά] Non dubito quin pro μετά scribendum sit μεγά... Illud adjectivum ἀξιόλογον, quum vel ad theatrum, vel ad Minervæ templum referri possit, ad hoc potius quam ad illum pertinere crediderim. *Steph.* (Perperam. G.)

Sic lego et distinguo : ᾠδεῖον τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον θέατρον ἀξιόλογον, μέγα καὶ θαυμαστόν· Ἀθηνᾶς ἱερὸν πολυτελές, ἀπόβλεπτον, ἄξιον θέας· ὁ καλούμενος &c... Holstenius ita legendum esse censuit : ᾠδεῖον τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ θεάτρων ἀξιολόγων ἅμα τε καὶ θαυμαστῶν κάλλιστον Ἀθηνᾶς ἱερὸν, πολυτελές &c... Alii hoc modo : ᾠδεῖον τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον θέατρον· ἀξιόλογον, μεγά, καὶ θαυμαστὸν Ἀθηνᾶς ἱερὸν, πολυτελὲς ἀπόβλεπτον, ἄξιον θέας. *Huds.* (Cf. not. 12).

Nos Hudsoni, aut potius ed. novæ interpunctionem adscivimus, μέγα scripsimus pro μετά (sæpe enim commutantur; vid. Brunck. ad Apollon. I, pag. 189, Leips. Reisk. ad Plutarch. *Thes.* II). *Marx.*

De μετά et μέγα confusis conf. quos laudat Friedemannus ad Strab. t. VII, pag. 365, fin. — Liquet ex sequentibus rem hic agi de theatro *in Paludibus* sito, cujus meminit et Pausanias lib. I, cap. 20, pag. 46. Sed quæ fuit hujus theatri antiquitas ! Laudat tantummodo Thucydides, VIII, 93, τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον, id est theatrum juxta Piræum, nec ullius Dionysiaci theatri alibi meminit, Sic habet et Xenophon. *Hellen.* II, 4, §. 32, τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον, nec ullum alterum laudat. Ait Ælianus *Hist. var.* II, 13, Socratem numquam ad theatrum venisse, nisi in Piræo Euripides certaret, καὶ Πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου, καὶ ἐκεῖ κατῄει. Cur autem in Piræi theatro certavisset Euripides, et illuc tantum ivisset Socrates, si jam stetisset theatrum ad meridiem Acropoleos ! Sed ego valde opinor tunc nondum stetisse theatrum *in Paludibus,* quod jam conjeci in *Rech. sur la nat. du culte de Bacchus*, pag. 163. Prædicant quidem Dicæarchus et Pausanias, loc. cit., theatrum juxta arcem; sed uterque floruit post Alexandri M. regnum, dum scriptores antiquiores, alterius theatri tantum meminerint, forsan quia solum staret. En habeo Pollucem, VIII, 10, §. 133, pro me militantem, his verbis : Πνὺξ δὲ ἦν χωρίον πρὸς τὴν ἀκρόπολιν κατεσκευασμένον κατὰ τὴν παλαιὰν ἁπλότητα, οὐκ εἰς

θεάτρου πολυπραγμοσύνην. Hic aperte agitur de theatro acropoli contiguo, et opponit Pollux *Pnycis* antiquam simplicitatem, splendori theatri (utpote recentioris), et conciliat hæc πολυπραγμοσύνη cum Dicæarchi epithetis κάλλιστον... μέγα καὶ θαυμαστόν. Scilicet, amissa libertate, solatium Atheniensibus artes diu adtulerunt. Ego igitur valde crediderim prius theatrum fuisse in Piræo erectum, postquam ἴκρια (cf. Suid. ad. v.) et agrestem adparatum Athenienses reliquissent. Ceterum ex eo quod pars forent Anthesteriorum spectacula illa in Piræo, et quod invaluerit generaliter adpellatio Διονύσια ἐν Πειραιεῖ, inde ortus error eorum, qui *Dionysiaca* in Piræo non viderunt eadem esse ac *Anthesteria*. Cf. *Rech.* supr. I., p. 139, 140, 162.

Fallitur J. *Stuart* in *Antiquités d'Athènes*, t. III, pl. 1, theatrum Bacchi collocando juxta aditum Acropoleos; ponendum erat ad meridiem partis intimæ et orientalis, in loco cavo quem ipse, t. II, pl. 11, luculenter depinxit, notatum litera K.

14. Ἀθηνᾶς ἱερόν] Inde etiam intelligitur quam vitiose sæpe vertatur ἱερόν in *templum*; interdum enim τὸ ἱερόν, aut non templum est, aut templum in se continet, et semper distinguendum est a templo : conf. J. B. Gailii *Philologue*, tom. I, pag. 240, sqq., et tom. III, pag. 126, 148. Hic vulgo vertunt, *Minervæ templum*... et mox *domicilium Minervæ Parthenon*. Sed domicilium quoque est prius fanum; melius igitur sic : *locus Minervæ sacer... et Parthenon.* Strabo, pag. 606, fin., de priori fano sic, τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν, ὅ τε ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, et distinguit ille in eodem loco τὸ ἱερόν et τὸ νεώς, atque mox *Parthenona* laudat. Ceterum hæc Minerva *antiqui* templi dicebatur πολιάς, procul dubio quia a Cecrope (Euseb. *Præp. ev.* X) ibi collocata fuerat, ceu *Palladium* et tutamen coloniæ; et ibi ignes perpetui (ἄσβεστος λύχνος, Strab. l. c.) diuturnitatem civitatis tuebantur. Sed minime hic distinguenda est Minerva *urbana* ab agresti, quod agere videtur Meursius *de Reg. Athen.* I, cap. 9, fin. Cf. Olear. ad Philostr. p. 104.

15. Vulgo ἀπόβιον] Pro ἀπόβιον non male... reponetur ἀπόβλεπτον. *Stephan.*

Inde (ex ἀπόβλεπτον) oportet demi aliquot literas ut exstet ἄποπτον, quod plane vides respondere literis vetustæ scripturæ, et meminerimus Plutarchum scribere in Camillo, ἱερὸν εἰς τὴν ἀγορὰν ἄποπτον. *Gronov.*

Forte ἀπόβλεπτον, quod Hesychius *(a)* et ἔνδοξον vel ὑπέρβιον, hoc est μέγα καὶ θαυμαστόν. *Holsten.*

(a) Ibi vid. Albertum.

Nos proponimus καπόψιον, uti de Veneris in arce templo ait Euripid. *Hippol.* 32 (i. e. ut habet Arrian. in Epictet. II, 16; περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως. Cf. Heeren *Ideen*, t. III, 1, pag. 496), quod eximie explicatur a Valckenario, pag. 165, qui alium Dicæarchi locum (ex Athen. XIII, 594), eumque correctum adfert, ubi similis sententia similibus verbis expressa est. *Marx.*

Quum proponeret Gronovius ἀπόπτον, non considerabat minime hoc adjectivum usurpari absolute hoc sensu, quamvis Hesychius ad v. illud innuat. Plutarch. in *Camill.* §. 42, p. 377, ed. Hutten. : ἱερὸν, . . . εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον. Aristot. (a). . . . . ὅπως μὴ ἄποπτος ἔσται ἡ Κορινθία ἀπὸ τοῦ χώματος. Τὸ καπόψιον sequitur genitivus in Euripid. l. c.; sed absolute usurpatur ap. Apollon. Rhod. II, 545.

16. Παρθενών] Ædificium et nostra ætate Anglorum maxime industria celebratum. Cf. *the Elgins Marbles*, pag. 80, sqq., Lond. 1816; itemque opus splendidum, *Jupiter Olympien de Quatremère de Quincy*, pag. 226. *Marx.*

17. Ἡμιτελές] Incertum est, a quo inchoatum; nam plures a Pisistratidis inde Olympium ædificare aggressi sunt, donec Adrianus imperator exædificavit. Cf. Casaub. ad Strab. IX, 607. — τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς. (Perseus (!) Liv. XLI, 20). Adde Plin. *H. N.* 36, 6 : « *Inchoatum* Athenis Jovis Olympii, ex quo Sylla Capitolinis ædibus advexerat columnas. » *Marx.*

Ait Pausan. I, 18, pag. 43, Jovis Olympii fanum a Deucalione olim ædificatum fuisse, et ab imperatore Adriano *instructum*, Ἀδριανὸς δὲ κατεσκευάσατο. Vertit Casaubonus loc. cit., κατεσκεύασε. *absolvit*. Sed scripsit pater meus in *Philologue*, t. III, p. 146, 252, nec immerito opinor, non inesse proprie voci κατασκευάζεσθαι sensum *absolvendi*, sed *ornamentis necessariis instruendi*. Subintelligi potest sensus absolvendi in τῷ κατασκευά.; sed non vere exprimitur. Quod spectat ad hoc *Olympium*, quod vocat noster ἡμιτελές anno circiter 290 ante Christ., nescio an idem sit ædificium ac *priscum* Deucalionis. Mihi videtur hoc Ὀλύμπιον, idem esse ac *Jovis Olympii* fanum, quamvis de hoc dubitat Steph. l. c. col. 9. Nempe potuerunt antiquarum ædium recentiores locum sumere, sed illud haberi solet pro eodem templo. At saltem, videtur illud ædificium a pluribus auctum (quod sæpe evenisse sciunt in Ægypti templis), et imprimis a Pisistratidis. Aristoteles *de*

(a) *Politic.* II, cap. 12, pag. 337, B, Paris. 1619; mutantur capitum divis. in edd. var.

Republ. v, 11, pag. 407, ed. Paris.... καὶ τὸ Ὀλυμπίου ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν. Respiciunt procul dubio verba Dicæarchi ad magna opera sub regno Pisistratidarum suscepta. Multa quidem addidit Antiochus, anno 175 ante Chr., de quo Livius et Athenæus (*Deipn.* V, pag. 194, A, ed. Casaubon.); sed non primus conditor ædificii: imo non exprimitur quid templo ipse incœpto adjecerit. Ut ut est, minime liquet ædificium ab Adriano perfectum fuisse, vel cum Ælii Spartiani verbis hisce (*Hadrian.* §. XIII):... *opera, quæ apud Athenienses cœperat,* DEDICAVIT, *ut Jovis Olympii ædem.* Imo si Adrianus imperfectum opus absolvisset, illud diligentius a Pausania et Ælio Spartiano exprimeretur. Procul dubio partes ædificio a diversis superadditas innuunt scriptores; nec videtur Antiochus aliquid imperfectum reliquisse, quod Adrianus absolverit. Sic finivit Adrianus, quæ ipse *cœperat,* ut ait Spartianus; at non aliorum opus interruptum.

18. Κατάπληξιν δ' ἔχον] Legendum fortasse, καταπληκτικὴν δ' ἔχον τὴν..., nisi quis malit cum H. Steph. voculam εἰς ante τὴν admittere. *Casaub.*

Sed illa vox (εἰς) moleste recurrit. Salmas. (*Exercitt. Plin.* pag. 141, Paris.) pro κατάπληξιν legi vult καταπλήξιμον sive καταπληκτὴν, ibique bene illustrat, quid sit ἡ ὑπογραφή. (*Grundriss, wie z. B. beym Dom zu Cölln*). *Marx.*

19. Γυμνάσια] Atheniensibus gratulatur Xen. (*Rep. Ath.* VII, §. 10, Weisk.), quod non deficiant plebi gymnasia et balnei.

20. Ἑορταί] De festorum multitudine præclarus est Xenophontis locus *de Rep. Ath.* (§. 11, W.), qui omnino huic facit. De philosophorum conviviis vide Ælian. II, 15; vide etiam Plutarch. *de Exil.* (§. 14, pag. 380, Hutt.). *Holsten.*

Ordinem verborum sic mutavit Holsten.: Ἑορταὶ π. φ. παντοδαπῶν. σχολαὶ πολλαὶ, θέαι σ. ψυχῆς ἀπάτη καὶ ἀνάπαυσις. Casaub. hoc modo: Ἑορταὶ π., ψυχῆς α. καὶ ἀνάπαυσις· φιλοσόφων παντοδαπῶν σχολαὶ πολλαὶ, θέαι σ. *Hudson.*

Gronovius solum comma post παντοδαπαί ponit, ante ψυχῆς tollit. Sed equidem vulgatam retineam. Ἑορτάς nonnunquam et philosophis tribui, ad Theocriti Adoniazusas adnotavit, ni fallor, Valckenarius. Ἀνάπαυσις scripsi pro ἀναπαύλας. Pericles ap. Thucyd. II, 38. — τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ (Dic. ψυχῆς) ἐπορισάμεθα. *Marx.*

Aristoph. *Nub.* 309, celebrat Atheniensium festa παντοδαπαῖς ἐν ὥραις. Plato (a) Atheniensem quemdam adducit sic

(a) *De Leg.* II, 1, pag. 653, Stephan. pag. 50, Ast.

locutum :... θεοὶ δὲ, οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς, καὶ Μούσας Ἀπόλλωνά τε.... Ibi Astius *(a)* laudat Strabonem, x, 3, §. 9, tom. IV, pag. 164, sq., ed. Tzschuck. (p. 717) de ἀνέσει ἑορταστικῇ disserentem. Ceterum hic Strabo conjungit τὸ ἑορτάζειν, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν, ut noster.

21. Σχολαὶ πολλαί] Stephan. vertit *plurimæ scholæ.* Sed, ut ait Astius ad Plat. *de leg.* p. 387, σχολαί *sunt conversationes, sive disputationes* (*quales in otio habentur, id est,* διατριβαί, *quocum etiam conjungitur illa vox. Vid. Steph. Thes.* III, 1206, F.).

22. Ἀτίμητα] Hic vox ἀτίμητα talem babet usum qualis est in ἀτίμητος φίλος in Epistolis quæ vulgo Phalaridi adscribuntur, pro amico qui nullo satis magno pretio æstimari potest: quem uno verbo *inæstimabiles* fructus ex Livio dixeris. *Steph.* Ἀτίμητα, *inæstimabiles fructus.* Contrarium exstat ap. Philostrat. *Her.* p. 661. Ol. de fructibus : ἄτιμα καὶ κοινὰ, nullo pretio digna, et vilia. *Marx.*

Locum Philostrati, pag. 4, ed. Boisson., quem laudat, Marxius parum intellexit, ubi non tam res est de *vilibus et nullo pretio dignis* fructibus, quam de *obviis et in promtu positis.* Cf. optimam Viscontii adnotationem in ed. Boisson. p. 292, 293. Ceterum non adsentior Stephano adserenti hic lacunam esse eorum, quibus referantur *hæc per comparationem dicta,* μικρῷ δὲ σπανιώτερα. Quibus verbis noster *nimiam* paucitatem fructuum luget.

23. Πρῶτα τῇ φύσει] Sic de Sicilia Solinus cap. XI... Vide omnino locum Antiphronis apud Athen. III, p. 74, 75. Lyncei epistolam citat, quæ fructus Athenis nascentes cum Rhodiacis comparat. Τὸ εὔκαρπον Atticæ insigniter commendat Plato *Crit.* fin. Cf. Demosthenes in *Philipp.* IV (p. 102, B, Wolf. 1504, et Aristid. in *Panath.* p. 175, ed. Canter. *G.*). Attica regio prima omnium fruges protulit; vide etiam Demosth. Λόγῳ ἐπιταφίῳ *(b)*. Præclarus etiam est locus apud Photium anonym. scriptoris de vita Pythagor. pag. 289, de Atheniens. ingeniis, ære et agro. M. Antoninus de vita sua : Εὐχὴ Ἀθηναίων· ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. Meminit quoque hujusmodi precum Atheniensium Proclus in Timæum : Αἱ τῶν εὐδεινῶν ἀνέμων εὐχαὶ παρ' Ἀθηναίοις πρὸς τούτους ἐγίνοντο τοὺς θεούς. *Holsten.*

Sic respicit ad divitias urbis, nec vero ad pinguedinem soli, τὸ λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος Aristoph. *Nub.* 298.

(a) Animadv. ad h. l. pag. 92. *(b)* Pag. 1390, Reisk.

24. Σπανιώτερα] Galen. Προτρεπτικῷ λόγῳ:... ὅπου καὶ τῶν Ἀθηναίων αὐτῶν μέχρι πόῤῥω τὤνομα πεφοίτηκεν, οὐ διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετὴν, λεπτόγεως γὰρ, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ φύντας. Xenophon. lib. VI (*Hellen*. cap. 1, §. 9, Weisk.), dicit Athenienses laborare frumenti inopia, nisi aliunde sibi comparent. *Holsten.*

25. Ἑκάστοις] Habet Manzi ἑκάστου οἰκειουμένη in Holsteniano textu. Ceterum Aristoph. ap. Athen. p. 653, F, testatur *fructus toto anno Athenis abundasse*, ὅτι...διηνεκαῖς εἰσιν αἱ ὀπῶραι πᾶσαι. G.

.... Sed alia etiam desiderari credibile est. Esset enim ἀφροδισιόνυσος, aut saltem abrupta mentio ejus rei, quæ servitutis oblivionem induceret, nisi aliqua de hac servitute dicta essent. *Stephan.*

Hic legend. videtur ἑκάστου, aut ἑκάσταις συνοικουμένη. Mox λήθην τῆς ξενιτείας pro δουλείας. *Holsten.* in *Epist. ad div.* p. 13.

Forte scrib. ἅμα ἡ τῶν ξ. ἑκάστοις συνοικειουμένη καὶ ταῖς ε. εὐ. δ.... De frequenti permutatione vocum ἀλλὰ et ἅμα monui in *Notit.* mss. t. X, ad Diogenis Epist. 1. Cæterum vox δουλείας in ξενιτείας abire vix potuit: eam sanam esse fere putaverim, et Dodwelli interpretatio non displicet. *Boissonadus*, ad *Holsten. Epist.* pag. 13.

Hæc, sicuti reliqua usque ad διδασκάλιον, maximam partem adeo aut corrupta, aut turbata sunt, ut Œdipo plane opus esse Stephanus affirmaverit ad sensum extricandum. Conabimur pro viribus nonnihil adjumenti adferre. Continuo post σπανιώτερα quædam excidisse videntur de conditione hospitum servili; quæ quanta fuerit, vel e Xenophontis (ut auctor perhibetur) de Rep. Atheniensium commentario constat; hæc mihi sic cogito: Fructus eximii sunt, vixque pretio emendi. Maxime hoc hospitibus incommodum, quibus ad conficienda negotia necessitas est imposita Athenis diu commorandi. Sed hæc commoratio, apta explendis cujusque cupiditatibus, oblivionem servitutis obducit. Igitur scribendum: ἀλλ' ἡ ταῖς τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικουμέναις ἐπιθυμίαις εὐάρμ. κ. τ. λ. Ἐπιθυμίαι συνοικούμεναι sunt cupiditates, quibus aliquis obnoxius est. A plebecula autem ob continua spectacula et scholas vix fames percipitur, cum illa oblivionem afferant sumendorum ciborum. Igitur voculæ ἡ πόλις, quæ ex inferiore linea huc irrepserunt, ejicienda, et pro ἐμποιοῦσα scribendum ἐμποιούσαις. In seqq. cuivis statim patet verba ἐφόδια usque ad ἡδονὴν poni oportere post verba καὶ πολλά. (Minime. G.). Locum sic restituerem: Καὶ ἐπειδὰν τις πόλις ἴδια ἔχει καὶ πολλά· ἐφόδια δ' ἔχουσιν, οὐδεμία τοιαῦτα πρὸς ἡδονήν. Καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν

Ἀθηναίων εἰσί. Incolæ autem hujus urbis idonei sunt unicuique artifici pro operibus bene elaboratis magnam famam comparare; hic sensus prodit, si pro ἀντ. scribimus εὖ τυγχανομένοις. Sed de reliquis quid statuam, nescio. Ἐκβαλόντες (cod. ἐκβαλῶντες) τὰς εὐημερίας possit fortasse significare : iis (artificibus) festos et hilares dies benigna manu adtribuentes; et si ad sequentia addideris ὥστε ἡ πόλις εἶναι, tum haberes hanc sententiam : urbem esse adeo refertam statuis et signis, ut sit homini admirabile διδασκάλιον animalium e lapide factorum. Sed hoc est hariolari, nec aliquid ausus essem de hoc tam desperato loco pronunciare, nisi interpretes omnes de eo tacentes vidissem. Satis habeo me sagacioribus materiam conjectandi præbuisse, veram medelam a melioribus codd. solum exspectans. *Marx.*

Civibus, nec vero peregrinis, solatium est hospitum perpetuus conventus, et animum jucunde ab amissa libertate avertit. Ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος, est *societas peregrinorum conveniens ingenio et cupiditatibus Atheniensium.* Stephanus *(a)* vero : *Sed peregrinorum animis oblivionem servitutis affert studium atque opera, quam in rebus, quæ suis desideriis sunt consentaneæ, ponunt.* Hæc perperam, ni fallor; τῶν ξένων non pendere videtur ab ἑκάστοις, sed a διατριβή; et τὸ ἑκάστοις innuit Athenienses, et pendet ab ἐργάζεται. De sequentibus Marxii conject. conf. not. 33 et 36.

26. Συνοικουμένη... διατριβή] Cf. Dodwell. pag. 13 et 14.

27. Περισπῶσα] Hic περί redit ad sensum *mutationis loci*, de quo tractat Zeunius ad Viger. *Idiot.* p. 657, ed. Herm. Sed vana excogitat ille, quibus sensum *movendi* a sensu *circumeundi* ducat. τῷ περάω, et τῷ περί, vis *transeundi* est primitiva. Vide ad Hannon. p. 122, et ad Scylac. p. 570. Ceterum hujusmodi est hic περισπῶσα, et Polybii 1, 3, fin. : ἐν τοῖς ἐκείνου περισπασμοῖς. De alio usu τῦ περί, vide not. 37.

28. Τῆς δουλείας] Scilicet sub Cassandro. *Hudson.*

Cf. Dodwell. de Dicæarch. §. 3. Habet Holsten. in textu pag. 23, ed. Manzi, τῆς ἀποδημίας, et sic Holsten. in not.: δουλείας ed. Aug. Potius ξενίας. Peregrinatio ξενία. Gloss. Hesych.

29. Ἡ πόλις] Cum Marxio, ejicienda hæc judico. Marginalis forsan notula fuit, quæ doceret, quo referendum esset mox τὸ τοιαύτη.

30. Τοῖς δημοτικοῖς] Ταῖς δημοτικαῖς. *Vulg.*

31. Λιμός] Xenophon de R. A. III. Athenienses duplo plures festos dies habuisse auctor est, quam fastos. Simile quiddam

(a) Loc. cit. col. 10, init.

de Tarentinis Strabo narrat, VI, p. 429, ubi v. Casaub. *Marx.*

Quæ sequuntur vix capio : ἔστι δὲ ταῖς μὲν θέαις ἡ π. κ. σχ. τοῖς δ'. ἀνεπαίσθητος λιμὸς λήθην &c... Sensum hunc esse credo: ἑλληνισμός, ἔστι δὲ πόλις... ἀνεπαίσθητος λιμός. Mihi nihil succurrit quo me expediam, quam si legam ἀνεπαίσθητον λιμὸν κ. λήθην ἐμποιοῦσα. At vix mihi satisfacit hæc conjectura. *Holsten. Epist. ad div.* pag. 14.

Stephanus sic : « ... ex quibus non alium posse sensum erui puto, quam plebeculam præ voluptate, quam afferunt res spectatu dignæ, famem suam non sentire, et cibi etiam oblivisci: at iis qui habent unde ad vitam necessaria comparent, nullam cum hac posse conferri urbem, quod ad delectationem attinet. » Sed minime ἐφόδια δὲ... opponitur τῷ λιμός, et præsertim, si trajectionem verborum, quam Marxius proponit, admiseris. Respicit generaliter ad εὐπορίαν πάντων, quam mari Athenienses debebant. Cf. Xenoph. *Rep. Athen.* II, §. 12. Ceterum non jejunos Athenienses spectacula adire solitos contendit Athenæus, pag. 464, F, ed. Casaubon.

32. Ἐμποιοῦσα] Rescribit Marxius ἐμποιουσαις. Sed quid? Totus hic locus, quem vir tractat ingeniose, desperatus est. Non multum proficit, quod series invertatur. Videntur λήθην ἐμποιοῦσα... fere repetitionem esse marginalem horum : ἀνεπαίσθητος λιμός. Quid nunc habemus, ταῖς μὲν θέαις... καὶ σχολαῖς, quum supra legatur : σχολαὶ πολλαὶ, θέαι συνεχεῖς?

33. Ἐφόδια δὲ ἔχουσιν...] Ita verum omnino τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους. Pecuniam multum posse Athenis testatur Xenoph. *de R. A.* (1, 3, §. 13, Weisk.). Athenæus (imo Lynceus ap. Athen. p. 652, D. *G.*) : τὰς Βριγινδαρίδας καλουμένας (ἰσχάδας), τῷ μὲν ὀνόματι βαρβαρίζούσας, ταῖς δὲ ἡδοναῖς οὐδὲν ἧττον ἐκείνων (ἀττικῶν ἰσχάδων) ἀττικιζούσας. (Quid hæc ad rem? De caricis tantum agitur. G.) *Græcorum luxuriu.* Cicer. pro Flacco. Horatius *Græcari.* Ibi vetus interpr. *Luxuriari.* De Populi Athen. deliciis, epulis, gymnasiis, lavacris, vide Xenoph. præclarum libr. *de Rep. Athen.* Cf. Plutarchi præfat. in *vit. Demosth.* et *Cicer.* et Thucyd. lib. I, init. *Holsten.*

34. Καὶ ἔτερα δὲ ἡ πόλις] Δὴ lego. *Hudson.*

35. Παντὶ τεχνίτῃ] Athenæus (XI, p. 464, E, Casaub.): Ἡμεῖς οὖν, ὡς παρ' Ἀθηναίοις ἐγίνετο, ἅμα ἀκροώμενοι τῶν γελωτοποιῶν τούτων καὶ μίμων, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ὑποπίνοιμεν. Eodem sensu hic τεχνίτης. Prædicat Xenoph. *Rep. Athen.* §. 12, τὸ πλῆθος τῶν τεχνῶν Athenis. Cf. Athen. p. 691, D. - In sequenti παρεποιῆσαι, videtur παρὰ fere idem valere ac gallice *fournir l'é-*

tosse pour une chose. Sic Xenoph. *Rep. Athen.* init. :... ὅτι ὁ δῆμός ἐστιν.... ὁ τὴν δύναμιν περιθείς. Demosth. *pro Coron.* p. 319, fin., ed. Wolf. : οὗτος...., τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσῃ περιποιεῖ. Illud περί redit ad sensum *amplitudinis*, qui inest τῷ περιβόητος et similibus.

36. Πλινθίνων ζώων] Potius λιθίνον ζῷον in versu Philemonis apud Athen. XIII, pag. 606. Vide in Aristotelis testamento apud Laertium, p. 117 (V, 16), animalia e lapide quatuor cubitorum vertunt, ζῷα λίθινα τετραπήχη : locus huic illustrando apprime facit. *Holsten.*

Quæ conjecit supra not. 25 Marxius, parum mihi adrident. Hæc Dicæarchi ironiam redolent et satyricum scribendi genus, quod sequentia satis innuunt. Nemo nescit Athenienses totam diem in agora et in locis publicis degere solitos, quos cavillatur Aristophanes (Aristoph. *Equit.* 1260 et ibi schol. Cf. schol. Plat. Siebenk. p. 55, 56. Illud est quod φοιτᾷν alibi (*Nub.* 913) vocat Comicus). Et illud est forsan, quo respicit noster dicendo *bonos* esse Athenarum incolas, apud quos artifices omnis generis gloriam facile adsequantur, dummodo otiosis aliquid novi *(a)* offerant, et mox illi dicuntur δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροαταί. Adjicit noster Athenienses serenas diei horas consumentes, præbere derisorias quasi imagines, et figulis exercendæ artis materiem. Ceterum mihi videtur ἐπὶ τοῖς ἀντυγχανομένοις vertendum *propter varias res oculis obvias*, nec vero *(famam conciliare) apud obvios*, quod vulgo habet. Fors. rescrib. διδασκαλεῖον, de quo vid. Astium in Plat. *de Leg. animadv.* p. 302. Vide tamen Longuevillium meum alia conjicientem pag. 206.

37. Ἀττικοὶ, οἱ δὲ, Ἀθηναῖοι] Licet scriptores reliqui generosos et abjectos Athenarum cives sæpe distinguant (v. g. Sophoclem *Ion.* ap. Athen. XIII, 604. ἕνα τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων vocat), adpellatione Atheniensium et Atticorum etiam distinguere, me legere non memini. Suidas viros quidem Ἀθηναίους, fœminas vero Ἀττικὰς, non Ἀθηναίας, vocari e Megaclide docet, addita causa. Cf. Vinding. p. 191. Ad cognoscendos Atheniensium mores, præter cæteros, vel comicos vel oratores, pertinet Periclis ap. Thuc. oratio, II, 34, sqq. *Marx.*

Nihil aliud agit noster, ni fallor, quam Atheniensium partem ingenuam et liberalem a plebecula distinguere; nec illud discrimen ex ingenio excogitavit, quod Plato referre videtur his verbis libri I, *de Leg.* pag. 626, Steph., pag. 10, Ast. : ὦ ξένε Ἀθηναῖε· οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμ' ἂν προσαγορεύειν.

(a) Cf. Dodwelli Diss. §. 3, p. 14, med.

Respicit schol. Ruhnk. pag. 218 *(a)*, ad sequentia Platonis verba; sed egent convenientiori commentario priora, quod ex Dicæarcho suppetit. Cf. mox Holstenii adnot.

38. Λαλιᾶς] Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Eupolis apud Gell. I, cap. 15. *Attici et Athenienses*. Per Atticos, populus intelligendus est omnisque vulgus; per Athenienses, qui optimates vocantur. Vide Xenoph. *de Rep. Ath.* (I, §. 4, sqq.), quamvis etiam multi ex populo sub horum numero comprehendi debeant. Nam, ut Xenophon ibidem loquitur, quum nonnulli natura sint ex plebe, idque re ipsa, non tamen indole plebis præditi erant. Sic Romani, et Romanenses, sive *Romaneschi*. Cicero, II, *de Orat.*: *vel potius inepte loquaces...* De loquacitate Athen. exstant etiam Eubuli versus apud Athen. lib. X (pag. 449, Casaub.!). Ita Lucianus *Navigio*, sive *de votis* (§. 2, p. 248, Reitz.). *Holsten*.

39. Συκοφαντώδεις] Platonis lib. I *de Leg.* vide, et etiam Ælianum *Var. Hist.* III, 36, et Plautum *Men.* Hinc ea crimina in optimates, et in bene meritos ingratitudo, de qua Valerius Max. et Xenoph. *de Rep.* Ἀττικὴ πίστις, aliaque proverbia hinc orta apud Suid. aliosque. Hoc vitium Atheniens. etiam gravissime in sacris litteris perstringitur, *Act.* VI, vs. 21. *Holsten*.

40. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, μεγαλόψυχοι] Hæc concinunt cum his Platonis: ... ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοί, διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι. *De Leg.* I, p. 642, C, ed. Stephan.

41. Λογογράφοι] Fortasse λογογράφοι. Λογογράφοι illi aliis nomine σοφισταί vocabantur. Vide Σοφιστής ap. Suidam. Vide omnino Platonis *Phædrum*, pag. 257: λογογράφους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπὶ μισθῷ λόγους γράφοντας... *Holsten*.

Λογοποιοί Theophr. in *Charact. Hudson*.

42. Σείοντες] Utitur participio σείοντες in significatione valde rara, sed ab Hesychio tamen annotata. Neque enim dubito quin σείοντες, hic sit συκοφαντοῦντες. *Stephan*.

43. Εἰλικρινεῖς] Plat. *Symp.* cap. 29, conjungit εἰλικρινές, καθαρόν, ἄμικτον. *Marx*.

Vana de hoc loco disserit Stephanus loc. cit. col. 11, init. Ceterum literatos Athenienses prædicat et Strabo, p. 161, C, φιλολόγους adpellando.

44. Συνεχεῖς] Lego διὰ τὰς συνεχεῖς θέας. Sic enim (supr. p. 119, l. 10 et 11, σχολαὶ πολλαὶ θέαι συνεχεῖς. *Casaubon*.

Σχολάς vel ὁμιλίας, vel ἀσκήσεις supplendum putat Rittershusius *(b)*. *Hudson*.

(a) Cit. in Astii *Animadv.* p. 17.

(b) Idem ait Holsten. in Manzii ed. p. 26.

Gronov. σιάς supplet; Hœschelius asterisco notavit, quo cod. caret. Fortasse ex antecedentibus τέχνας repeti potest. *Marx.*

45. Τὸ καθόλου] Loc. laud. Hemsterh. ad Luc. *Nigrin.* p. 246, Bip. (p. 51, Reitz.) uberrime illustratur a Creuzero in oratione de Civitate Athenarum, cum in omni oratione, tum p. 59 annott., ubi comparationis fundum in Herodoti I, 60, contineri arbitratur. Versus tres sequentes Stephanus latine reddidit:

Si Athenarum spectator non fuisti, truncus es;
Sin earum spectator fuisti, sed non es irretitus, asinus es;
At si æquo animo ab illis discedis, es asinus clitellarius. *Marx.*

46. Διόρθωσιν] De elegantia Græcorum Cornel. Nepos, Cicero, et Athenæus qui τὴν Ἀθηναίων πόλιν, τὸ τῆς Ἑλλάδος Μουσεῖον (Πρυτανεῖον p. 254, B. Cf. Thuc. II, 41, G.) appellat. *Holst.*

47. Ἑταίρας] De multitudine meretricum Athenis Athenæus XIII, pag. 583 (D). Vide omnino Ælianum (*Var. Hist.* XII, 52), ubi Isocrates Athenas urbem meretrici comparat. *Holsten.*

48. Εἰ μὴ τεθέασαι..] Tres primos versiculos interpretatus est H. Stephan. in *Schediasm.* lib. VI, sched. XV, et in *Præfat.* sua ad Dicæarch. *Hudson.* (Vid. not. 45).

49. Vulgo Κανθήλιον] Suidas κανθήλιος. βραδὺς νοῆσαι. ἢ ὄνος μέγας. *Holsten.* — Forsan κανθήλιος. *Hudson.*

Κανθήλιος] Vulg. κανθήλιον, quod solum *clitellam* significat, illud autem (ut Suidas s. v. ait) ὄνος μέγας. Cf. Fischer. ad Platon. *Symp.* c. 37; Schæfer. ad Lamb. Bos. *de Ellips.* p. 353 (Conf. Aristoph. *Vesp.* 170, et ibi schol. G.). Etiam οἱ στίχοι p. ὁ στίχος, monente Grævio, ex more Dic. scripsi. *Marx.*

50. Αὕτη πόλις] Verba hæc numeris sic restituit H. Steph. Utrum Lysippi sint, an alterius cujusdam, incertum plane est. Loco quidem suo dimota videntur; nec ad Athenas, sed Rhodum referenda. Illa vero hoc modo emendanda et refingenda existimat vir doctus et κριτικώτατος, supra memoratus:

Αὕτη πόλις ἐσθ' ἑλληνίς, ἢ, ῥόδδις ἴσον,
εὐωδίαν ἔχει τι χ' ἅμ' ἀηδίαν.
Τὰ γὰρ Ἁλίεια μ' εἰς μεγάλην σχολὴν ἄγει·
τὸ δ' Ἁλιακὸν ἔπος με μαίνεσθαι ποιεῖ.
Ὅταν δὲ τὴν λεύκην τις αὐτῶν ὡραίως
Ἁλιακὸν εἶναι στέφανον εἴπῃ, πνίγομαι
οὕτως ἐπ' αὐτοῖς, ὥστε μᾶλλον ἂν θέλειν
ἀποκαρτερεῖν, ἢ ταῦτ' ἀκούων καρτερεῖν·
Τοιοῦτο τῶν ξένων τι κακχεῖται σκότος. *Hudson.*

Hi versus, prius continuate scripti a St. et Grævio dispositi, neque vero ita emendati sunt, ut sensum probabilem funderent. Utut eos vertas, ab hoc l. alienos esse reperies, et margini a quodam imperite adpictos. Quum in eruendo sensu diu sine profectu versatus essem, Godofredum Hermannum, virum clarissimum, adii literis, ut mihi, quid de iis sentiret, pro sua humanitate aperiret. Respondit mihi perhumaniter, optimumque duco, acutam sententiam ipsis ejus verbis transcribere: « Die Stelle des Lysippus scheint mir weniger verdorben, als schwer zu erklären. So viel ist wohl gewiss, dass ein Rhodier spricht, der Athen zwar lobt, aber sich über die den Fremden und namentlich den Rhodiern dort zu Theil werdende Verachtung beklagt. Αὕτη πόλις ἐσθ' ἑλληνίς, ἡ Ῥοδίοις ἴσην εὐωδίαν ἔχουσα χἅμ' ἀηδίαν, verstehe ich so »: Das ist die griechische Stadt, die den Rhodiern eben so angenehm als unangenehm ist. « Der folgende Vers hiess vielleicht so: τὰ γὰρ Ἅλιεῖ ἐκεῖ μεγάλην σχολὴν ἄγει, » denn an das Fest der Sonne denkt dort Niemand (a). « Der folgende Vers ist vielleicht am schwersten zu erklären, und wenn die Schwierigkeit in der Sache liegt, weiss ich nicht, wie ich sie heben soll. Indessen lässt das Uebrige vermuthen, dass der Sprechende sich darüber beklagt, dass man in Athen die Rhodier auch wegen ihrer dorischen Mundart, die man ihnen nachmachte, verspottete. Und so würde auch, was hernach folgt, den Sinn geben », wenn einer so gnädig ist, die Pappel ἀλιακὸς σκίφαιος zu nennen, möchte ich lieber sterben, als das ewig anhören. » In dem letzten Verse gefällt mir sehr die Conjektur καταχεῖται. « Hactenus vir sagacissimus, qui se non absterreri passus est Stephani auctoritate pronunciantis: « risum autem eum augere, cui vox ῥόδοις suspecta, occasionem de Rhodiis vel Rhodo cogitandi præberet. » Ipse vero nihil, quod verba explicet, adfert, licet σχολὴν in χολήν μ', ἔπος in ἔθος mutet, aliaque tentet cum reliquis non congruentia. Sic etiam Grævius singula emendavit, quorum vim ad reliqua non intelligo. Pro ῥόδοις et αμαληδιαν vult ῥόδων et ἅμ' ἀηδία, p. τὰ γὰρ ἀλ. vult τὰ γὰρ ἀλιεῖ, τὰ μεγάλ' αἰνεῖς, vel μεγάλ' ἐν οἷς, p. τὴν λευκὴν et ἐπ' αὐτοῖς — τῶν λευκῶν et ἐπ' αὐτῶν, pro τοιοῦτο — τοιούτων. Gronovius tandem (præf. p. 3), monstrare studet, ἀμαληκίαν scribendum esse pro αμαληδιαν, idque significare *refrigerium*, et pro ἀλιειτα — ἀλεεινά, et hinc reliqua

(a) Athen. XIII, 561, B. Θαυμάζω τε τὰ Ἐρωτίδια τιμῶσιν, καθὰ Παναθήναια Ἀθηναῖοι, καὶ... Ῥόδιοι τὰ Ἅλια. (Conf. Pind. schol. vet. Olymp. VII, 153. G.)

facile intelligi dicit. Quod mihi certe nullo modo contigit. Cod. nil nisi duo puncta supra illam vocem habet. *Marx.*

51. *Διεσιὼν*] Δι' ἰὼν Vulc., ἰὼν tantum Holsten. *Hudson.*

52. Μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει] Μεγάλην σχολὴν ἄγει Stephan.; μὴ μεγάλην εἰς σχολὴν ἄγει, Holsten. *Hudson.*

53. Ἔτος] Ἔθος Steph.; ἴσος Holst. Ita singula vocabula vertunt in omnes facies, ut aliquid inde lucis affulgeat. *Huds.*

54. *Λευκά τις αὐτῶν*] Λέσχην, Holsten.; κοινὴν Vulc. ὁ δὲ στέφανος (παρὰ Ῥοδίοις) λευκὰ δέδοται. Schol. ad Pindari *Olympic.* VII (vs. 147). *Hudson.*

55. Πεπείρασμαι] Eodem modo Alexis Comicus apud Athen. VII (ubinam? G.) de piscatoribus. *Holsten.*

56. Ἀποκαρτερεῖν] Forsan ἀποθανεῖν. Sybarita de Spartanorum victu ap. Athen. XII, 518, E: Τὸν ἀνδρειότατον μᾶλλον ἂν ἑλέσθαι ἀποθανεῖν, ἢ τοιοῦτον βίον ζῶντα καρτερεῖν. *Marx.*

57. Ἢ ταῦτ' ἀκούων] Scribe ἢ τ' αὐτ' ἀκούων. *Holsten.*

Mox versus a πισῶν usque ad ἐντεῦθεν, omittitur in Stephani Comment. ap. Gronov. *Antiqq.*; sed in Hoeschel. et cetetor. editt. reperitur.

58. Vulg. Διὰ Δαφνιδὸν] Licet Δαφνοῦντα et Δάφνης, urbium esse nomina satis notum sit, διὰ Δαφνοῦντος tamen, vel διὰ Δάφνης non liceat reponere. Pro ὁδὸν reponendum esse ὁδὸς manifestum est. Illud autem πεδοειτα minime suspectum esse debet, quum tale sit quale ἄναντα et κάταντα (Illud tamen non admisit Schneid. in suum lex., nec ullus, quod sciam. G.). Adjectivum ἐλευθέρῳ dignum est, quod hac in significatione observetur: nimirum de eo, qui liber est omni onere. Nisi forte mendosam esse hanc scripturam credendum sit. *Steph.*

Corruptissima hæc sunt. Lego autem: Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν στάδια... Ὁδὸς διὰ... καὶ τοῦ Ἀμφιαράου ἱεροῦ καὶ Ἐλευθερῶν βαδίζοντι, σχεδὸν ἡμέρας, ἀνυομένης πάσης. Hæc ita restituimus, non quod affirmare velimus sic scriptum a Dicæarcho fuisse: sed quod haud paullo sit hæc, quam vulgata lectio, concinnior, et veræ lectioni propior, atque aliis ejusdem auctoris locis magis similis... Vocem Διὸς post Ἀμφιαράου, ut ineptam, tollendam censemus: et pro ἐλευθέρῳ, quæ vox hic locum non habet, scribimus Ἐλευθερῶν. Est enim Ἐλευθεραὶ nomen oppidi in eo tractu... Quod ad vocem Δαφνιδὸν attinet, scio fuisse Δελφίνιον littus prope Oropum, sed quod vix huc videatur pertinere. *Casaubon.* — Fortasse Δελφινίου. *Holsten.*

Voss. ad Mel. p. 151, legit Δαφνιδίων, et in reliquis Dicæarchi verbis nihil mutandum censet. Δαφνιδίων prius legebat

Vulc., et ψαφίδος Salmas. in *Exerc. Plin.* c. 7 (p. 146). *Huds.*

Lectionem ἐλευθέρῳ (h. e. εὐζώνῳ, sive, ut Schol. Thucyd. habet, ἀνδρὶ ψιλῷ καὶ κούφῳ, καὶ μηδὲν ἔχοντι ἐμποδίζον.) tuetur Wasse ad Thucyd. II, 97, in adnotatione lectu digna. Pro δαφνίδων equidem scriberem (praeeunte Holsten. G.) Δελφινίου. Sic enim Strab. p. 618, A : Ἀρχὴ τῆς Βοιωτίας ὁ Ὠρωπὸς, καὶ ὁ ἱερὸς λιμὴν, ὃν καλοῦσι Δελφίνιον. Μετὰ δὲ τὸ Δελφίνιον ἐστιν ὁ Ὠρωπὸς ἐν εἴκοσι σταδίοις. *Marx.*

Rescribo Δελφινίου cum Holstenio et Marxio, et cum Vossio intacta cetera relinquo. De Amphiarai fano cf. Pausan. I, 34, et Philostr. *Imag.* I, cap. 27. Ibi Jacobs pag. 370 suae edit. Lips. 1825, conjicit pro Dicaearchi ἐλευθέρῳ, ἐλευθέρως, et mox προσιόντι pro πρόσωπα.

59. Ἀκαπηλεύτως] Similia occurrunt in descriptione τῶν Τεμπῶν ap. Aelian. V. H. III, 1 (p. 196, ed. Gronov.). *Marx.*

60. Vulgo Ὠρωπῶν] Repono cum Marxio Ὠρωπίων, ut paullo post in versu Xenonis habetur Ὠρωπίοις.

61. Vulgo οἰκία Θηβῶν] Illud οἰκία muto in οἰκεία. Pertinet autem huc, quod attuli (loc. cit. col. 17, B), ex Pausania, Philippum, captis Thebis, dedisse Atheniensibus agrum Oropiensem. *Stephan.* (Non video quomodo hic St. rationem historicam componat. Cf. not. infr. G.).

Prorsus ut est ab H. St. annotatum, οἰκεία legendum : et Θηβαίων malim, quam Θηβῶν. Notum ex geographis quantae olim inter Athenienses et Thebanos, et quam frequentes de Oropo fuerint contentiones. Id tangere Dicaearchus voluit, et suo suffragio Thebanis id oppidum adjudicare. *Casaubon.*

Ἀποικία, vel Ὠρωπίων οἰκεία. *Vulc.*

Ἀποικία] Sic cum Graevio scripsi pro vulg. οἰκία Θηβῶν. St. et Cas. volunt οἰκεία, h. e. *propria*; inter Thebanos enim et Athenienses disceptatio de possidenda urbe fuerat (v. Thucyd. VIII, 95). Eam igitur Dic. Thebanis adsignare (debuisset ! G.). Sed eo tempore sub ditione Atheniensium (ὑπήκοοι Ἀθηναίων Thuc. II, 23) fuisse videtur. Cf. Lys. or. p. Polystr. p. 569. Licet Pausanias (Att. p. 64) eam demum, Thebis captis, a Philippo Atheniensibus datam referat. *Marx.*

Nullatenus rescribendum ἀποικία Θηβαίων; nam minime condita fuerat Oropus a Thebanis; cf. *Raoul-Rochette*, *Hist. des colon.* I, p. 275, 276. Sed leg. cum St. et Cas. οἰκεία. Saepe quidem orta fuerat disceptatio Thebanos inter et Athenienses de possidenda Oropo; at fuit tempus, quum, teste Diodoro, XIX, 78, Polemon hanc urbem expugnatam tradiderit

Bœotis, olymp. scilic. CXVII, 1, anno 305 ante Chr. Illuc respicit Dicæarchi locus, et inde aliud insuper argumentum sumere potuisset Dodwellus (Dissert. de Dicæarch. §§. 1 et 2), qui non immerito contendit nostrum scripsisse hunc libellum post olymp. CXVI, 1, sed ante olymp. CXXIII, id est, post ann. 309 ante Christ., sed ante annum 280. Auctor enim, qui Oropum Bœotis, id est prorsus Thebanis adscribit, quod factum anno respondet 305, in ætatem incidit quam constituit Dodwellus. Illud posset respicere etiam ad aliam ætatem; cf. Paus. 1, 34, init.: sed vim chronologicam loci alia argumenta statuunt.

62. Μεταβολῶν] Μεταβολῶν mutandum est in μεταβόλων, a μετάβολος: vel in μεταβολέων, à μεταβολεύς. *Stephan.*

Placet etiam vehementer quod idem H. Stephanus pro μεταβολῶν, μεταβολέων, vel μεταβόλων (adjicit hic Hudson. vel μετάλλων, quam conject. in citat. libro non reperi. G.), putabat reponendum. Sed et sequentes nominativi in dativos mutandi videntur. *Casaubon.*

Lege elegantem Plutarchi librum περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. Ἐργασίαν δανειστικὴν vocat Theophrastus in *Charact.* c. 23. *Holst.*

St. et Cas. placet μεταβόλων, vel μεταβολέων. Cogitavi aliquando de μετάλλοις ex Eubœa, et contra jacente, advectis. *Marx.*

Ego suspicor τὰ μεταβολῶν (fors. μετάλλων) ἐργασία τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, interpolationem esse, tum quod nominativus casus male in phrasin mediam desiliat, tum quod συντεθραμμένη vix pendere possit a πλεονεξία. Imo vana forent seqq. πλανοῦσι γάρ... post ea quæ interpolata judico. Verum illam πονηρίαν, quid sit, explicat noster subjiciendo rem haud nuntiatam hucusque: πλανοῦσι γάρ... Supplevit contra nescio quis in margine esse hanc μετάλλων ἐργασίαν causam avaritiæ, et inde ortam ἀνυπέρβλητον πλεονεξίαν.

63. Πλεονεξία] Antiphanes apud Athenæum, III, pag. 108: ἄνθρωπος ἀνυπέρβλητος εἰς πονηρίαν. Πανουργία hoc vitium vocatur. Vide Appendic. ad Andronicum Rhod. p. 755. *Holsten.*

64. Ἀνεπιθέτῳ] Illud autem vocabulum ἀνεπιθέτῳ, si mendo caret, non videatur aliud posse appellare ἀνεπίθετον πονηρίαν, quam *improbitatem extremam;* ad verbum, cui nihil adjici potest. Pro eo tamen potius dicit ἀνυπέρβλητος. *Stephan.*

Hanc posteriorem voculam (τῇ) delerem. Vox ἀνεπίθετος deficit in lexicis. *Marx.*

Deficit ἀνεπίθετος vel in *Auctor. lexic. græc.* ed. Osanno, Darmst. 1824. Ceterum in loco, quem interpolationibus labo-

rantem judicaverim, potius suspicarer ἀντιπιθέτῳ additum fuisse, quam τῷ rejiciendum. — Hic vox πονηρία respicere videtur ad sensum *avaritiæ*. Distinguit tamen Theophrastus, nostri coævus, τὴν φιλοπονηρίαν, et πονηρίαν, ab αἰσχροκερδίᾳ (*a*).

65. Εἰσαγώγιον] Cujusmodi fuerit hoc vectigal, incertum esse autumat A. Bœckh. l. l. pag. 342, ubi nostrum locum tractat. *Marx*.

66. Συντονοὺς] Fors. τὴν συνουσίαν, omne humanum vitæ commercium tollentes. Sed fateor, nec hoc mihi satisfacere. Cogitavi etiam τὰ συντονὰ ἔπη αὖ. et alia. Quid sit συντονός, explicat Arist. Eth. Nic. IV, 10. *Marx*.

Ego intelligerem Oropios esse sapientibus, id est, *melioribus* infensos. De voce τραχεῖς morum asperitatem exprimente, cf. Jacobs. ad Philostr. *Icon*. p. 533.

67. Ἀθηναῖοι...] Quibus et depravatis, et alioqui etiam obscuris, aliquam afferre lucem vel ille Pausaniæ locus potest, quem modo citavi (1, 34) ut Athenienses Bœoti esse dicantur, qui origine sint Bœoti, in Atheniensium ditionem concesserunt. *Stephan*.

Thucyd. (II, cap. 23, fin.) Oropios vocat Ἀθηναίων ὑπηκόους. Conf. Strabon. lib. I, fin., et Pausan. *Attic*. I, 34. *Holsten*.

Suspicaretur aliquis verba hæc e margine in textum irrepsisse; iterum quidem occurrunt p. 14 (126, init.). *Huds*.

Fors. Ἀθηναίοις εἰσὶ βοηθοί, iis contra suos cives opem ferunt. Vide exemplum ap. Thucyd. l. l. Sic nostro loco subvenire conatus sum, quem Stephan. intactum reliquit. *Marx*.

Sensum simpliciorem ex vulgata lectione elicit Stephanus, quem tueor. Supra dixit noster parere tunc temporis Oropios Thebanis; sed ægre forsan parebant, Atheniensibus ex animo deditі, et adjicit Dicæarchus ab Oropiis Bœotos repudiari, et Oropos esse Athenienses Bœotos, id est, in Bœotia ipsa quasi Athenienses numerandos. Increpat eos noster, utpote contraria sectatos. Cujus propensionem animi ostendunt iterum sequentia de Platæensibus: οἱ δὲ πολῖται οὐδὲν ἕτερον ἔχουσι λέγειν, ἢ ὅτι Ἀθηναίων εἰσὶν ἄποικοι. Mox adjicit ille etiam: εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί. Ibi sensum melius intellexit Marxius, quamvis mendosa hæc quoque fere suspicetur. At locus locum explanat. Cf. Dodwell. supra pag. 19, et nostra p. 100.

68. Τελῶναι] Ita Aristophanes in *Equitat*. (vs. 248) hæc quoque conjungit. *Holsten*.

(*a*) Theophr. Charact. περὶ ἀπαιτηρίας, fin., et περὶ Αἰσχρ. in Siebenk. *Anecdot*. pag. 134.

69. Καινὸν τέλος] Sic accipienda est vox, ut in ejus ambigua significatione ludere hunc Comicum intelligamus (Recte! G.) Non dubito autem quin præcederet apud illum Comicum mentio Oropiorum: alioqui is qui præponitur versus, sequi deberet. *Stephan.*

70. Ὠρωπίοις] Ad explicandos Oropiorum mores admodum facit locus Platonis *de Legg.* IV, 1, pag. 705, A. Πρόσοικος γὰρ θάλασσα χώρᾳ sqq. *Marx.*

71. Κλοπῶν] Furtorum sive latrociniorum. Sed T. Hemst. ad Lucian. *Dial. mort.* t. II, p. 535, Bip. legi mavult κλώπων. Oropum inter Athenas et Tanagram sitam esse, Pausanias ait l. l.; et ap. Thucyd. III, 91, Athenienses Oropo profecti Tanagram aggrediuntur. Pugna ad Tanagram ἐν Οἰνοφύτοις (ad quod et vinum Tanagræum, quod Dic. laudat, pertinet) nota est. Cf. intpp. Thucyd. I, 108, p. 184, ed. Gottl. *Marx.*

Stephanus hic conjicit videri Dicæarchum, quum dicit furta ibi esse minime timenda, *addere, quod alioqui parum utilia dominis suis illa oliveta esse possent.* Sed fallitur vir cl. Nihil aliud agit noster, quam rem rei superaddere, nec seriem rerum ita subtilem cogitat. Hic latrones non esse ait, mox juxta Platæas esse innuit.

72. Λευκή] Vide Stephani *Schediasm.* IV, sched. 17. *Huds.* De ortu hujus urbis cf. Pausan. IX, 20, et Plutarch. *Quæst. gr.* 37. — Mox de voce ἀργιλλώδης, cf. Ruhnk. ad Tim. ad voc. Ceterum illud λευκή fere idem valet ac *sicca* regio, quum Etym. M. (pag. 629, 32, voc. ὀργάς) μελάγγειον καὶ ἔνυδρον γῆν conjungat. Illud etiam innuit noster, qui, p. 126, Thebarum χώραν μελάγγειον dicit, et mox κάθυδρον atque χλωράν.

73. Vulgo τοῖς δέ] Ego τοῖς τε; illud sensus efflagitare videbatur. *Marx.*

74. Προθύροις] Ea (vestibula) a Græcis varie ornari solita fuisse etiam ex Homero notum, qui Iliad. θ' et Odyss. χ': ἀνώπια παμφανόωντα, quem locum Hesychius ita explicat: ἀνώπια· τὰ κατ' ἄντικρυ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παριόντων. Rectius omnino quam Eustathius ad loc. Iliad. *Holsten.*

75. Ἐγκαύμασιν] Ἐγκαύμασι, alio quam ad picturæ genus referri haud posse arbitror. De eo autem dictum a me fuit in *Thes.* in ἐγκαυστής, in ἐγκαυστός, et in ἐγκαυστικός. Atque ex eodem posse ferri hic ἀναθηματικοῖς (quod primo aspectu mendi suspectum cuipiam fuerit) disces. *Stephan.* Ἐν καύμασιν. *Vulc.* Vide Stephan. Thes. L. G. v. ἔγκαυσις, et inprimis Salmas.

ad Solin. pag. 231, qui ad nostrum explicandum excitat Vitruv. IV, 6; ipsaque forium ornamenta cett. et Ausonium: Ceris inurens januarum limina et atriorum pegmata. *Marx.*

76. Vulgo Ἀναθηματικοῖς] Scribendum ἀναθηματικοῖς. Vox in Schneidero deficit, extat in V. Schmidtii libello: 1000 griechische Wörter. Berl. 1817. *Marx.*

77. Πρωτεύουσα] Hinc explicandum caput Bacchi, hedera cinctum, in nummis Tanagræorum. Vid. Rasch. Lex. N. T. V. P. I. pag. 501. *Marx.*

Huc et respicit Dionysii templum Tanagræum, Asopo amni proximum, de quo Pausanias, IX, 20, p. 749, Sylb.

78. Οὐσίαις] Elegantissimi sunt versus Euripidis: Καπανεὺς ὅδ᾽ ἐστίν; quos Athenæus adducit IV, pag. 159. *Holsten.*

79. Λιτοί] Λιτὸς ἁπλοῦς, ψιλοὺς εὐτελής. Hesych. Phocilid. sunt λιταὶ τράπεζαι. Epicurus in Epist. λιτοὶ χυλοί. Cic. *tenuissimum victum* vertit, at exquisitissimis cibis opponit. Hesych. λιτόβορος· εὐτελῶς τραφείς. Idem λιτοδίαιτος vocatur. *Holsten.*

80. Τοῖς δὲ βίοις λιτοὶ, πένης] Λιτοὶ πένης,. γεωργοί... in cod. Hervurt. teste Hœschelio. *Huds.*

81. Ξενίαν] Hospitii jus (ita enim malo hic ξενίαν quam *hospitalitatem*) interpretari. *Stephan.*

Dicendi formam ἀγαθοὶ διαφυλάξαι (cujus exempla vid. in Steph. *Thes. L. Gr.* p. 10, col. 123, ed. Lond.) adimplet Sophocles *Electr.* 316, Erf.:... πέφυκεν ἐσθλός, ὥστ᾽ ἀρκεῖν φίλοις.

82. Στειχοπλανήταις] Fortasse πτωχοπλανήταις leg. *Casaubon.* Οἰκοπλανήταις, *Holsten.* στιχοπλανήταις in cod. Hervurt. *Huds.*

Casaubon. conjicit πτωχοπλανήταις et ἐπιδ. pro ἀποδ. (Cod. (στιχοπ. et ἐλευθέροις). Sed mihi vulg. recte se habere videtur. « Tanagræi non solum egenis civibus, sed etiam errantibus externorum mendicis de suo impertiunt. » Proprie est: den in der Irre herumwandelnden der Ausländischen. Habet sua noster sibi peculiaria verba et singulares locutiones, sicuti ejus et æqualis et amicus Theophrastus in libello æque lacero de Characteribus; sicut in hoc, sic etiam in illo caute et sobrie agendum est in mutandis vocabulis novis, aut novo modo usurpatis. *Marx.*

83. Ἀποδημητικῶν] Fort. τῶν Ἐπιδημητικῶν. *Casaub.* et *Holst.*

84. Vulgo ἄπεστι] Videtur certe, dicendo μισοπονηρίαν inde abesse, significare nullam ejus occasionem præberi. Quum enim πονηρία excitat ad μισοπονηρίαν, causam affert propter quam non facile huic urbi πονηρία innascatur. (Hæc subtilius. G.) Jam vero et hoc considerandum est, eum non

dixisse simpliciter μισοπονηρία, sed αὐθέκαστος καὶ πικρότερος μισοπονηρία: nimirum tanquam de ea quæ modum excedit, loquentem: non aliter quam si dixisset ἡ ἄγαν μισοπονηρία: ut Plutarch. in lib. *de virt. mor.* (p. 452, A, ed. Franc.), vitandam περὶ τὰς ἀμύνας esse dicit τὴν ἄγαν μισοπονηρίαν, non secus ac τὴν ἄγαν ἐπιθυμίαν circa voluptates. *Stephan.*

ὕπεστι cod. Hervurt. *Hæschelius.*

Sic audacter e cod. reposui p. vulg. ἄπεστι, quod nullo modo sensum commodum præbet, utut Steph. τὴν ἄγαν μισοπονηρίαν e Plutarcho vitium esse probare studeat. Αὐθέκαστος est *verax*, quo sensu h. v. Aristoteles usurpat Eth. ad Nicom. IV, 7, eamque explicat: ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ. Ex hoc libro plura possunt ad illustrandum et Dic. et Theophrasti libellum depromi, et vice versa, quod apparebit ex ejus editione, quam *Zellius* meus mox curabit. Pro αὐθέκαστος in cod. est ἕκαστά τι et quoque ὡς ἐπὶ τὸ πολύ itemque γίγνεται. *Marx.*

85. Ἀδικήματα] Nam (ut habet Aristoteles l. l. VII, 8.) — οἱ ἀκρατεῖς ἄδικοι μὲν οὐκ εἰσίν, ἀδικοῦσι δέ. *Marx.*

86. Προσπάθεια] Ante προσπάθεια copula καί deesse videtur: alioqui claudenda post φύεται sententia, et dicendum χαλεπὸν οὖν. *Stephan.*

Vide egregia verba Aristotelis apud Aul. Gell. lib. XX, cap. 4. *Holsten.* — (Mox) γάρ pro παρά legit Vulc. *Huds.*

Copulam hic inserui, quam Stephan. ante προσπάθεια collocari vult. Sed jam in h. v. apodosis incipit. *Marx.*

87. Ἡσυχῇ] Ibi ἡσυχῇ observandum est, quod interpretationem quam ei dedi (*aliquantum*), licet ejusmodi quæ videri nova possit, aut ei similem, poscere videtur. *Stephan.*

Mihi et hic et infra, ubi recurrit, hæc vocula suspecta est. Ἔρημοι σταθμοί in Xenoph. *Anabas.* aliquoties dicuntur. *Marx.*

88. Πρὸς τὸν Κιθ.] Cf. Plut. *Aristid.* (§. XIV, init. Hutt.); Herod. II! (Potius IX, 21 et 25. G.); Strab. IX, p. 411. *Holst.*

Est via ἡ πρὸς Κιθαιρῶνα, ... ἡ ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσα (ap. Thucyd. III, 24), quam latrociniis infestam fuisse et alii tradiderunt. Vid. Diog. l. II, 136; Lucian. *Diall. M.* 27, ubi est: ἐπιφόνου τινὸς ὑπὸ λῃστῶν παρὰ Κιθαιρῶνα sqq. Ad hæc igitur ἐπισφαλής refero, et delerem v. οὐ, aut scriberem ἀσφαλής cum Hemsterh. ad Lucian. *Diall. M.* t. II, pag. 535, qui tamen vulg. tuetur, sensu diverso intelligens, « viam, quæ in Cithæronem erigeretur, præcipitiis non valde fuisse periculosam. » Sed tunc Dic. aliquid additurum fuisse credo. *Marx.*

89. Οὐ λίαν] Fors. οὐ λίαν. Ceterum adi conjecturas in not. supra.

90. Ναοὶ δύο εἰσὶ, καὶ στοὰ] Nam hæc urbs ὑπὸ τῶν Θηβαίων καθῃρέθη πλὴν τὰ ἱερά. Pausan. IX, 1. Conf. Wessel. ad Diodor. XV, 41. *Marx.*

Refert Pausan. IX, 1, Platæenses bis expulsos fuisse, et bis in patria restitutos; primum a Lacedæmoniis obsessos, teste et Thucyd. III, 68, et redintegratos post pacem antalcideam; iterum expulsos a Thebanis anno tertio ante leuctricam pugnam *(a)*, et a Philippo restitutos post pugnam chæronensem. Cui redintegrationi adludant Posidippi versus non liquet. Quando floruerit hic poëta etiamnunc incertum *(b)*. Ait quidem Pausanias in posteriori ruina a Thebanis illata ante leuctr. pugnam, omnia diruta fuisse πλὴν τὰ ἱερά; et videntur his concinere posse Posidippi verba. Sed potuerunt hæc scribi de Platæis post prius excidium restitutis, et quadrare etiam cum urbis statu post secundam eversionem resurgentis. Nihil aliud quam conjecturam profero. Sed si Pausaniam ad verbum perpendamus, fana tantum sua urbi superfuerunt post posterius excidium; laudat Posidippus *templa duo*, et *porticum* et *balneum*. Scio equidem et domus hic subaudiri; sed præcipua saltem monumenta auctores expresse enuntiant: Posidippus autem plura numerat, quam Pausanias. Nunc vero si ad Thucydidem nos convertamus, et ad priorem Platæarum eversionem, superest post ruinam primum τὸ Ἡραῖον ipsum, sive Junonis fanum, cui καταγώγιον διακοσίων ποδῶν adstruxerunt. Illud diversorium πανταχῇ κύκλῳ οἰκήματα ἔχον κάτωθεν καὶ ἄνωθεν, satis respondere videtur τῇ στοᾷ Posidippi. Et illud diversorium facile continebit τὸ βαλανεῖον, et celeberrimi cauponis Sarambi *(c)* gloriam. Considerandum est insuper laudare Posidippum templa duo, et Thucydidem jam supra dictis addere: καὶ νεὼν ἑκατόμπεδον λίθινον ᾠκοδόμησαν αὐτῇ (τῇ Ἥρᾳ). Sic duo templa habebunt Platææ post prius excidium, sicut in Comici verbis. Possunt igitur hi versus priorem eversionem exprimere, et a nostro laudari respectu posterioris excidii (sic enim sæpe antiqui versiculi laudantur ob eventum recentiorem): et forsan floruit Posidippus Siculus in intervallo ab ann. 427 ad 368 ante Christ.

91. Σηράμβου] Non absimile est nominari Σήραμβον, qui ab alio Comico apud Athenæum appellatur Σάραμβος, et

(a) Pausan. loc. cit. pag. 713, post med.

(b) Conf. Schœll. *Histoire de la Littérature grecque*, t. VI, pag. 49, 50, ed. poster.

(c) Conf. mox not.

cujus, tanquam nobilis cauponis (nam dicitur κάπηλος) fit mentio. Atque ita perinde fuerit ac si dixisset, καὶ τὸ καπηλεῖον, id est, caupona. *Stephan.*

Συγρίμβου edidit Hoeschel. forsan Σηρίγγου vel Σηριγγίου, quum balnei mentio præcesserit. Vide Meursii *Lect. Attic.* lib. V, cap. 30. *Huds.*

Σαραμβου pro Σηρ. scripsi; ille enim erat caupo celeber Athenis, Platæis ortus. Vid. Toup. Em. in Suid. p. 409. Plat. *Gorg.* p. 246. Heind. *Marx.*

Cujus meminit et Aristides, t. II, p. 192, fin., et 214, Jebb.

92. Ἀκτή] At vero tertius versus, quum mendi suspectus sit (nisi potius aperte mendosus esse dicendus est) nemini auctor fuerim, ut in sensu eruendo ex eo multum operæ ponat. *Stephan.*

Non puto locum esse mendosum. Ἀκτὴν vocat urbem incolis destitutam et solam. Notum illud Ciceronis de Q. fratre: *non homo, sed litus, atque aer et solitudo mera. Casaub.*

Δειλαιος μὲν ἀκτή. *Holsten.* (ap. Huds.; sed aliter ille in ed. Manzi, sic:)... Existimo, reliquo quidem tempore, urbem hanc fuisse vacuam et desertam, imo non urbem, sed littus et solitudinem meram..... Eleutheriis vero, quod festum quinto anno quoque Jovi Eleutherio, teste Pausan. aliisque, celebrabant, urbem fuisse satis populosam... Quare legendum τοῖς δὲ Ἐλευθερίοις πόλις. Vide Pausan. *Bœot.* init., Strab. IX, pag. 412. *Holsten.*

Vossius ad Scyl. pag. 9 Huds. (p. 336, 337) legit τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις, hoc sensu: « urbem non esse, quod vacua sit, maximaque parte ex amœniis constet. Ubi vero Eleutheria celebrantur (quod quoque quinquennio Platæis fiebat), quia magnus tum hominum ibi fit concursus, fieri urbem. » Mihi in mentem venit αἱ δ' Ἐλευθεραὶ πόλις: Platæas quidem solitudinem esse, sed Eleutheras, quæ urbs proxime jacebat, veram urbem. Strabo, IX, pag. 629, de Thespiis et Tanagra dicit: μόναι συνεστήκασι τῶν Βοιωτικῶν πόλεων, τῶν δ' ἄλλων ἐρείπια καὶ ὀνόματα λέλειπται. Idem p. 631, de Eleutheriis. *Marx.*

Ego vossiana emendatione utar, sed non vossiano sensu. Nempe, ni fallor, ait tantummodo his τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις, parere hanc urbem qualemcumque Eleutheriis, sicut supra dixit (pag. 123, init.), esse Oropum οἰκίαν Θηβαίων. Illud satis ostendit series rerum adversativa οἱ ΔΕ πολῖται... *Et tamen* (quamvis Eleutheriorum sint, id est, bœoticæ gentis), *contendunt se Atheniensium colonos esse;* et paullo ulte-

rius : εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί, *sunt illi Bœoti Attici*. Cf. not. 67, pag. 182. Sed quum locus ita intellectus Eleutheras præbeat Bœotiæ adscriptas, conferendus est Strabonis locus pag. 631, fin., doctissimo *du Theil*, sic recte emendato *(a)*: εἰσὶ γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον, ἅς οἱ μὲν Ἀττικῆς, οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασίν. Nempe tunc temporis Bœotiæ hæc civitas erat; sed sub ditione Bœotorum non erat, ex quo Philippus multa fecerat ἐπὶ καταλύσει τῶν Θηβαίων, ut ait Pausanias, IX, 1, fin.

93. Καὶ ὅτι... ἡ μάχη ἐγένετο] Hoc mirum est, nam præter illud prælium Platæenses bello Peloponnesiaco et fortitudine et infortunio insignes fuere. *Marx.*

De prælio ibi commisso cf. Aristid. *Panath.* (p. 254, ed. Cant.); Thucyd. II (III, 58). *Holsten.*

Multus est ibi Stephanus l. c. col. 22, ut gloriam Platæensium fulciat, et miretur verba Dicæarchi. Hoc contra mihi mirum, neque Stephanum, neque Marxium, subodoratos fuisse amarulentos hic Dicæarchi adversantis jocos, et cavillationes. Conf. pag. 100. Illud est quasi gallice haberemus : *Ils ont tout dit, quand ils se sont qualifiés de colonie athénienne, et quand ils ont rappelé que....* vel, *Ils ont toujours à la bouche....*

94. Ἀθηναῖοι Βοιωτοί] Cf. Thucyd. III (62, init.). *Holsten.* Cf. Thucyd. II, 3, et nostra pag. 182.

95. Στάδια π′] Juxta Thucyd. στάδια ο′. *Stephan.*

Cf. Pausan. *Bœot.* init. *Holsten.*

Scribendum ο′, nam (ap. Thucyd. II, 5.) ἀπέχει ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα. Jam cum appareat, quemadmodum numeri depravati sint, nihil pronuntiaverim de sequente ο′, cum in Anagraphe, Thebarum ambitus dicatur fuisse stadiorum 43. Donec igitur aliunde aliquid compererim de ambitu hujus urbis, stet sententia Barthelemii (*Voyage du Jeune Anacharsis*, t. III, c. 34, not.) « *que l'auteur parle, dans le premier passage, de l'enceinte de la ville basse, et que dans le second il comprend dans son calcul la citadelle.* » *Marx.*

96. Ἐπίπεδος] *Campestris* reddit Vulc. (Mox) μέση Vulc. *Huds.*

97. Περίμετρον... σταδίων ο′] Mendosa esse illa apparet ex pag. 7, vs. 95 (*Descript. Gr.* vs. 95, p. 113). *Huds.*

Cf. supra not. Marxii. Ego satis pronus Marxio adsentior in præfat. (p. 117, in Creuz. *Melet.* III) conjicienti non pro-

(a) Ad Strab. vers. gallic. t. III, *Éclairciss.* pag. 118 – 120.

fectam esse a Dicæarcho partem metricam; nam plura respiciunt ad alteram ætatem.

Procul dubio complectitur noster in circuitu 70 stadiorum, maximam totamque mœnium amplitudinem; nam Pausanias, IX, 7: Θηβαίοις δὲ ἐπὶ μὲν Κασσάνδρου πᾶς ὁ ἀρχαῖος περίβολος ἀνῳκίσθη. Sed non totum territorium innuit Dicæarchus, quum dixerit Pausanias idem, IX, 4, fin., etiam se vivente, Asopum amnem dividere a thebano Platæensium agrum. Liquet ex contextu, nostrum in *urbe* continere hortos quorum meminit, et ipsissimam urbem esse μελάγγειον dictam. Sed, quod jam conjecit Stephanus *(a)*, videtur Dicæarchus in sequentibus respicere ad territorium totum, nec ad urbem tantum, scribendo, ἱπποτρόφος δὲ ἀγαθή.... καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο, (*Ismenus* et *Dirce fluvii*), τὸ ὑποκείμενον τῇ πόλει πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες. Ceterum cf. *Essai sur la topographie de Thèbes,* auct. *Barbié du Bocage,* adnex. *Lemarii* Q. Curtio.

98. Τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος] Sic autem supra Tanagram describens, addidit et quis color ei in superficie esset: dicens eam esse λευκὴν τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδη: ita ut eundem usum præstet ibi vox ἐπιφάνεια, quem hic χρόα. Urbi autem tribuit utrobique, quod ejus solo convenit. *Stephan.*

Conf. supra not. 72.

99. Καινῶς δ' ἐρρυμοτομημένη] Eodem participio usus antea fuit in descriptione urbis Atheniensium, quum diceret κακῶς ἐρρ. διὰ τὴν ἀρχαιότητα; quasi videlicet innuens, veteres urbes non fuisse recte ἐρρυμοτομημένας. *Stephan.*

Ita prorsus: nam proposita *ichnographia* carere solent urbium initia; imo ab ortu non *urbes* fuere veterum civitates, sed pagi circum montem aut acropolim habitati, Athenarum instar et Thebarum ipsarum, teste Pausania, IX, 5, pag. 719, med. Cf. adnot. in Scyl. pag. 550.

100. Τρίς] Vide Spanhem. ad Callim. p. 380, 381. *Huds.*

Primum (ut ait Spanhem. ad Callim. D. vs. 88), ab Epigonis Argivis, dein belli trojani tempore a Pelasgis, postremo ab Alexandro M. Ap. Athenæum, XIII, p. 591, D, Phryne ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας, ἐὰν ἐπιγράψωσι Θηβαῖοι· Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα. *Marx.*

101. Διὰ τὸ βάρος] Verba illa perinde intelligenda erunt, ac si dixisset, διὰ τὸ βαρεῖς εἶναι ὑπὸ τῆς ὑπερηφανίας *(b)*. *Steph.*

(a) Loc. cit. col. 24, E. Ceterum, mox (col. 25, E), fallitur Stephanus vertendo ap. Pausan. IX, 5, ἡ κάτω πόλις, *Thebæ, quæ posteriori tempore fuit*, dum de *inferiori urbis parte* agitur.

(b) Cf. nostra pag. 100. G.

Cf. Ephor. ap. Strab. IX (pag. 617, Almel.), Themist. *Orat.* 19. Cornel. Nep. in *Epamin.* et *Themist.*; Steph. ex Ephoro, voc. Βοιωτία. *Holsten.*

102. Ἱππότροφος] Euripid. *Phæniss.* init.: Ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ. *Holsten.*

Thebas, equorum altricem, sæpe poëtæ, inprimis Pindarus, celebrant, v. g. Pyth. IX, 146: λευκίπποισι Καδμείοις μεταμειχθεὶς ἀγυιαῖς. *Marx.*

103. Χλοερά τε καὶ γεώλοφος] Unde ap. Eurip. *Phæniss.* 659: γαίας Δίρκας χλοηφόρους. Cf. Valcken. et vs. 833. *Marx.*

Ut satisfaciam hic Stephano hærenti loc. cit. col. 24, 25, liquet hic γεώλοφος non significare *montosam*, quum supra noster dixerit πᾶσα δ' ὁμαλή, sed *terræ pinguis et feracis colliculos*, ubi fundum soli altius descendit. Hujusmodi sensum Strabo huic voci adhibuit his verbis (a): πλευρὰν δ' (hi montes)... εἰς ἄλλα ὄρη γεώλοφα καὶ καλλίκαρπα. Non frigide addidisset Strabo γεώλοφα post ὄρη, si altitudinem tantum exprimere voluisset; et auctoris mentem aperit subjunctum epithetum καὶ καλλίκαρπα. Hic locus Dicæarchi lectionem γεώλοφα in Strab. fulcit, de qua dubitare videtur Schneiderus in *Lex.* Mox (p. 133, l. 4), eodem sensu γεώλοφος, de Chalcide, et p. 140 de monte Pelio.

104. Ποταμοί] Cf. Spanhem. ad Callim. p. 376. *Huds.*

105. Ὑποκείμενον] Sic e Cod. dedi. Vulgo ἐπικείμενον. *Marx.* Mox Vulc. ἀπὸ τῆς Καδμείας.

106. Μεγαλόψυχοι] Magnus animus male educatus, pessimus est. Vide Platonem, VI, *de Rep.*; Sallust. in Catilin.: *animus vastus.* Plato in *Alcib.* II, pag. 140. *Holsten.*

107. Κατανωτισταί] Hæc vox merito nova videatur, pro iis, *qui terga vertunt omni justitiæ*, sive post tergum abjiciunt omnem justitiam. *Steph.*

Leg. καὶ κατανωτισταί. *Hœschelius.*

Vocabulum solum ex hoc loco notavit Schneid. in Lex. *Marx.*

108. Οὐ λόγῳ] Scribe λίαν pro λόγῳ. *Vulc.*

Cod. λία... unde E. Græv. adscripsit λίαν, quod tamen non placet. *Marx.*

109. Περιποιητ. βίαν] Hesiod. *Op. et D.*, vs. 187. χειροδίκαι, ubi Moschopulus, p. 52, et Proclus: οἱ τῇ βίᾳ τῶν χειρῶν τὸ δίκαιον ὁρίζοντες, et Tzetzes οἱ... χερσὶ καὶ ἰσχύϊ πάντα δρῶντες. *Holst.*

(a) Lib. XVI, pag. 1095, B, pag. 185, ed. Coray.

110. Γενόμενα πρὸς αὐτοὺς τοῖς δὲ] pro τοῖς δὲ, si reponatur τῖς, non impeditus erit orationis cursus. *Steph.*

Leg. γενόμενα. *Vulc.*

Ego vulgatum τοῖς δὲ ἀθληταῖς servo ; sed ut adseram marginalem adnotationem esse, qua nescio quis voluit τὰ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γενόμενα πρὸς αὐτούς, fuisse facta, *illis utpote athletis*. Nempe uno verbo, et marginalis instar admonitionis, exprimit interpolator, quæ fusius dixerat noster.

111. Δικαιολογίαν μεταφέροντες] Scrib. δικαιοσύνην. *Vulc.*

Ita Polyb. *Excerpt. legat.* vs. 38. *Holsten.*

« Quæ in gymnicis agonibus apud eos fiunt athletis, violenta, ea in judiciorum disceptationem veniunt. » Sic vertit h. l. atque simul illustrat Ez. Sphanhem. ad Julian. Orat. I, p. 124 (Lips. 1696). *Marx.*

112. Δι' ἐτῶν] St. hæc sic reddit : « Ideoque controversiæ apud eos nonnisi tricesimo quoque anno in judicium deducuntur. » Quod vereor, ut recte translatum sit. Equidem potius reddam : « Quare apud eos *quotannis* ad minimum triginta (ejusmodi) causæ dicuntur. » Sed ut et reliquis verbis sensus constet, verba φόνοι — αἰτίας ponenda sunt ante ὁ γὰρ μη. et tum περί τινος τοιούτου explicandum διὰ τυχοῦσάν τινα αἰτίαν. *Marx.*

113. Οὐ βουλομένων τὰς δίκας συντελεῖσθαι] Vult Stephanus l. c. col. 27, C, hæc non significare *litibus finem imponi*, sed *controversias in judicium deduci*, quasi vertendum esset εἰσάγεσθαι ; sed a sententia viri cl. recedo.

114. Διατρέχουσι] Nusquam, quod sciam, usurpatur hoc verbum eodem sensu. Cf. not. 82, 122 et 170.

115. Πάσης ἄξιοι φιλίας] Habet Steph. πάσης ἀσφυλίας, pro quo reponit ἀλλοφυλίας. De hac veteri lectione tacent Hœschelius, Hudsonus Marxiusque, et habent πάσης ἄξιοι φιλίας, ceu genuinum.

116. Πορείαις, ῥυθμοῖς] Sed πορείας ῥυθμοῖς legendum puto, atque hanc lectionem in mea interpretatione sequor. *Steph.*

Lectionem vulgatam retinendam suadet Vulc. *Huds.*

Ita apud Athen. XIII, p. 581, A : Τό τ' εἶδος αὐτῆς τοὺς ῥυθμούς τε καταμαθών. Apud Max. Tyr. *Dissert.* IV, init. Virtus ex Prodico introducitur βαδίζουσα ἠρέμα φθεγγομένη μουσικῶς. Voluptati contra tribuitur βάδισμα ἄτακτον, καὶ φωνὴ ἄμουσος. Cf. Aristot. Rhet. c. 22. ἐν ῥυθμῷ βαίνειν. Lucian., aliique et Πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνειν... Plutarch. de ed. puer. Σώματος εὐρυθμία. Cic. II, *de Divin.* : *status ac motus corporis*... *Holsten.*

Lectionem vulgat. retinendam suadet Vulc. *Hudson.*

Ut poeta : « vera *incessu* patuit dea. » St. vult. πορείας ῥυθμοῖς, quod difficilius quam alterum. ῥυθμοῖς f. ad saltationem referendum. *Marx.*

Fortasse scrib. Χορείαις, ῥυθμοῖς. *Jacobs* in Philostr. *Icon.* p. 728.

117. Τὰς πύλας] Salmasius ad Sol. pag. 145, legit ταῖς πύλαις, non male. *Marx.*

118. Αἱ θνηταὶ θεούς] Verum ita legendo hunc posteriorem versum, ad laudem virorum, magis quam mulierum facere... videtur. Hinc fit, ut non dubitem postrema verba ita invertere : Οὐ δὴ μόνον τίκτουσιν οἱ θνητοὶ θεάς. *Steph.*

Thebis olim natos Bacchum et Herculem, numina duo, Græci poetæ fabulantur... Nihil igitur mutand. hic censeo. *Cas.*

Recte Casaub. hanc lectionem tuetur. cf. Lucian. πατρίδος ἐγκωμ. §. 5, Reitz. Aristid. *Panath.* : ἔχει ταῖς Θήβαις χάριν καί τι μὲν ἡ τῶν θεῶν γένεσις. Cf. Eustath. ad Dionys. vs. 623. *Holsten.*

119. Ὥσπερ] Ὥστε pro ὥσπερ reponit Steph. *Huds.*

Ante h. v. ὥστε excidisse videtur, vel cum St. illud in hoc mutandum. *Marx.*

120. Λευκά] Hunc usum et nunc adhuc in illis regionibus obtinere, recentiores, qui ibi itinera fecerant, affirmant. *Marx.*

121. Μίχει τ. κορυφῆς] Lucianus in navigio (§. 2, p. 248, Reitz.) : μειράκιον.... ἀναδεδεμένον ἐς τοὐπίσω τὴν κόμην. Vide Polluc. IV, c. 10. *Holsten.*

122. Λαμπάδιον] Hæc vox hoc signif. nullibi occurrit. *Marx.*

123. Οὐ βαθύ] Qualia erant Colophonia calceamenta, teste Hesychio : Κολοφώνια ὑποδήματα κοῖλα, sicuti contra Σικυώνια ὑποδήματα γυναικεῖα καὶ ψιλά. *Holsten.*

124. Ὑπόδημα... φοινικοῦν... ὑσκλωτὸν] Lego ἀγκύλωτον δὲ, ὥστε γυμνοὺς σχεδὸν ἐκφαίνεσθαι τοὺς πόδας. *Casaub.*

Frustra in hac voce se torquet Stephanus, qui ejus loco κυκλωτὸν, vel ἄκλειστον reponere conatur. cf. Hesych. cui ὕσκλοι, ἀγκύλαι, βρόχοι, οὓς ἡμεῖς ὕσκλους τῶν ὑποδημάτων, καὶ τὰς λαγνὰς τῶν ἱμάντων. Tale est Ovidii, lib. III, *Art. am.* (vs. 271) : *Pes malus in nivea semper celetur aluta ; Arida nec vinclis crura resolve tuis. Holsten.*

Verum ὑσκλωτὸν probum esse censent Vulc. et Salmas. in *Exercit. Plin.* c. 2, pag. 41 (p. 51, ed. 1529). *Huds.*

« Ὑσκλωτὰ ὑποδήματα sunt ansulæ vel corrigiæ, quibus adstringuntur crepidæ ; obstrigillæ ap. Plin. IX, 36. » Salmas. ad *Solin.* pag. 56. Sic fere et Schneid. *Lex.* s. v. Casauboni

igitur conjectura ἀκάλυπτον, aut Stephani κυκλωτόν, vel ἄκλειστον, aut tandem Gronovii δικιονωτόν plane non opus. Vox. in cod. notata. *Marx.*

Illud Dicæarchi ὑπόδημα φοινικοῦν, ταπεινὸν καὶ ὑσπλωτόν, ut jam observavit Otfr. Müllerus in *Geschicht. Hellen.* &c. *Orchom.* p. 28, explanat Herodoti locum huncce de asiaticis mulieribus quibusdam, I, 195 : ὑποδήματα ἔχουσι ἐπιχώρια, παραπλήσια τῇσι βοιωτίῃσι ἐμβάσι.

125. Βαρεῖα] Hinc. ᾄδειν βοιώτιον apud. Aristoph. et alios comic. Lucianus *in Jove Tragœd.* (S. 32, Reitz) : ἄγροικον... καὶ δεινῶς βοιώτιον. Huc pertinet illud Hegesiæ dictum, inter Excerpta Agatharchidis ap. Photium (p. 1336, ed. Schott.) : τὸν γὰρ μέγιστα φωνήσαντα τόπον, ἄφωνον ἡ συμφορὰ πεποίηκε. *Holst.*

Inde βοιωτιάζειν Xenophon *Anab.* III, 1. *Marx.*

126. Ἐνθερείαν] « Ad transigendam vero æstatem ibidem urbs maxime opportuna; aquam enim habet plurimam, eamque frigidam, hortosque consitos; est præterea commodo quoad ventos situ et vernante seu grato aspectu, fructibus insuper, omnibusque rebus ad victum venalibus abundans. » Sic vertit Spanhem. ad Callim. H. Del. 87. pag. 438. ed. Ern., qui etiam pro πρόσοψιν habet πρόοψιν, et ad εὐήνεμος comparat Theophr. Pl. III, 7. εὐπνους sqq. Idem legit ἐχέπωρον sine scrupulo, quod tamen ejus versionem non patitur, unde patet eum cum Casaubono legisse ἐχόπωρον (h. e. πολλὴν ἔχουσα ὀπώραν), probatum et Valckenario ad Eurip. Phœniss. p. 330. Stephani ἐχέπωλον vix mentione dignum. Græv. adscripsit εὐόπωρος, quod equidem præferam. *Marx.*

127. Οἷα βελτίστη] Οἷα χειρίστη (mox) scripsi, non οἷα τε, sicut præcesserat οἷα βελτίστη, et passim Græcos loqui solere scimus. *Steph.*

Sic loqui solent optimi scriptores. Theocritus, XIV, 72. Μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος. *Marx.*

128. Ἐχέπωρος] Lego ἐχόπωρός τε, καὶ τοῖς θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονος. Est autem ἐχόπωρος elegantia hujus scriptoris non indigna vox, ἀντὶ τοῦ πολλὴν ἔχουσα ὀπώραν. *Gronov.*

(Supra) ἔτι deleri jubet Vulc. Pro ἐχέπωρός τε, Holsten. εὔπορός τε. Εὐόπωρός τε Vulc. et Berkel. ad Stephan. pag. 33. *Hudson.*

Cum Jos. Scaligero malit εὐόπωρος Holsten. in Manzii ed., pag. 37.

129. Οἷα χειρίστη] Οἷα τε Vulc. Τέ rectius omitti censet Stephan. *Huds.*

130. Νίφεται] Cf. Thucyd. III, 23, de tempestate cœloque Bœotiæ: — καὶ ἡ νὺξ πιούτῳ ἀνέμῳ ὑπονιφομένη sqq. *Marx.*

Mox vulgo σίλοιχοι. Rescribunt Stephan. et Marxius στίχοι.

131. Λάωνος] Laonis cujusdam meminit Stobæus. *Hudson.*

132. Διαφόρου] Stephanus in *Thesauro*, et Dionys. Halic. similem locutionem adtulit: ἀνεῖσθαι πολλοῦ διαφόρου μικρῷ. Eundem secutus, pro ἐφήμερος scripsit ἐφίμερος. *Marx.*

133. Vulgo Ἐφήμερος] Scribo autem ἐφίμερος, licet invenerim ἐφήμερος. *Stephan.*

134. Ἀμαξήλατος] Hæc minime sana existimo. De h. via cf. Tzschuck. ad Strab. III, p. 409. Hic Cod. desinit. *Marx.*

135. Ἐπ' αὐτῆς τῆς Εὐβοϊκῆς] Strab. IX, p. 620. Ἀνθηδὼν λιμένα ἔχουσα, ἐσχάτη τῆς Βοιωτικῆς παραλίας τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ. *Marx.*

Conjicit Vulc. pro Εὐβοικῆς, Βοιωτικῆς.

136. Ἱεροῖς ἀνειλημμ.] Pausan. IX, plurium præterea templorum, quæ Anthedone viderat, meminit. *Marx.*

137. Εὔοινος] Extat oraculum apud Athen. I; et Plutarch. *Græc. Quæst.* (S. 19, p. 388, Hutt.). Plutarchus quærit, Τίς ἡ Ἀνθηδὼν, περὶ ἧς ἡ Πυθίας εἶπε,

Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις;

ἡ γὰρ ἐν Βοιωτοῖς καὶ ἔστι πολύοινος, et Calauriam insulam intelligi respondet, quæ Anthedonia dicta olim fuerat. Item Thebanorum ager ob frumenti fertilitatem ab Eubulo quoque comico commendatur apud Athen. (II, p. 47). *Holsten.*

138. Σίτῳ] Illud σίτῳ mendose scriptum esse puto, pro οἴνου. *Stephan.*

De voce λυπρὰν cf. Ruhnken. ad Tim. voc. γεωπεῖναι, p. 68.

139. Πορφύρας] Scribe πορφυρῶν. *Vulc.*

Hic laudat Stephan. Pollucem, I, 9, S. 6, et VII, 31, fnit.

140. Πάντες δὲ λεπτοί] Ita lege et interpunge: πάντες δὲ λεπτοί, τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων καταβεβρωμένοι· ταῖς κατὰ θάλατταν ἐργασίαις προσπεπονθότες· πορθμεῖς οἱ πλεῖστοι καὶ ναυπηγοί. *Stephan.*

141. Καταβεβρωμένοι] Maris salsedinem ungues erodere in piscatoribus nautisque sæpe videmus. De unguibus vero notat Solinus, c. 4 (!): *Cum salsiores escas edit gravida, unguibus caret partus.* Et Propert. Eleg. (lib. III, el. 7, vs. 51. G.) de naufrago: *Huic fluctus vivos radicitus abstulit ungues. Holst.*

142. Προσπεπονθότες πορθμοῖς] St. conj. πορθμίοις, summa propensione animi ad navigia conversi; sed magis ei placet totum locum sic constitui: καταβεβρωμένοι· ταῖς κ. θ. ἐργ. προσπεπονθότες· πορθμεῖς οἱ πλ. *Marx.*

143. Vulgo αὐτοὺς] Nempe ἐργαζομένους. *Steph.* αὐτὴν rescribit Vulc. *Hudson.*

Sic (αὐτοὺς) scripsi pro vulg. αὐτοὺς, et post ἔχοντες comma posui, sensu id efflagitante. *Marx.*

144. Γλαύκου] De hoc vid. Heyn. ad Hom. *Il.* II, 508, tom. IV, pag. 301; et Pausan. IX. Nonni Dionys. XIII, 73, p. 354. *Marx.*

Holstenius laudat et Theolytum ap. Athen. VII (p. 296, A; cf. et p. 679, A. G.), et Schol. Apollon. I, 1310.

145. Θεσπιαὶ] Θεσπιεῖαι in cod. ms. teste Stephano. *Hudson.* Suspectum est illud μόνον, præsertim quum præcedat μέν. Magis etiam suspectam habeo particulam οὐ, nec dubito quin mutari in εὖ debeat. *Stephan.*

Sic legit Holstenius: Θεσπιαὶ φιλοτιμίαν μὲν ἔχουσι, μνήμην ἀνδρῶν, καὶ ἀνδριάντας εὖ πεποιημένους· ἄλλο δὲ οὐδέν. *Huds.*

146. Ἀνδριάντας] Strab. VI, p. 629: Αἱ δὲ Θεσπιαὶ, πρότερον μὲν ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τὸν Πραξιτέλους, sqq. cum nota Casauboni. *Marx.* Laudat Holsten. Plin. 36, c. 5.

147. Vulgo Ἐν Ὠρώπῳ] Potius Ὠρωπῷ. *Huds.* (Sic et Marx).

148. Τὴν φιλοπενίαν] Causam hujus dicterii habes apud Plutarch. in *vit. Aristid.* (Ubinam? G.) *Holsten.*

Quod vitium ex solo eorum studio armorum profectum videtur. Heraclid. Pont. ad finem: Παρὰ Θεσπιεῦσιν αἰσχρὸν τὸ τέχνην μαθεῖν, καὶ περὶ γεωργίαν διατρίβειν. Ad reliqua urbium Bœoticarum, et aliunde notarum, ἀκληρήματα quod afferam, vix aliquid habeo. Haliarti quidem ἀναισθησίας exemplum non agnosco in amatoria illa narratione duorum Haliartiorum ap. Plut. Ἐρωτ. pag. 771, magis in altera ap. Pausan. IX, ubi pater, oraculi jussu, suum filium occidit; nec cur febris Onchesti habitaverit, intelligo, quam Homerus *Il.* II, 506, ἱερὸν, et Hymn. in Merc. 186, λεχεποίην et ποιήεντα vocat. Fortasse transposita sunt substantiva, et Haliarto febris tribuenda, quæ urbs ἐν στενῷ χωρίῳ, μεταξὺ ὑπερκειμένου ὄρους καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης — καὶ τοῦ ἕλους sita erat. Strab. IX, p. 631. *Marx.*

149. Σταδια ο′] Suspecta esse hic possit librarii fides... tamen paulo post, ubi dixit itidem de Chalcide, eam esse stadiorum 70, addit: μείζων τῆς ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς αὐτὴν φερούσης ὁδοῦ. Quod si legeretur non σταδίων, sed σταδίοις (est enim compendiose scriptum hoc vocabulum, et ita ut utrovis modo legi possit), tum vero tanta hæc magnitudo suspectam hic potius, quam illic ejusdem librarii fidem redderet. *Steph.*

150. Σαλγανέως] Strab. VI, pag. 618: πλησίον (τοῦ Εὐρίπου) ἔστιν ἐφ' ὕψος κείμενον χωρίον Σαλγανεύς. *Marx.*

151. Ἄλσεσι] C. Pal. habet ἄλσιον, unde Hœsch. effingit λάσιον, scil. δένδρεσι, quod probo, nam ἄλσεσι καταῤῥύτων dici nequit. *M.*

152. Σταδίων ο'] Et Stephano (cf. not. 149), et mihi hæc suspecta sunt; tamen, quomodo succurram, nescio. *Marx.*

Minime suspecta librarii fides, nisi quod interpolata crederem hæc μέχρι τοῦ Σαλγανέως. Nam nusquam, quod sciam, reperias intervallum *unum* dari *ab urbe... ad urbem, atque ad aliam urbem.* Nempe, quum, teste Strabone, p. 686, A, Chalcidenses suam urbem, Alexandro regnante, auxissent, et *Canethum Euripum*que intra mœnia recepissent, quumque urbs Chalcis extra insulam Eubœam pateret, et continentis partem fere usque Salganea amplecteretur, illud ipsum exprimere voluit nescio quis, adjiciens intervallum stadiorum 70 ab Anthedone sese extendere, non ad antiquam Chalcidem, sed ad novam et amplificatam, id est, *usque Salganea* tantummodo. Illud nobis apertum tradit, cur noster mox dixerit esse Chalcidem, *stadiis 70 patentem*, et majorem intervallo ipso, quo ab Anthedone separatur. Parum me offendit, quod scripserit Dicæarchus hanc urbem 70 stadiorum, esse majorem supra dicto intervallo 70 stadiorum. Nempe extollentis rem, potius quam numerantis, est hoc dictum.

Ego conjeceram quoque τὰ μέχρι Σαλγανέως interpolata, respicere ad sequentia ὁδὸς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν λεία τε πᾶσα καὶ μαλακή. Hanc mollem viam rumpit quidem Salganeus, locus montanus et asper (Strab. p. 618, C); sed non ita mari imminebat Salganeus, ut planæ viæ locum non daret circa litus.

153. Γεώλοφος] Cf. supr. not. 103.

154. Vulg. Ὑπόπλατυ] Hic corrupte legitur ὑπόπλατυ: pro quo ὑπόπαχυ scriptum fuisse, mihi fit verisimile. *Stephan.*

Ὑπόπαχυ non est plane oppositum et diversum τῷ ἁλυκῷ, quippe quod et ipsum subdensum esse potest, neque proprium aquarum; ut opinor Dicæarchum scripsisse ὑπόγλυκυ, *subdulce. Gronovius.* Ὑπόγλυκυ scribendum. *Huds.*

Videtur ex suo Hudsonus hanc conjecturam dedisse, Gronovii jam idem excogitantis ignarus. Ceterum Gronovii emendationem adsciscit Marxius.

155. Ὑγιεινόν] Contrarium Proclus ad Hesiod. *Opusc.* II, p. 133. *Holsten.*

156. Ἀρεθούσης] Strab. I, p. 100, tanto terræ motu Eubœam concussam esse tradit, ὥστε τῆς Ἀρεθούσης (ἔστι δ' ἐν Χαλκίδι

κρηνη) τὰς πηγὰς ἀποτιφλωθῆναι, συχναῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ἀναβλύσαι. Cf. etiam lib. x, p. 689, ubi Chalcidenses in oraculi versu vocantur ἄνδρες, οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθούσης. *Marx.*

Laudat Holst. Lucian. *Dial. marin.* Ἀλφειός, p. 296, Reitz.

157. Δυναμένης] Δυναμένων *Vulc.* Deleri jubet Holsten. *Huds.*

158. Vulgo κειμένων] Κειμένη πρὸς τοῖς. *Vulc.* Verborum ordinem ita mutavit Holsten. γραφαῖς, ἀνδριᾶσιν, ἀγορᾷ τε κειμένη πρὸς... &c. *Huds.*

Στοαῖς τρισί] A triplici Chalcidensium porticu nomen accepisse puto Chalcidica Romanorum. De quibus vide Vitruv. v, cap. 1, et vi, cap. 10; Dion. (p. 654, D, ed. Reim. cf. et ibi adnot. G.); et *Auub.* lib. iv. *Holst.*

159. Καὶ τὸν Εὔριπ.], Forsan καὶ τὸν Εὔριπον στενῶν. *Huds.*

Καί τὸν fors. κατὰ τὸν, sed ingenue fateor, mihi hunc l. admodum obscurum esse. De celebri Euripi reciprocatione septies mutata hic cogitari nequit. *Marx.*

Et mihi videtur fors. rescribendum κατά; id est, *unda in unum coarctatur per Euripum*, quod redit ad sensum Hudsonianæ emendationis. Sed stare potest vulgata lectio : *unda coarctatur in unum et in Euripum.* Hic καί *identitatem* fere exprimit. Cf. *Indic. general.* ad Scyl. voc. καί, pag. 586.

Ceterum in sequentibus, scriptoris mens est, mirum urbis situm depingere, in quam facile naves artium specimina et merces varias adportabant.

160. Φέρεται παρ' αὐτά] Vulgo vertunt, *per ipsa portus munimenta labuntur;* sed παρά exprimit *juxta*, gallice *le long de.*

161. Καθ' ἕ] An καθ' ἅ, vel παρ' ἅ? *Marx.*

162. Ἀγαθή] Hic *bonum* mare dicitur potius ob factam piscaturam. Nam opposita sunt hæc præcedentibus : ἡ δὲ χώρα... ἐλαιόφυτος. — Supra, Euripus δισσὸν ἔχων τὸν εἴσπλουν, explicatur Ephori fragmento ap. Strab. p. 615, A. Vide Marx. ad *Ephor. Fragm.* p. 178.

163. Οἱ δὲ ἐνοικοῦντες] Οἱ δ' ἐνοικοῦντες, Ἕλληνες οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φωνῇ ὄντες, φιλαπόδημοι τῶν μαθημάτων, γραμματικοί... Holsten. Sic scribendum esse monuit cl. Dodwellius :... τῶν μαθημάτων ὄντες φιλαπόδημοι, γραμματικοί. *Huds.*

Nihil ibi mutandum; et damnanda vulgata versio : *sine literis, peregrinorum amantes, curiosi.* Nempe non illiterati erant Chalcidenses, quum Strabo, p. 688, A, B, de Chalcide et Eretria scripserit : ἀλλὰ καὶ πρότερον αὗται μέγα εἶχον ἀξίωμα καὶ πρὸς πόλεμον, καὶ πρὸς εἰρήνην, ὥστε καὶ φιλοσόφοις ἀνδράσι παρέχειν διαγωγὴν ἡδεῖαν καὶ ἀθόρυβον. Μαρτυρεῖ.... ἡ Ἀριστο-

πόλεως ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβή. Ceterum de forma dicendi ὀπὴς μαθημάτων, cf. Stephani *Thesaur.* voc. ὀπής. Mox φιλαπόδημοι rectius intellexit Marx. Sed ego crediderim potius hic agi de itinerum amore, ob doctrinæ adipiscendæ studium. Sin aliter hoc epitheton potentiam et magnitudinem urbis extolleret, quod superius noster egit; imo illud frigeret inter τῶν μαθ. ὀπὴς et γραμματικοί, quæ ingenium Chalcidensium tantummodo commendant. Et illud ipsum ratio fuit, cur Stephanus, l. c. col. 32, D, quum vim τῶ φιλαπόδημοι non satis intelligeret, illud ponendum fuisse post γραμματικοί dixerit. Et tandem γραμματικοί minime mutarem in πραγματικοί, sed recipiamus oportet *Chalcidenses literatos*, quod non vero repugnat.

164. Φιλαπόδημοι] Inde explicari potest, quod Chalcidenses tam multas colonias in Italiam, Siciliam et Asiam minorem miserunt, et urbs ap. Strab. x, pag. 685, μητρόπολις adpellatur. *Marx.* (Vid. supra. G.).

165. Δουλεύοντες] Hoc, vel ad Atheniensium dominatum, quorum Chalcis erat (Thucyd. VIII, 95), vel, quod probabilius est, ad Phoxi et Antileontis tyrannidem, cujus Aristoteles Polit. v, 3 et 12, meminit, referendum. *Marx.*

166. ὄντες ἐλεύθεροι] In μένοντες correxi vulg. ὄντες, quod sensui nullo modo convenire videbatur. *Marx.*

Non emendassem μένοντες, sed non muto ὄντες.

167. Vulgo Χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶν ἡ Χαλκίς] Sed ne abundet syllaba, legendum Χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶ Χαλκίς. *Stephan.*

168. Τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα] Hic procul dubio magna subest lacuna describendarum Phocidis, Locridis, Trachiniæ, &c... Illud ostendit, tum operis propositum ipsum, tum conjunctivum οὖν, abruptissimum prorsus, et quod plura dicta fuisse innuit, tum libelli exitus, ubi noster ait se extendisse Græciam usque ad Tempe, ubi supra dictarum regionum τὴν διήγησιν πεποιημένος, dicendi finem facit.

169. Ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν] Plinius quoque, IV, 7, init., initium Helladis ducit a Peloponneso, quam extra Græciam propriam ponit. Sic noster.

170. Ἀφορίζων στόμπου, Stephan. ἄμπου] Pro illa voce ἄμπου,... videndum an reponi debeat στομίου, ex sequentibus, an Ὁμολίου. *Stephan.*

Hunc locum sic Vossius auget et emendat:... μέχρι τοῦ Μαγνήτων Ὁμολίου καὶ τῶν Θετταλῶν ἀφορίζω Τέμπους; atque ita etiam (pag. 139), τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἕως τῶν Θετταλῶν Τέμπους. *Gronov.*

Lego ἀφορίζω κόλπου. Verum ἀφορίζω Ὁμολὶν reponit Salmas. in *Exerc. Plin.* cap. 7, p. 100 (p. 141, ed. 1629). *Huds.*

Hic lacuna est. Legendum forte Ὁμολὶν ἀφορίζων καὶ Τεμπῶν. Ita ut in fine τῶν Θετταλῶν στομίν. *Holsten.*

Pro hac voce (Steph. habet ἄμπυ), quæ manifesto corrupta est, Stephan. et Salmas. ad Solin. pag. 141, et in Hellenist. pag. 354, proponunt vel Ὁμολὶν, vel σλομίν. Vossius ad Scyl. pag. 20, Τέμπης. Mihi σλομὶν placet, et quod postea recurrit, et quod Plin. *N. H.* IV, 9, inter urbes Magnesiæ et *ostium Penei* numerat. *Marx.*

Primo adspectu videtur στομίου optandum. Nam si rescribas Τέμπους, vel Ὁμολίου, Græciæ terminus perducetur non ad mare, sed ad locum ubi Homolium fuit, et ubi Peneus per Tempe fluere incipit. Cf. Strab. p. 675, B. Illud autem ait Phileas, pag. 109, vs. 33, 34, et Magnesiam extra Græciam ponit vs. 36, 37. Dicæarchus contra ibi laudat sententiam eorum qui Phileam damnant; imo, pag. 135, ipse increpat eos qui Thessaliam (eoque magis Magnesiam orientaliorem) in Græcia positam nolunt. Sic noster Phileæ contrarius est; et ex Dicæarchi sententia, linea ab Ambracia ducta, usque ad mare et Penei ostia pertingere debet, ut quidquid jacet ad meridiem, Helladis sit. Si autem legerimus Ὁμολίου, usque ad ostia Penei non devenimus; si optaverimus Τέμπους, illud idem consequi videtur, ut diximus, primo adspectu. Sed cum hac ultima lectione, Græcia intelligi potest *usque ad mare perducta;* nam partem quamlibet hujus vallis intelligere penes lectorem est, et series orationis ostendit Græciæ terminos perducendos esse μέχρι Τέμπους, ἤγουν μέχρι τῆ Πηνειοῦ ἐκβολῶν, ut Magnesia Thessaliaque in his terminis et in Hellade propria includantur. Τὸ Τέμπους autem cum Vossio præfero, utpote lectioni genuinæ ἄμπου, vel σλαμπου, propius. Imo p. 139 iterum σλαμπου fuit; cf. mox Vossium, not. 191. Emendatio κόλπυ satis mihi arrisisset, si quis veterum *Magnetum sinum* laudaret. In secundo loco, p. 139, l. 7, conjicio ἕως τῶν Θετταλῶν Τέμπους, et delenda suspicor καὶ τῆ Μαγνήτων Ὁμόλιου. Videntur hæc male adjecta fuisse, explanationis aut emendationis instar. Nam illud ἕως... Ὁμολὶν, rediret etiam ad geographiam Phileæ, a qua recedit noster. Ceterum hic locus locum Scylacis quemdam explicat, lucem et ipse ab eo mutuatus. Ait Scyl., pag. 255, fin., *Græciam esse continuam usque ad Homolium;* et mox (p. 277), postquam Perrhæbos laudavit, mediterraneos circa Thessaliam incolas, adjicit *huc-*

usque continuam patere Græciam. Ego hæc intellexeram, quasi Magnesia et Thessalia integra in Græcia continerentur, et quasi μέχρι ἐνταῦθα referendum esset ad ostia Penei. Sed jam vidi ad Scylacem pag. 618, ab hac cogitatione mihi recedendum. Adjicit Scylax omnia hic ad mare, *esse quasi Græciæ.* Hæc nimis generaliter intellexeram; quæ de litoribus tantum ab Eubœa ad Macedoniam intelligenda sunt. Imo, pag. 275, §. 64, ait Scylax: ἔξω δὲ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου εἰσὶ Ἀχαιοὶ, Φθιῶται ἔθνος (sic enim ulterius rescripsi; cf. ibid. pag. 578); forsan ille hæc adjicit, quia inde non Græciam veram amplius esse nonnulli judicarent. Ergo in not. 347 ad Scyl. male conjeci τὸ Ἕλληνες interpolatum esse post Περραιβοί. Illud omnino, quod in Scylace non deprehenderam, scribit Dicæarchus, et nos docet regiunculas esse, quæ, quamvis sint ad meridiem Penei, non *Græciæ propriæ* sunt. Cujusmodi habendæ Thessalia, Magnesia et Achaïa. Cf. mox not. 187. — Hic vocem ἀφορίζων, et mox ἀφορίσαντες et iterum ἀφορίζων, adhibet noster cum sensu potius *extensionis*, quam *termini*; et illud etiam redoleret Dicæarchi consuetudinem verba in novos usus detorquentis. Cf. not. 82. At sensum *excludendi* rectius exprimit Apollonii scholiast. 1, 14, his verbis: . . . . ἀφορίζων αὐτὸ (Ἄργος) τῆς Πελοποννήσου.

171. Κατάρθμουντας] κατάρθμοῦντες *Vulc.*

172. Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου] Subintellige πατρός. Palmer. *Græc. antiq.* p. 8, et Berkel. ad Stephan. p. 341. Vide et Salmas. *Exercit. Plin.* cap. 8, pag. 108. *Holsten.*

Palmer. G. A. pag. 8, et Gronovius, legi volunt Ἕ. πατρὸς τοῦ Αἰόλου. Salmas. de l. Hellen. p. 355, Ἕ. τοῦ Δευκαλίωνος (quam mutationem nondum adsciverat ad Solin. p. 152). Hemsterh. ad Luc. *Halcyon.* t. I, p. 445, Bip. τοῦ Διὸς (sicuti infra dicitur). Equidem nihil decernam; nam mirum est, quemadmodum in Hellenis genealogia dissentiant scriptores, licet plurimi eum Deucalionis filium faciant. Jamblichus de *Vit. Pythag.* p. 242, λέγειν τινάς φησι, Δευκαλίωνος γενέσθαι Δῶρον, τὸν δὲ Ἕλληνα, τοῦ δὲ Αἴολον, ubi Kœn. ad *Greg. de Diall.* p. 11, ed. nov. legit: — γενέσθαι Ἕλ., τοῦ δὲ Δῶρον καὶ Αἴολον. Sed ipse Jambl., utra traditio vera sit, difficile posteris dijudicatu esse addit. Stephanus tandem Byz. voce Ἑλλὰς dicit: ἐκτίσθη ὑπὸ Ἕλληνος, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τοῦ Φθίου. *Marx.*

Homeri schol. Villois. ad *Catal.* vs. 37, p. 76; καὶ οὐδὲ Ἑλλάδα (λέγει) τὴν οἰκουμένην ὑπὸ Ἑλλήνων, ἀλλὰ μίαν πόλιν Θεσσαλίας.

173. Ἀναμέσον Φαρσάλου] Conf. Mannert. t. VII, 643. *Marx.*

174. Μελιταιέων] Scribe Μελιταιέων. *Vulc.*

« Aristoteles collocavit Ἑλλάδα περὶ Δωδώνην καὶ Ἀχελῷον, Dicæarchus inter Pharsalum et Melitæam. » *Salmas.* Hell. p. 357.

175. Ὥσπερ Δωριεῖς μὲν] Ὥσπερ οἱ Δωριεῖς. *Vulc.*

Hæc, usque ad αὐλίζονται, prætermisit Marxius in textu suo.

176. Ποιητής] *Il.* II, 684, ad quem versum conf. Heynii disputata, t. IV, p. 365, sqq., qui tamen, quod mireris, Dicæarchi ibidem nullum respectum habuit, quem tamen bene novit. Vid. ejus præfat. ad Apollod. 1, pag. XXXVII. *Marx.*

177. Vulgo Μελιταίαν] Μελιταιέων malit Berkelius. *Huds.*

178. Καὶ Θήβας τὰς Ἀχαΐδας] Thebas Ἀχαΐδας appellat, quæ aliis Phthiotides dicuntur: nempe quia Φθιῶτις ipsa Ἀχαΐα dicebatur. Sed quod adjicit πρότερον Φυλάκην, refragantur veteres geographi, qui Phylacem et Thebas Phthiotidas vicina oppida, non eadem esse volunt. Quin Strabo intervallum inter utramque refert stadiorum centum. *Casaub.*

Hæc delenda censet Vulc. *Huds.*

179. Πρότερον Φυλάκην καλ.] Mallem πρότερόν τι, subintelligendo πόλιν. *Huds.*

Strab. IX, pag. 664, utramque duas facit urbes: Ἡ μὲν οὖν Φυλάκη ἐγγὺς Θηβῶν ἐστὶ τῶν Φθιωτίδων, αἵπερ εἰσὶ αὐταὶ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ. Conf. Hemst. ad Luc. *Diall. mort.* XXIII; p. 520, Bip., qui nostrum locum illustrat. *Marx.*

180. Υἱοὶ Ἕλληνος] Sic Proclus ad Hesiod. pag. 46. Cf. Strab. VII, pag. 356. Vide Jamblichum, 1, cap. 134. *Holsten.*

181. Εὐριπίδης] Hos versus ex ejus Sisyphi prologo repetitos esse putat Valcken. Diatr. in Eurip. Fragm. p. 209, sqq. *Marx.*

182. Διός.] Alii, non Jovis, sed Deucalionis filium Hellena fuisse affirmant. *Salmas. de ling. Hellen.* pag. 355.

183. Ἀθάμας] Forsan addendus et *Critheus.* *Huds.*

184. Οὐ μόνον ἐστὶ] Nimis arguta hæc sunt ad veritatem. Dicæarchi quidem ætate nemo sane, præter aliquem doctum, cum Helladis mentio fieret, de prisca illa et fabulosa urbe cogitavit, cujus post Homerum vix alius tunc præter Thucydidem meminerit. Vid. intpp. ad hunc, 1, 3. *Marx.*

185. Ἑλληνίζειν] Vide Salmasii funus linguæ Hellen. *Huds.*

« Ex his apparet, ætate Dicæarchi adhuc ἑλληνίζειν proprie usurpatum de peculiari τῶν Ἑλλήνων dialecto, qui Macedones, vel Thessali erant. » *Salmas.* de ling. Hell. pag. 406. sqq. Hæc ratio in Platonis quidem Menone (pag. 82, B) adhiberi potest, ubi Socr. ex Menone quærit: Ἕλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει; (sc. puer) ille: πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής. Nam Meno

Thessalus erat. Sed in ejusdem Platonis (ut quidem perhibetur) *Alcibiad.* I, p. 19, Bip., ἑλληνίζειν universe ponitur pro *græce loqui;* et in Thuc. II, 68, de Amphilochis dicitur: — ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε ἀπὸ τῶν Ἀμπρακιωτῶν, quod ad nihil aliud quam ad communem græcæ linguæ dialectum (sicuti etiam schol. explicat) referri posse credo. *Marx.*

In principio voces βάρβαρος et βαρβαρίζειν excogitatæ sunt ad exprimendas voces asperas et ab assueta dialecto abhorrentes. Cf. Strab. p. 977, B. Idcirco bene exprimit Heynius, ad *Iliad.* t. IV, p. 435, reperiri apud Homerum τὸ βάρβαρος de lingua et pronuntiatione, sed minime de gentibus a græcanica gente distinguendis. Fuere gentes quædam de stirpe græcanica βαρβαρόφωνοι dictæ, ex. gr. *Cares.* Conf. Strab. pag. 976, C. De quo uberius Gœllerus in Thierschii *Act. phill.* t. II, pag. 208 – 211. Illud ipsum ait et confirmat Dicæarchus, quippe qui fere admoneat se ab antiquo vocis ἑλληνίζειν sensu recedere, et hoc verbum a se usurpari non de iis qui *bene loquuntur*, sed de iis qui ex principio hellenica lingua usi fuerunt. Nempe illud idem est ac si vocem βαρβαρίζειν adhiberet, et nuntiaret se illa uti non de male loquentibus, sed de iis qui ex principio linguam germanam, id est, hellenicam, non usurparunt. In hanc vocis vim quasi pactitiam, labentibus annis, auctores devenerant, jamque Herodotus et Thucydides, VII, 18. Alibi Thuc. (I, 3) distinguit *Hellenes* a *Barbaris*, et ait apud Homerum non opponi Barbaros Hellenibus, quia non uno corpore tunc temporis coalesceret Hellas. Sed in eo fallitur Thucydides, quod, vel constitutis græcanicis gentibus, ne tunc quidem illis Homerus opposuisset τοὺς βαρβάρους: nam vox illa nondum generali sensu usurpabatur. Quod recte jam deprehendit Gœllerus loc. cit. pag. 210, fin. Ceterum liquet *barbaros* dictos fuisse populos quosdam ex Græcia olim oriundos, quod testatur Thucydides, II, 68, dicendo Argos Amphilochicum post trojanum bellum ab *Amphilocho argivo* conditum fuisse; sed hujus urbis incolas *barbaros* tamen fuisse, quum græcam linguam serius tantum a vicinis Ampraciotis didicerint: καὶ ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμπρακιωτῶν ξυνοικησάντων. ΟΙ ΔΕ ΑΛΛΟΙ ΑΜΦΙΛΟΧΟΙ ΒΑΡΒΑΡΟΙ ΕΙΣΙΝ. Verum enimvero, ni fallor, respicit hic usus τῶ βάρβαροι ad genuinam significationem *corruptæ linguæ;* refert enim Thucyd. ipse argivam hujus regiunculæ originem.

186. Τῆς φωνῆς] Herodot. 1, τῆς γλώσσης χαρακτῆρα appellat. *Holsten.*

187. Δίκαιον καί] « Verum hæc fuit communior tum Græcorum sententia, Thessalos et Magnetas ab Helladis finibus et nomine esse excludendos. Hinc attici oratores Philippum contumeliose Thessalum et Macedonem appellabant, quem pro Græco non habebant. Ita et Euripides in Alcestide Thessalos ab Helladis incolis distinguit : Τίς τοῦδε μᾶλλον Θεσσαλῶν φιλόξενος; Τίς Ἑλλάδ᾽ οἰκῶν; et vide rerum vicissitudinem! qui Græciæ dederunt, unde appellaretur et habitaretur et unde loqueretur, ipsi postea indigni sunt visi, qui Græci nominarentur ! » *Salmas.* (de L. H. pag. 355.) Cf. not. 170.

188. Ποικιλόπτικος] Ab aliis Ποικιλόπτικος appellatur. *Huds.*

189. Φωνῇ] Vulg. φωνήν, sed dicere vult ille, qui loquitur, Macedo aut Thessalus : si tu quædam tua lingua dicis, attico more loqueris. Similiter explicat Salmas. ad Solin. p. 142, et *de Hell.* pag. 168. Idem habet μαμφομένης. Vinding. *Hell.* pag. 323, pro vulg. αὐτοῦ τινες scribi vult αὐτόχθονες, quod minime placet. *Marx.*

190. Vulgo αὐτοῦ τινες] Lego σαυτοῦ, vel τὴν σαυτοῦ. *Gronov.* Αὐτοῦ τινός. Vulc. Salmas. in *Exerc. Plin.* cap. 7, pag. 100, legit αὐτοῦ τι. Verum (ut inquit Vossius ad Melam, p. 142) multo elegantius Grotius pro αὐτοῦ τινες legebat αὐτόχθονος. Sed vera lectio est αὐτοῦ τινος. Notum enim quod ἀστοὶ peculiariter Athenienses vocantur. Salmasius in diatriba *de ling. Hellen.*, pag. 165 et 409, legit Σαυτοῦ τι. *Hudson.*

Scribit Marx : Σαυτοῦ τι ..... Holstenius sic : Ego non dubito quin verissima lectio sit : ἡνίκ᾽ ἂν φωνὴν λέγῃς. Αὐτόχθον᾽ οἱ δ᾽ Ἕλληνες; quod est τὴν φωνὴν ἐγχώριον.

191. Vulgo σίομεν] Thessalorum σίδμεν hic interpretatur Salmasius de ostio Penei. Verum hoc parum placet. Prius legebatur σίδμεν, quemadmodum etiam alio legitur loco, scil. p. 20 (p. 135), ubi σίδμεν vel Ὀμωλιὲν legendum censet Salmasius. Sed profecto utrobique scribendum est Τέμπους. Legerant enim τὰ Τέμπη, non autem τὸ Τέμπος, itaque insolentis vocis mutationi occasionem dedit librariis. *Vossius* ad Mel. p. 143.

Cf. supra not. 170. Ceterum supra, ἐπὶ τούτων εἰρήσθω redit ad æschineum... μέχρι δεῦρο εἰρήσθω μοι (*Contr. Ctes.* p. 431, C, Wolf.), et ad similia, quæ *finem dicendi* nuntiant.

192. Καταπαύομεν] Al. καταπαύωμεν. *Hasch.* (Sic Marxius.)

ADNOTAT. IN DESCRIPTIONEM MONTIS PELII.

193. Ἀναγραφή] De montibus (conf. Plin. II, 65, G.) scripsisse Dicæarchum apparet ex Suida, qui memorat ejus καταμέτρησιν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν, cujus libri fragmentum Ger. Vossio esse videtur hoc ipsum quod nunc primo in lucem profertur de monte Pelio. Qui vero extrema verba fragmenti hujus expendit, animadvertet non de solis montibus sermonem esse; quique præterea non oscitanter legit illud in principio statim, ὅτι τὸ καλούμενον..., atque iterum, ὅτι ἡ μὲν Ἑλλάς..., vix dubitabit esse ἀποσπασμάτων aliquod ex pluribus aliis quæ perierunt, a Photio aliquo vel quocunque industrio lectore e Dicæarchi libris περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου excerptum. *J. Alb. Fabricius.*

Hoc fragmentum (aut potius hæc fragmenta, nam plura in unum coacta videntur) id potissimum singulare habet, quod plurimæ res, quæ eo contentæ sunt, nullibi sint memoratæ, quodque de monte Pelio aliunde rara solummodo et ambigua notitia ad nos pervenerit. Excerpta vero et hæc esse indicat illud ὅτι, quocum incipiunt. *Marx.*

194. Τῆς πόλεως] Fors. aliqua illarum urbium, ex quibus Demetrius Poliorceta unam a se denominatam Demetriadem fecit (Strab. IX, pag. 666): καὶ γὰρ αὐτὴ παρόδιον τι ὑπέρκειτο τῶν περὶ τὰ Τέμπη, τό τε Πήλιον ἔχουσα, καὶ τὴν Ὄσσαν (id. p. 656). Sed et aliæ urbes in Pelii vicinia sitæ erant (v. Strab. p. 673 et 675, et Herodot. VII, 188), et patet maritimam hic intelligendam esse. *Marx.*

195. Ὀξύην] Non satis inter recentiores convenire, quæ planta ὀξύη dici debeat, J. Bodaeus a Stapel dicit ad Theophrasti *Hist. pl.* III, 11, p. 171 (ubi ea describitur). Esse tamen eandem, quæ a Linnæo *quercus cerris* dicatur, nunc fere receptum est. Cf. Salmas. *ad Solin.* pag. 334; Heyn. ad Hom. *Iliad.* V, 50. Tabernæmont. cett. *Marx.*

196. Σφένδαμνον καὶ ζυγίαν] Genera aceris, quæ circa Olympum Macedoniæ potissimum nascebantur. Vid. Bodæus ad Theophr. l. l., p. 184. Ceterum mons Pelion etiam a Theophrasto, l. VI, 4, inter eos numeratur, qui his arboribus atque etiam odoratis abundant. *Marx.*

197. Καὶ ῥίζα δένδρου] Ita Salmasius, quem secuti sumus. In ms. erat ῥίζα δὲ ὕδρου, unde Gudius legendum conjecerat ῥίζα δὲ ἡ ἄρου. Plin. lib. XXIV, cap. 16, de ari radice : *ser-*

pendes nidore, cùm crematur, privatimque aspides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inveniantur. Fabric.

198. Δοκεῖν ἔχειν] Hæc non intelligo, nec quomodo contortam sententiam extricem, aut constituam. Versionem latinam Fabricii in edit. Hudsoni non vidi. *Marx.*

199. Κάρον καταχέουσα] Salmas. καταχέασα. Quem vide *Homonym. Hyles iatricæ*, cap. 83, ubi de ligno colubrino. Viperam si fagi ramus attigerit, vertigine corripi refert Sextus Empiricus, lib. I, *Pyrrhon. Hypothypos.* cap. 14. *Fabric.*

200. Καρπὸς ἀκάνθης] De mira virtute hujus fructus, nec Theophrastus, nec Dioscorides (III, 14.), quidquam habent, nec aliunde, quod huc faciat, afferendum habeo. Illud moly Homeri nemo serio advocabit. *Marx.*

201. Πηλαίας] Pelii nemoris meminit Ennius apud scriptorem Rhetoricum ad Herennium, l. II : « *Utinam ne in nemore Pelio securibus — Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes...* » *Fabric.*

202. Κειρώνιον] Vide Vossium ad Catullum, p. 231. *Fabric.*

203. Ἐπικεκλημένον] Ms. καλούμενον ἐπικεκλημένον. Alterum verbum, ut glossam minus necessariam expunxi. *Fabric.*

Mox pro πελαγίαν malim πλαγίαν. Nam τὸ πελαγία hoc sensu non usurpatur, quem geographica ratio insuper hic respuit. Nam Thessalia maritima collocari non potest ad orientem Pelii montis; imo hæc litoris pars, Magnesiæ, non Thessaliæ, tribuitur ab auctoribus hujus ætatis. Scylax Magnetas solos in litore ponit, si σκηνόν quoddam Thessaliæ ad mare excipias in Pagasetico sinu. Scymnus quoque vs. 605, litus juxta Pelium, Magnesiæ adscribit. Ceterum vulgata interpretatio est : ... *maritimam oram respicit, regionemque incultam, qua Thessalia aditur.* Quæ inania sunt.

204. Πολυφάρμακον] Theophr. *H. pl.* IX, 15 : φαρμακωδέστατον τὸ τὸ Πήλιον τὸ ἐν Θετταλίᾳ. Sed cum et hoc, et aliquot sqq. capitibus, de variis plantarum viribus disserat, nullibi ejusmodi arboris, quam tot virtutibus præditam esse, noster prædicat, ullam mentionem facit. Verbo solummodo eas plantas memorat, ἅ φασιν εὑρῆσθαι πρὸς τὰ τῶν ὄφεων τῶν θανατηφόρων δήγματα. Περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην εἶναι μὲν καὶ ἑτέρας οὐκ ὀλίγας· ἰσχυρότατον δὲ, ὡς εἰπεῖν τὴν ἴσχαιμον· ἣν δὴ λέγουσιν, οἱ μὲν, κεντηθείσης τῆς φλεβὸς, οἱ δὲ, καὶ σφοδροτέρως διατμηθείσης, ἴσχειν τε καὶ κωλύειν τὴν χύσιν. *Marx.*

205. Ἔχον καὶ παντ.] Ms. ἔχων. Forte ἐχόντων, scil. φαρμάκων. Sed ἔχον magis placet, quod reposui. Mox ms. κεχρῆσθαι (pro χρῆσθαι). Mox ms. non erat vocula τινς. *Fabric.*

206. Δένδρον...] Vid. Salmas. p. 15, *de Homonym. Fabric.*

207. Εἶναι] His annexa sunt verba, quae supra in *Vita* occurrerunt : Ὅτι ἡ μὲν Ἑλλὰς ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζων Ὀλύμπου. *Marx.*

Notandum est τοιαύτην post τὸ Πήλιον, καὶ τὴν Δημητριάδα.

208. Ἀφορίζων Ὀλύμπου....] Fors. Τέμπους. Conf. not. 170. Ceterum collector horum fragmentorum incogitans repetit e præcedentibus τὸ ἀφορίζων.., quod phrasis structuram lædit post ἡ Ἑλλὰς λαμβάνει.

Addenda ad pag. 175, not. 36. — Locum vere desperatum et conclamatum sic interpungo : Ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν παντὶ τεχνίτῃ περιποιῆσαι δόξαν μεγάλην, ἐπὶ τοῖς ἐντυγχανομένοις ἐκβαλόντες τὰς εὐημερίας, θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων ἀνθρώπῳ διδασκάλιον. Quod vertam : *Illius urbis incolæ magnam cuivis artifici famam conciliare præclare valent, quippe qui, obviis quibusque de causis, prosperas fortunas evertentes, homini* (scilicet artifici) *mira signorum lateritiorum disciplina* sive *schola fiunt.* Hic Dicæarchus mihi sicut et tibi videtur per ironiam traducere et exagitare Athenienses, qui sæpius vel favore, vel studio, vel timore, in transversum abrepti, tam multos æneos stare jusserunt; quaquidem levitate præsertim laborabant tempore quo noster scribebat auctor, quum trecentas Demetrio Phalereo statuas decreverint. Sed jam quibus meam, qualiscumque sit, interpretationem tuear argumentis, exponam. 1.° Ἀγαθόν in sensu dissimulandi Herodotus et Thucydides, ut noster, usurparunt : nam ille, III, 80 : διαβολὰς ἄριστος ἐνδέκεσθαι. Hic vero, III, 38 : ἀπατᾶσθαι ἄριστοι. 2.° Τὰς εὐημερίας est pro τοὺς εὐημεροῦντας, i. e. εὐδοκιμοῦντας, *gaudentes popularibus auris.* Ceterum, nihil, ut tibi apprime notum, apud Græcos magis obvium, quam sic abstracta pro concretis usurpari. Cf. Barn. *ad Eurip. Androm.* 446. Matth. *Gramm. gr.* §. 429, 1. 3.° Ἐκβαλόντες aor., hic ut alias sexenties, morem agendi notat. 4.° Hoc loco ζῷον idem ac ἀνδριάς sonat. Quo sensu occurrit apud Diod. Sicul. I, 98, sub fin. : διορίζειν τοῦ ζώου τὸ μέσον μέχρι τῶν αἰδοίων. Idem I, 47 : ζώδια πηχῶν ἑκκαίδεκα μονόλιθα. Ubi ζώδια est *parva signa.* Ceteroquin, in universum ζῷον, ζώδιον, quum de arte effingendi dicitur, *effigiem, imaginem, signum* declarare solent. Cf. Quatremère de Quincy, *Jupiter Olymp.* pag. 280, 309. 5.° Πλινθίνων vocem, cui, me judice, nonnihil despicationis subest, auctor pro πλαστικῶν adhibuisse videtur. *Longuevillius* ex ms.

ΣΚΥΜΝΟΥ ΧΙΟΥ

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

SCYMNI CHII

ORBIS DESCRIPTIO.

Interprete ERASMO VINDINGIO PAULI F.*

* Quam versionem novus editor pluribus locis emendavit.

EXCERPTA

EX EPISTOLIS ET PRÆFATIONIBUS

JAM DUDUM EDITIS.

Fragmentum Epistolæ viri illustris Jos. Scaligeri ad D. Hœschelium.

De Dicæarcho, et aliis, quæ scribis, scito, quantum ex tuis literis colligere possum, nihil tua ab illis, quæ habemus, discrepare. Habuimus autem illa ex vetustissimis et optimæ notæ pagellis amplissimi senatoris parisiensis cl. Puteani τοῦ μακαρίτου. Sed multæ paginæ ita exoletæ erant, ut ne literæ quidem vestigium in illis extaret ullum. Versibus comicis quædam concepta erant, sed perpetua oratione. Nos statim versus in illa continuatione odorati sumus, quod alios, quibus ante me pagellarum copia facta erat, fugerat. Si quid putas esse in nostris, quod te juvare possit, mittam quæ habeo, statim [1].

Davidis Hœschelii Admonitio brevis.

Marciani (verius *Scymni Chii.* Cf. Fabric. infra pag. 256. *G.*) Periegesis e mss. codd. Palat. Elect., et Isaac. Casauboni. Hujus Periegeseως copiam primus amplissimo Velsero nostro fecit Isaacus Casaubonus,

[1] Hic Morelli, parisiensis editoris, præfationem brevem, vel *monitum*, non subjungo, unde nihil suppetit, quod non sit uberius supra et infra dictum. Erasmi Vindingii præfationem procul dubio exhibuissem : sed in Parisiis nostris quoquoversus quæritantem me fugit vel unum vindingianæ editionis exemplar. G.

quem Galliæ suæ ocellum, me alicubi dixisse, ne nunc quidem pœnitet. Marciano autem Heracleotæ illa in cod Palat. adscribitur, versibus æque confusa et permixte, atque in exemplari gallicano, exaratis; quos, ut magnus ille Jos. Scaliger distinxit, imprimi curavimus.

Fragmentum Holstenianæ epistolæ Peirescio [1].

...... Anonymi poëtæ Περιήγησις ad Nicomedem Bithyniæ regem iambico carmine scripta: cui ineptissime Marciani Heracleotæ nomen præfixere, quod sine certo nomine in manuscripto Marciani Περίπλῳ subjungeretur. Probum hoc purissimæ antiquitatis opusculum et frugis maximæ; sed quod deplorandum, vix quarta totius operis pars nobis superest: totum enim internum mare descripserat. Sed solatur dolorem meum quod ducentos et amplius versus repererim hactenus non editos, in Descriptione Ponti Euxini, quæ falso Arriani nomen præfert (de qua infra XIV [l. c. p. 65] loco scribam prolixius), quibus auctior hæc Περιήγησις nostra opera prodibit. Taceo enim quod pessime habita fuerit, mendis obsita, et imperita distinctione confusa [2]. Miraberis tantum errorem relictum fuisse a Scaligero, Casaubono et Hœschelio; nam Morelliana

[1] Ex Holstenii *Epist. ad div.* ed. Boissonado, Paris. 1817, pag. 56-58. G.

[2] *Distinctione confusa.* Etenim versus in prosam orationem dissoluti sunt, *Boisson.* — « Scymni Chii, hos ab anonymo prosaïcam in orationem » solutos, a Luca Holstenio restitutos, versus esse, ipse postea proba » conjectura assecutus esse videtur; quibus fragmenta alius anonymi » ad metrum redacta adjunxit, ita ut, Isaaci Vossii et Lucæ nostri opera, » fragmenta operis Scymni geographici habeamus, quod in nullo codice » conservatum omnibus deperditum esse videbatur. Conf. Bastii Epistolam criticam, pag. 4-11. » *Bredow.*

editio [1] inepta plane est; nec versio ullius pretii: nosti hominis ingenium. Susceperam ejus versionem emendandam; verum ubi R. P. Sirmundo specimen laboris mei exhibui, obtestatus fuit ut, tota Morelliana versione deleta, de integro totum opusculum converterem; quod libens tanti viri suasu et consilio tunc feci. Si stuporis exemplum cognoscere libet, vide quam impegerit versu 16, quod distinctio deesset post ταῦτα; vs. 429, ubi ex Lychniti lacu lapillum nobis facit; et 567, ubi Macrin auctoris nomen credidit esse, quod Eubœæ insulæ fuit; vs. 704 et 728, ubi Λίμναι et Ἀστικὴν Θρᾴκην propria nomina esse ignoravit. Nam infinita sunt vitia ex corrupto textu græco subortа, quæ homini minime perspicaci condonari possunt. Huic opusculo plurimum me studii ac curæ impendisse præ cæteris omnibus fateor. Auctoris nomen nulla conjectura assequi potui, quamvis varie nec sine fructu ingenium torserim. Si quid felicius divinare possis, maximam promerebere gratiam; majorem tamen, si integrius exemplar alicunde protuleris: necdum enim totum in rebus humanis esse desiisse puto.

Lectori HUDSON S. [2]

.... Huic (*Isidoro Characeno* ap. Huds. t. II. *G.*) succedit [3] Scymnus Chius, cujus Περιηγήσεως copiam

[1] Conf. mox p. 256. G.

[2] Ex præfat. præfixa volumini II Hudsonianæ ed. G.

[3] *In Apographo Casaub. in Bibl. Bodl. jam reposito, ita se habet inscriptio:* Incerti auctoris περιήγησις ex ms. cod. Jos. Scaligeri Jul. Cæs. F., quem ille descripsit ex longe vetustissimo cod. ms. Pythœi. *Jam primum sub Scymni nomine prodit, vero quidem et indubitato, ut constat ex testimoniis illi præfixis, et Dissert. cl. Dodwell.* Huds.

primus amplissimo Velsero fecit Isaacus Casaubonus. *Marciano autem Heracleotæ illa in cod. Palatino adscribitur, versibus æque confuse ac permixte atque in exemplari gallicano exaratis : quos, ut acutissimus ille Josephus Scaliger distinxit, sub falso Marciani nomine edidit Hœschelius anno MDC. Integro fere seculo decurso, præclarum hunc Periegeten, cum latina versione, notisque, quas ei illustrando adornaverat, recudi fecit Erasmus Vindingius, in literis græcis versatissimus. Quam editionem, dum versionem meditabar, ab auctoris clarissimi filio, regis Daniæ consiliario, acceptam, ad me mittere dignatus est humanissimus doctissimusque Fabricius; quo beneficio me parte laboris non exigua levavit. Nostræ huic editioni accedunt fragmenta Scymni, quæ collegerat et interpretatione donaverat Lucas Holstenius, veteris geographiæ instaurator maximus. Ea autem Theodoro Ryckio, omnis politioris literaturæ peritissimo, debet orbis eruditus : qui, cum Holstenii notæ et castigationes in Stephanum Byzantium e prælo prodituræ erant, hæc ipsa e bibliotheca Barbarina, ope virorum maximorum, Caroli Moroni et Stephani Gradii, impetrabat, operique isti ob argumenti similitudinem subjungebat.

* *Teste D. Hœschelio (cujus verbis utor) in notis ad hunc auctorem.* Huds.

DE SCYMNO CHIO

DISSERTATIO DODWELLI.

SUMMA DISSERTATIONIS.

---

§. I. A regum Pergamenorum chronologia constituenda erit hujus auctoris ætas. — §. II. Constituitur illorum successio. — §. III. Scripsit Apollodorus chronicon suum sub Attalo Philadelpho anno U. C. Varr. 610, ætate nostri Scymni. — §. IV. Prædicto anno Varron. 610, natus fuerat Scymnus. Non tamen scripsit ante annum Varr. 625. — §. V. Nec scribere potuit Scymnus post ann. Varr. 679, quo ultimus decessit Nicomedes, qui Bithyniam populo romano legavit. Is tertius erat ab eo Nicomede, qui Attali opera regnum adeptus est. — §. VI. Nicomedes Scymni patronus primus esse non potuit, qui patrem Prusiam interfecit. Et ne secundus quidem Philopator, sed illius frater Chrestus cognomine. Proinde anno Varr. 664, illum scripsisse verisimillimum est. — §. VII. Conveniunt loca sub Scymni Chii nomine a veteribus prolata cum hoc opere, qua quidem verba illius integra habemus, geographico. — §. VIII. Eadem scripsit brevitate Περιήγησιν Scymnus, qua et noster. Corpus Περιηγήσεων, quo locum XVI^{um} tenuerit Scymnus, vidisse videtur scholiastes Apollonii. — §. IX. Orbis quidem universi Περιήγησιν cogitabat Scymnus. Incertum tamen an ultra Europæ Asiæque limites fecerit progressus. — §. X. Auctores Scymni geographici : Eratosthenes, Timosthenes, et Cleo Syracusanus. — §. XI. Auctores Scymni historici : Dionysius Chalcidensis, Ephorus, Timæus, Herodotus, Demetrius Calatianus. — §. XII. Fragmenta Scymni Holsteniana, non ex anonymo Peripli Euxini auctore hausta; sed e codicibus manuscriptis.

---

§. I. A regum Pergamenorum chronologia constituenda erit hujus auctoris ætas.

Temporis, quo vixit hujus operis auctor, duas habemus notas, e regum Pergamenorum Bithynorumque successione desumptas. Nicomedi enim Bithyniæ regi

ipse dicavit auctor. Exemplo tamen auctoris attici, qui opus argumenti non admodum dissimilis regi inscripserat Pergameno Attalo Philadelpho, et temporis seriem ad suam illam, qua vixit etiam noster, ætatem, deduxerat, ἄχρι τὸ νῦν, inquit, Bιου. vs. 23. Utriusque ergo regis tempora noster vidit auctor, tam Pergameni, quam etiam Bithynici. Proinde successionis utriusque, qua quidem sibi invicem nectuntur, serie constituta, tum demum optime de scriptoris nostri ætate pronunciabimus. Est autem hæc regum, præsertim Pergamenorum, chronologia, ad rem omnem literariam, ut recte intelligatur, utilissima. Summi enim erant, his temporibus, literarum patroni reges Pergameni atque Alexandrini, et in eo literarum studio æmuli. Utrique publicas habebant bibliothecas, et quidem publicarum fere antiquissimas. Nec enim digna erat, quæ cum his conferretur, bibliotheca Pisistratidarum, aut tyrannorum Heracleotarum. Utrique publicis stipendiis professores alebant, qui harum bibliothecarum ope rem literariam publicam strenue promoverent, qui se etiam invicem in omni studiorum genere æmularentur. Hinc ergo intelligendæ erunt ætates grammaticorum et philologorum, aliorumque istiusmodi studiosorum, qui supellectile libraria egebant, in suo genere perfectissimorum.

§. II. Constituitur illorum successio.

I. Philetærum censet Strabo *l.* XIII, pag. 623, et tempus illud initiis illius assignat, quo fraude Arsinoes eo adactus est Lysimachus, ut proprium filium Agathoclem interimeret, quo etiam ipse, cum imperio, vita est exutus a Seleuco, quo denique Seleucus ipse cecidit fraude Ptolemæi Cerauni. Hæ notæ desectionem olymp. CXXIV, 3, assignabunt, qua cœpit perire Lysi-

machus; ut superiori nostra de Dicæarcho dissertatione ostendimus, §. 18. Proinde cœperit olymp. CXXIV $\frac{2}{3}$ U. C. Varr. 472. Tenuit ann. XX.

II. Eumenem idem exhibet ibidem Strabo, filium Eumenis alterius, qui Philetæri frater erat; proinde ipsum Philetæri e fratre nepotem. Victum ab hoc Antiochum Soterem, Seleuci filium, refert Strabo; anno certe Antiochi XIX°, eodemque ultimo, qui proinde cum 1° concurrere debet Eumenis. Inde intelligimus, uno saltem ante Antiochum cœpisse Philetærum, ut et ad annum suum XX.^{m} affectum pertingere posset Philetærus, et pars tamen aliqua anni Antiochi XIX cum 1.° anno concurreret Eumenis. Hæc ratio est cur ad priorem olymp. CXXIV. 3 partem, quæ hoc anno juliano locum habebat U. C. Varr. 472, initium Philetæri retulerim. Sic anno Varron. 492, olymp. CXXIX $\frac{2}{3}$ cœperit Eumenes. Nempe olymp. CXXIX 3 incipiente, ut proinde magnam partem illius anni olympiadici habuerit cum Antiocho Sotere communem. Annos XXII huic Eumeni assignat Strabo.

III. Attalus erat Antiochide natus filia Achæi, et patre Attalo, illo fortasse qui frater erat natu minimus Philetæri. Cœpit ille anno U. C. Varr. 514, olymp. CXXXIV $\frac{4}{1}$, quo desiit Eumenes, tenuitque per annos XLIII. Strab. XIII, pag. 624. Sed per annos XLIV, e Livio, l. XXXIII, 5, vel 21; et Polyb. et Suid. Ἄτταλ. Proinde anno XLIV, saltem inchoato. Mortuus est vixdum terminato bello cum Philippo; Liv. XXXIII, 6, 22. Cujus victoriæ nuncius Romam relatus est exitu anni U. C. Varr. 557, cum crearentur consules anni 558; L. XXXIII, 9, 25. Nempe ante idus martias anni 558, quibus inibant novi consules. Proinde victoria ipsa fuerit anno 558 ineunte, qua quidem anni initium censetur a januario. Thebis aderat cum Quinctio Flaminino At-

talus anni superioris initio, nempe 557. Liv. XXXIII, 1, 2; e fragmento Horrionis. Initio veris. c, 1, 3. Ibi inter concionandum captus membris obmutuit et concidit. c. 2. Causa illa Thebis Quinctium ipsum aliquantisper detinuit. Postquam non vitæ præsens periculum vis morbi attulisse, sed membrorum debilitatem, visa est, relicto eo ad curationem necessariam corporis, Elatiam rediit ib. Inde μετ' οὐ πολύ, inquit Plutarchus in *Flaminio*, Attalus in Asiam reversus mortuusque est. Id si verum, anno 557 decesserit oportet, nondum profligato bello cum Philippo ad Cynoscephalas. Plutarcho astipulatur Attali filius Eumenes apud Polybium, cujus de patre verba ita se habent: Τέλος δὲ αὐτῶν, κατέστρεψε τὸν βίον ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις, κατὰ τὸν Φιλιππικὸν πόλεμον παρακαλῶν Βοιωτοὺς εἰς τὴν ὑμετέραν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Excerpt. Porphyrogen. de Legat. p. 1140, edit. nuper. Hoc enim ipsum agebat illa concione Attalus loco prædicto e fragmento Liviano Horrionis. Idque fortassis innuebat ipse Livius. Post verba de Attalo ita subjungit: *Quum is status rerum in Asia* [hæc verba certe ad mortem Attali referenda sunt] *Græciaque et Macedonia esset, vixdum nominato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hispania ulteriori coortum bellum.* Lib. XXXIII, 21, pro textu Horrionis. Anni nota est, quæ ibidem legitur, quod Hispaniam illam provinciam haberet prætor Helvius, præturam autem urbanam M. Sergius. Hoc enim anni 557. Prætores fuisse lib. XXXII, cap. 28, docet idem Livius. Ita a fine Lysimachi hujusque Attali, omnis regum Pergamenorum chronologia hucusque firmabitur. Respondet autem annus Varr. 557, olymp. CXLV $\frac{3}{4}$: priori tamen olympiadis anno decessisse videtur Attalus.

IV. Eumenes secundus Attali decessoris filius, βασιλεύσας ἔτη τετταράκοντα καὶ ἐννέα, inquit Strab. lib. XIII,

p. 624. Suffragatur ejusdem Strabonis etiam epitomator. Nec in hoc tantummodo numero, verumetiam in sequentibus, ad finem usque regni Pergameni. Hi numeri, si recte se haberent, regis Pergameni ultimi exitum ad C. Gracchi tribunatum conferendum esse probarent; cum tamen ex historia romana certissimum sit, Tiberium fuisse, Caii fratrem, qui de hereditate Pergamena leges tulerit ad populum seditiosas. Facillima emendatio est, si τριάκοντα pro τεσσαράκοντα apud Strabonem reponamus. Ita certe censuit in græca sua farragine magnus Scaliger. Nec aliter noster Usserius, cum coeptum saltem annum Eumenis xxxix^{m} agnoscit. Nec aliter Petavius, cum annos ejusdem xl, e Scaligeranis colligit excerptis. Quasi scilicet annum xxxix paulo superarit. Nondum tamen observatum existimo, cur potius e temporibus Eumenis, quam succedentium Eumeni regum, anni supervacui detrahendi sint. Hoc ergo nos ostendemus, et quidem meliori, quam Strabonis, testimonio. Annus ille Eumenis xxxix incipit anno U. C. Varr. 595, olymp. clv $\frac{1}{2}$. Et quidem satis commode hoc limite concludentur res gestæ ab Eumene. Suppetias in Antiochum Perseumque latas ab Eumene memorat Strabo. Mox autem a debellato Philippo res novas moliri coepit Antiochus a Lucio Scipione consule victus, anno proinde U. C. Varr. 564. Decretorium cum Perseo prælium erat consule ipso Æmilio U. C. Varr. 586, olymp. $\frac{\text{clii}}{\text{cliii}}\frac{4}{1}$, anno Eumenis nostri xxx^{o}. Hucusque ergo illum in regno fuisse certissimum est. Non equidem habemus numeri annorum, quibus regnarit, testem, quem Straboni opponamus. Et tamen falsum Strabonis esse numerum, nec illum ipsum, quem dedimus, numerum a vero admodum alienum esse discimus e Polybio. Post captum Perseum, fidem Eumenis aliquantisper suspectam habebant

Romani. Proinde fratri Eumenis Attalo favebant [1], ut fratres invicem committerent. Ita tribuno plebis Antonio, anno U. C. Varron. 587, Eumenis XXXI°. Postea Romam venit Prusias anno U. C. Varr. 588, ut docet Livius. Illum sequebatur ab eo accusatus Eumenes. Sed ne appelleret, senatusconsulto prohibitus [2] est de regibus Roma interdicendis, quod quidem senatusconsultum hyemis initio factum indicat Polybius, anno proinde Eumenis XXXII°. Nova adhuc intentabatur a Prusia Eumenis accusatio, quasi senatusconsulto de Galatis non paruisset. Inde novæ ortæ sunt in illum atque Antiochum Epiphanem suspiciones, missique [3] legati in Asiam, qui res eorum propius inspicerent, exploratasque referrent ad senatum. Hæc sub finem Antiochi, qui in annum U. C. Varr. incidit 590, Eumenis autem XXXIV. Sed et aliam habet Polybius [4] in Eumenem Prusiæ querelam, petita Syriam Demetrio Seleuci filio, anno Seleucidarum 150, Varr. 592, Eumenis XXXVI°. Imo novis Romæ comitiibus U. C. Varr. 593, Eumenis XXXVII°. Hucusque superstitem Eumenem fuisse docet testis, quem dedimus, major exceptione Polybius. Tum decessisse non constat. Terminum vero a Strabone designatum non attigisse, idem indicat Polybius. Annus Eumenis XLIX (si quidem illum attigisset) inivit anno Varr. 605; exiit autem 606. Sed diu antea in regni Pergameni possessione erat Eumenis successor Attalus. Nec multo certe post terminum a nobis præfixum 595, 596 causam Romæ egit in Ariarathem, qui regno fuerat ab eo exutus, Olophernes, consule Sext. Julio, anno scilicet Varr. 597, consule [5] magistratum nuper adepto. Tum Ro-

[1] Excerpt. Porphyrogenet. e Polyb. n. 93, *de Legat.* — [2] *Liv.* ep. L, XLVI, et Polyb. *Legat.* n. 97. — [3] Polyb. *ib.* n. 104, 106. — [4] Polyb. *ib.* n. 119, 120, 121, 122. — [5] Polyb. *Legat.* 126.

mam ipse venit Ariarathes. Causam autem dederat Ariarathes, qui pecuniam apud Prienenses ab Olopherne depositam ipse exigebat, proinde agro Prieniensium vastato, ὑπεργηρῶντος ἀδελφοῦ, idem inquit Polybius[1]. Anno certe praecedenti Varr. 596, quo nos Attali successionem retulimus. Deinde consule C. Marcio in Illyrios movente, Polyb. *Legat.* 127, missus est ab Attalo, jam rege, frater Athenaeus, ut fratris causam adversus Prusiam tueretur. *Legat.* 128. Hic annus erat Varr. 598. Aderat ibidem eadem causa Athenaeus illius anni hyeme, novo jam praetore A. Posthumio, anno Varr. 599. *Legat.* 129. Et consule Opimio anno Varr. 600. Aderant Pergami legati romani qui SC. pro Attalo factum Prusiae renunciarent. *Legat.* 132, 133, 134. Hi pacis leges Prusiae tulerunt. *Legat.* 136. Sed et Alexandro socium Attalum agnoscit ipse Strabo in oppugnando Demetrio filio Seleuci. Coepit autem Alexander ille anno Seleucidarum 160, ut docet auctor prioris Maccabaici. Annus[2] erat Varr. 602. Post[3] hyemem a novo Attali in Prusiam apparatu, romanum, de quo dixi, anni 600, senatusconsultum minus reverenter habentem. Inde coepit annus Varr. 601, cujus θερείας ἀκμαζούσης Alexandrum cum sorore Romam duxerit Heraclides, et SC. impetravit de illis in patrium regnum restituendis. Tum copias conscripsit in Asiam sequenti anno deportandas. Convenit aetas Attali regis ultimi Eumenis filii, qui Attalo patruo in regno Pergameno successit. Hic quoque Romam tunc venisse dicitur, ἔτι παῖς ὤν. Natum illum tum fuisse docet Polybius[4], cum primae gliscerent de Eumene patre Romanorum suspiciones, anno U. C. Varr. 586, nondum tamen a patre pro genuino declaratum. Οὐδέπω[5] γὰρ, inquit,

[1] Polyb. *de Virt. et Vit.* p. 1470, ed. Amst. — [2] Polyb. *Legat.* 135. — [3] Polyb. *Legat.* 138, 140. — [4] Polyb. *Legat.* 140. — [5] Polyb. *Legat.* 93.

ἀναδιδυσάμενος ἐπὶ χάριν κατὰ φύσιν υἱὸς ὢν αὐτῷ, ὁ μετὰ ταῦτα διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν. Fuerit tum duntaxat annuus. Sic annum egerit XVII^m^ cum regno Syriæ potiretur Alexander, qui ultimus erat pueritiæ limes. Conveniunt denique accuratissime proximæ legationis 141, notæ, Marci Claudii in Hispania procons. ipso illo anno 602, et consule anni sequentis 603, Aulus Posthumius, Licinius Lucullius. Idem Strabo Attalum Romanis in bello contra pseudo-Philippum opem tulisse confitetur. Et hujus quoque belli exitum omnes anno Varr. 606 conferunt, Eumenis ultimo pro falsis hypothesibus Strabonis. . . . .

V. Attalus II, Eumenis prædicti frater, et superioris Attali filius natu minor. Ab anno Varr. 596, regem illum, contra Strabonem (qualem hodie habemus) fuisse probavimus. Tenuit annis XXI, teste Strabone. Ad annum scilicet Varr. 616, ut ultimum regni annum duntaxat inchoaverit. Conveniunt huic spatio res ab eodem gestæ. Alexandrum Antiochi filium ab eo adjutum in Demetrium Seleuci testantur Strabo et Justinus XXXV, v. Simili etiam Romanos officio prosecutum bello in pseudo-Philippum. Et Diegylum Thraciæ regem ab eodem Attalo victum, et Prusiam Bithyniæ regem ejusdem cum Nicomede Prusiæ filio juncti opera interfectum, idem testis est Strabo. Alexandri Balæ, qui Demetrium Seleuci expulit, introitus anno Seleucidarum 160 convenit, qui idem erat Varr. 602 pro nostris tabulis. Pseudo-Philippus Roma elapsus est sub consulibus anni Varr. 605, sequenti anno victus est, Varr. 606, a prædicto Demetrio captus in Syria post ann. Varron. 592, quo fugerat metu Eumenis; ut docuit Livius Ep. l. XLIX. Inde colligitur primis Demetrii temporibus adhuc superstitem fuisse Eumenem, ut nostræ quoque monent tabulæ. Eodemque anno, ut e

Livii epitome innuitur, nec multo serius, Prusias rex Bithyniæ a Nicomede exstinctus est, juvante Attalo. Diegylidem tum vicit, cum Prusiam adoriretur Attalus; ut docet Appianus in Mithradaticis, p. 301: Convenit etiam locus historiæ hujus in fragmentis Diodori a Photio servatis. Satis commode pro limitibus quos diximus.

VI. Attalus est Eumenis II filius, Attali II ἀδελφιδοῦς, Attali I nepos, et tertia ejusdem stirps, secundum Livium. Ita scilicet, si in numerum recipiatur avunculus ab eadem Attali I stirpe etiam ipse procreatus. Huic annos V, concedit, ubi supra, Strabo l. XIII, pag. 624. Incipit annus illius V, anno U. C. Varron. 621, quo primas seditiones concitavit Tib. Gracchus hoc ipso nomine agri Pergameni, hujus Attali testamento populo romano legati. Ita fiet ut hic ultimus hujus Attali, quintus nimirum, annus absolvi non potuerit, nisi annum saltem unum patris vel patrui mutilum supponamus. Hunc Philopatorem Plutarchus, Strabo Philometorem, appellat. Sic ergo se habebit regni hujus Pergameni universa successio ad epochas redacta chronologicas. Anni autem ubique non alii intelligantur quam incipientes. Commisimus præterea aliorum quoque regnorum successiones, quæ res complectebantur cum rebus principum Pergamenorum permistas, quæ Pergamenorum chronologiam firmabunt, et vicissim inde firmabuntur.

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedonum.
4432	282	472	124 $\frac{2}{3}$	467	30	Philetæri. XX. 1	Philadel. 4	31	Seleuci menses. 1
4433	281	473	124 $\frac{3}{4}$	Nov. 1. 468	31	2	5	32	Ptolemæi Ceraun. 1

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedoniæ.
4434	280	474	124/125 4/1	469	32	3	6	Antioch. Soter. 1	Sosthenes 1
4435	279	475	125 1/2	470	33	4	7	2	2
4436	278	476	125 2/3	471	34	5	8	3	Antig. 1. Gonatas.
4437	277	477	125 3/4	Oct. 31. 472	35	6	9	4	2
4438	276	478	125/126 4/1	473	36	7	10	5	3
4439	275	479	126 1/2	474	37	8	11	6	4
4440	274	480	126 2/3	475	38	9	12	7	5
4441	273	481	126 3/4	Oct. 30. 476	39	10	13	8	6
4442	272	482	126/127 4/1	477	40	11	14	9	7
4443	271	483	127 1/2	478	41	12	15	10	8
4444	270	484	127 2/3	479	42	13	16	11	9
4445	269	485	127 3/4	Oct. 29. 480	43	14	17	12	10
4446	268	486	127/128 4/1	481	44	15	18	13	11
4447	267	487	128 1/2	482	45	16	19	14	12

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedoniæ.
4448	266	488	128 $\frac{2}{3}$	483	46	17	20	25	13
4449	265	489	128 $\frac{3}{4}$	Oct. 28. 484	47	18	21	26	14
4450	264	490	128 129 $\frac{4}{1}$	485	48	19	22	27	15
4451	263	491	129 $\frac{1}{2}$	486	49	20	23	28	16
4452	262	492	129 $\frac{2}{3}$	487	50	Eumenis XXII. 1	24	29	17
4453	261	493	129 $\frac{3}{4}$	Oct. 27. 488	51	2	25	Antiochi Θεοῦ 1	18
4454	260	494	129 130 $\frac{4}{1}$	489	52	3	26	2	19
4455	259	495	130 $\frac{1}{2}$	490	53	4	27	3	20
4456	258	496	130 $\frac{2}{3}$	491	54	5	28	4	21
4457	257	497	130 $\frac{3}{4}$	Oct. 26. 492	55	6	29	5	22
4458	256	498	130 131 $\frac{4}{1}$	493	56	7	30	6	23
4459	255	499	131 $\frac{1}{2}$	494	57	8	31	7	24
4460	254	500	131 $\frac{2}{3}$	495	58	9	32	8	25
4461	253	501	131 $\frac{3}{4}$	Oct. 25. 496	59	10	33	9	26

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedoniæ.
4462	252	502	131 4/1 132	497	60	11	34	10	27
4463	251	503	132 1/2	498	61	12	35	11	28
4464	250	504	132 2/3	499	62	13	36	12	29
4465	249	505	132 3/4	Oct. 24. 500	63	14	37	13	30
4466	248	506	132 4/1 133	501	64	15	38	14	31
4467	247	507	133 1/2	502	65	16	Euergetis 15. 1	15	32
4468	246	508	133 2/3	503	66	17	2	Seleuci Callinic. 1	33
4469	245	509	133 3/4	Oct. 23. 504	67	18	3	2	34
4470	244	510	133 4/1 134	505	68	19	4	3	35
4471	243	511	134 1/2	506	69	20	5	4	36
4472	242	512	134 2/3	507	70	21	6	5	37
4473	241	513	134 3/4	Oct. 22. 508	71	22	7	6	38
4474	240	514	134 4/1 135	509	72	Attalis 1. 43. 44. 1	8	7	39
4475	239	515	135 1/2	510	73	2	9	8	Demetrii 1

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedoniæ.
4476	238	516	135 2/4	511	74	3	10	9	2
4477	237	517	135 3/4	Oct. 21. 512	75	4	11	10	3
4478	236	518	135 4/ 136 1	513	76	5	12	11	4
4479	235	519	136 1/4	514	77	6	13	12	5
4480	234	520	136 2/4	515	78	7	14	13	6
4481	233	521	136 3/4	Oct. 20. 516	79	8	15	14	7
4482	232	522	136 4/ 137 1	517	80	9	16	15	8
4483	231	523	137 1/4	518	81	10	17	16	9
4484	230	524	137 2/4	519	82	11	18	17	10
4485	229	525	137 3/4	Oct. 19. 520	83	12	19	18	Antigoni Fusci. 1
4486	228	526	137 4/ 138 1	521	84	13	20	19	2
4487	227	527	138 1/4	522	85	14	21	20	3
4488	226	528	138 2/4	523	86	15	22	Seleuci Ceravni. 1	4
4489	225	529	138 3/4	Oct. 18. 524	87	16	23	2	5

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedoniæ.
4490	224	530	138/139 $\frac{4}{1}$	525	88	17	24	3	6
4491	223	531	139 $\frac{1}{2}$	526	89	18	25	Antiochi magni. 1	7
4492	222	532	139 $\frac{2}{3}$	527	90	19	Philopat. 17. 1	2	8
4493	221	533	139 $\frac{3}{4}$	Oct. 17. 528	91	20	2	3	9
4494	220	534	139/140 $\frac{4}{1}$	529	92	21	3	4	Philippi. 1
4495	219	535	140 $\frac{1}{2}$	530	93	22	4	5	2
4496	218	536	140 $\frac{2}{3}$	531	94	23	5	6	3
4497	217	537	140 $\frac{3}{4}$	Oct, 16. 532	95	24	6	7	4
4498	216	538	140/141 $\frac{4}{1}$	533	96	25	7	8	5
4499	215	539	141 $\frac{1}{2}$	534	97	26	8	9	6
4500	214	540	141 $\frac{2}{3}$	535	98	27	9	10	7
4501	213	541	141 $\frac{3}{4}$	Oct. 15. 536	99	28	10	11	8
4502	212	542	141/142 $\frac{4}{1}$	537	100	29	11	12	9
4503	211	543	142 $\frac{1}{2}$	538	101	30	12	13	10

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedonum.
4504	210	544	142 2/3	539	102	31	13	14	11
4505	209	545	142 3/4	Oct. 14. 540	103	32	14	15	12
4506	208	546	142 4/1 143	541	104	33	15	16	13
4507	207	547	143 1/2	542	105	34	16	17	14
4508	206	548	143 2/3	543	106	35	17	18	15
4509	205	549	143 3/4	Oct. 13. 544	107	36	Epiphanis 14. 1	19	16
4510	204	550	143 4/1 144	545	108	37	2	20	17
4511	203	551	144 1/2	546	109	38	3	21	18
4512	202	552	144 2/3	547	110	39	4	22	19
4513	201	553	144 3/4	Oct. 12. 548	111	40	5	23	20
4514	200	554	144 4/1 145	549	112	41	6	24	21
4515	199	555	145 1/2	550	113	42	7	25	22
4516	198	556	145 2/3	551	114	43	8	26	23
4517	197	557	145 3/4	Oct. 11. 552	115	44 Eumenis 39. 1	9	27	24

P*

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Maccedoniæ.
4518	196	558	145/146 $\frac{4}{1}$	553	116	2	10	28	25
4519	195	559	146 $\frac{1}{2}$	554	117	3	11	29	26
4520	194	560	146 $\frac{2}{3}$	555	118	4	12	30	27
4521	193	561	146 $\frac{3}{4}$	Oct. 10. 556	119	5	13	31	28
4522	192	562	146/147 $\frac{4}{1}$	557	120	6	14	32	29
4523	191	563	147 $\frac{1}{2}$	558	121	7	15	33	30
4524	190	564	147 $\frac{2}{3}$	559	122	8	16	34	31
4525	189	565	147 $\frac{3}{4}$	Oct. 9. 560	123	9	17	35	32
4526	188	566	147/148 $\frac{4}{1}$	561	124	10	18	36	33
4527	187	567	148 $\frac{1}{2}$	562	125	11	19	Seleuci Philopat. 1	34
4528	186	568	148 $\frac{2}{3}$	563	126	12	20	2	35
4529	185	569	148 $\frac{3}{4}$	Oct. 8. 564	127	13	21	3	36
4530	184	570	148/149 $\frac{4}{1}$	565	128	14	22	4	37
4531	183	571	149 $\frac{1}{2}$	566	129	15	23	5	38

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedoniæ.
4532	182	572	$149\frac{2}{3}$	567	130	16	24	6	39
4533	181	573	$149\frac{3}{4}$	Oct. 7. 568	131	17	Philometor 36. 1	7	40
4534	180	574	$\frac{149}{150}\frac{4}{1}$	569	132	18	2	8	41
4535	179	575	$150\frac{1}{2}$	570	133	19	3	9	Persei 1
4536	178	576	$150\frac{2}{3}$	571	134	20	4	10	2
4537	177	577	$150\frac{3}{4}$	Oct. 6. 572	135	21	5	11	3
4538	176	578	$\frac{150}{151}\frac{4}{1}$	573	136	22	6	12	4
4539	175	579	$151\frac{1}{2}$	574	137	23	7	Antiochi Epiphan. 1	5
4540	174	580	$151\frac{2}{3}$	575	138	24	8	2	6
4541	173	581	$151\frac{3}{4}$	Oct. 5. 576	139	25	9	3	7
4542	172	582	$\frac{151}{152}\frac{4}{1}$	577	140	26	10	4	8
4543	171	583	$152\frac{1}{2}$	578	141	27	11	5	9
4544	170	584	$152\frac{2}{3}$	579	142	28	12	6	10
4545	169	585	$152\frac{3}{4}$	Oct. 4. 580	143	29	13	7	11

Period, Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.	Macedoniæ.
3546	168	586	152 $\frac{4}{1}$ 153	581	144	30	14	8	Finis Persei.
4547	167	587	153 $\frac{1}{2}$	582	145	31	15	9	
4548	166	588	153 $\frac{2}{3}$	Oct. 3. 583	146	32	16	16	
4549	165	589	153 $\frac{3}{4}$	584	147	33	17	11	
4550	164	590	153 $\frac{4}{1}$ 154	585	148	34	18	Antiochi Eupatoris an. 1. m. 6. 1.	
4551	163	591	154 $\frac{1}{2}$	586	149	35	19	2	
4552	162	592	154 $\frac{2}{3}$	Oct. 2. 587	150	36	20	Demetrii Soteris. 1	
4553	161	593	154 $\frac{3}{4}$	588	151	37	21	2	
4554	160	594	154 $\frac{4}{1}$ 155	589	152	38	22	3	
4555	159	595	155 $\frac{1}{2}$	590	153	39	23	4	
4556	158	586	155 $\frac{2}{3}$	Oct. 1. 591	154	Attali II. 21. 1	24	5	
4557	157	597	155 $\frac{3}{4}$	592	155	2	25	6	
4558	156	598	155 $\frac{4}{1}$ 156	693	156	3	26	7	
4559	155	599	156 $\frac{1}{2}$	594	157	4	27	8	

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.
4560	154	600	156 2/4	595	158	5	28	9
4561	153	601	156 3/4	Sep. 30. 596	159	6	29	10
4562	152	602	156 4/4 157 1/4	597	160	7	30	Alexandr. Bala. 1
4563	151	603	157 1/4	598	161	8	31	2
4564	150	604	157 2/4	599	162	9	32	3
4565	149	605	157 3/4	Sep. 29. 600	163	10	33	4
4566	148	606	157 4/4 158 1/4	601	164	11	34	5
4567	147	607	158 1/4	602	165	12	35	Ptolemæ. Philom. 1. Macc. xi. 13. 1.
4568	146	608	158 2/4	603	166	13	36	2
4569	145	609	158 3/4	Sep. 28. 604	167	14	Euergetis II. 29. 1	Demetrii Nicat. an. capt. 3 1.
4570	144	610	158 4/4 159 1/4	605	168	15	2	2
4571	143	611	159 1/4	606	169	16	3	2
4572	142	612	159 2/4	607	170	17	4	Antio. fil. Alex. 4. 1
4573	141	613	159 3/4	Sep. 27. 608	171	18	5	2

Period. Julian.	Ante Christ.	U. C. Varr.	Olympiad.	Nabonass. Thoth.	Seleucidarum.	Pergamenor. Reg.	Ægyptiorum	Syr. Regum.
4574	140	614	159 / 160 $\frac{1}{4}$	609	172	19	6	3
4575	139	615	160 $\frac{1}{2}$	610	173	20	7	4
4576	138	616	160 $\frac{2}{3}$	Sep. 26. 611	174	21	8	Antiochi Sider. 9. 1
4577	137	617	160 $\frac{3}{4}$	612	175	Attalis III 5. 1	9	2
4578	136	618	160 / 161 $\frac{4}{1}$	613	176	2	10	3
4579	135	619	161 $\frac{1}{2}$	614	171	3	11	4
4580	134	620	161 $\frac{2}{3}$	Sep. 25. 615	178	4	12	5
4581	133	621	161 $\frac{3}{4}$	616	179	5	13	6

§. III. Scripsit Apollodorus chronicon suum sub Attalo Philadelpho, anno U. C. Varr. 610, ætate nostri Scymni.

Attalus ille Philadelphus (cui opus suum geographicum inscripserat anonymus) non alius erat a secundo hujus seriei Attalo, antepenultimi regis fratre, ultimi autem avunculus. Senem hunc fuisse docet Strabo, annorum scilicet LXXXII, ut proinde illum longævis accenseat Lucianus. Sic natus fuerit patri Attalo I, anno regni XXI°, U. C. Varr. 534; minor quidem Eumene, reliquis tamen fratribus major, saltem Athenæo. Hunc Philadelphi nomine insignitum fuisse testatur Lucianus, ad quem Scipio Africanus venerit.

Scipio ille Africanus minor erat, qui etiam Æmilianus a patre natalitio L. Æmilio Paulo Persei domitore, appellabatur. Nam, cum in Asia legati vice sub fratre Asiatico versaretur Africanus major, tum certe Pergamenis præerat Attalus nullus, sed hujus, de quo loquimur, Attali frater Eumenes. Hujus Attali temporibus convenit annus ab auctore illo chronologico designatus post Ilii excidium 1040. Numerentur anni solidi 408, a Troja excisa ad primam olymp. ut in apparatu ad Chronol. Dionys. numerandos ostendimus. Addantur deinde 632, ad numerum illum absolvendum, et ad olymp. LVIII, 4, pertingent, quo demum completo opus suum auctor Attalo inscripserit. Finis illius olympiadis in annum U. C. Varr. 610, incidit, illiusque Attali 15, pro nostris tabulis, si illo ispo anno librum auctor in lucem emiserit. Nec longe distabit si saltem illa ediderit olympiade. Ex hac epocha manifestum est Attalum hoc in loco alium quam secundum Eumenis, quem dixi, fratrem intelligi ne quidem potuisse. Ut proinde recte ad illum verba auctoris nostri retulerit cl. Galeus [1]. In eo tamen hallucinatur, quod hunc eundem fuisse censuerit, qui et Galatas fuderit, et magnum repulerit Antiochum. Patris enim (non filii, qui φιλαδελφίας nomine insignis erat, ut e Plutarcho etiam constat περὶ φιλαδελφίας) illa erant in Galatas et magnum Antiochum facinora. Ejusdem ætatis nota est, quod auctor ille, quicunque demum is fuerit, discipulus fuerit Diogenis stoici, qui Romam venit anno Varroniano 599; imo Aristarchi, cujus discipulus erat etiam Ptolemæus Euergetes II, qui tum quoque cum fratre Philometore regnum administrabat. Is quoque Philologi cognomen non designabatur Philologi illius, cujus noster meminit, condiscipulus, sub principe Philolo-

[1] Dissert. de script. mytholog. cap. 6, pag. 45.

gorum Aristarcho. Sic invicem consentiunt notæ temporis quo vixerit auctor, qui sua Attalo Philadelpho inscripserit. Nec minus conveniunt ipsius operis notæ quo minus opus Apollodori chronologicum in animo noster habuerit. Nam qui annum a Troja designavit, quo opus ipsum ad finem perduxit, eadem proinde epocha alia quoque ejusdem operis tempora designasse verisimillimum est, quod ab Apollodoro factum veteres testantur. Recte ergo hinc etiam operis chronologici ab Apollodoro conscripti annum elicuit doctissimus Galeus.

§. IV. Prædicto anno Varr. 610, natus fuerat Scymnus. Non tamen scripsit ante annum Varr. 625.

Superest jam ut ex illa Apollodori ætate scriptoris etiam nostri ætatem colligamus. Sic enim ipse de prædicto epochæ ab excidio Trojano deductæ anno:

Χρονογραφίαν σἸοιχοῦσαν ἄχρι τοῦ νῦν βίου, vs. 23.

Βίου nomine ætatem, qua ipse vixit, intelligit, a propriis suis usque natalibus. Qua scilicet a patrum avorumque ætatibus distingui solet apud veteres, quæ sint etiam ipsæ a patrum avorumque natalibus arcessendæ. Hoc ergo vult, cum ætatis suæ initio nectendum esse finem illum Apollodori. Hoc enim innuitur voce ἄχρι. Ita certe loquitur quasi omnia, quæ prædictum ab excisa Troja annum præcesserant, ea sua etiam memoria superiora fuissent, proinde non aliunde quam ex aliorum fide majorumque traditione haurienda. Ita suum commendat Apollodorum, quod auditor fuerit Diogenis stoici, et quod Aristarcho fuerit per πολὺν χρόνον συνσχολακώς, condiscipulus, ut videtur, in schola Diogenis. Raram illam supponit, ætatisque felicitatem, qua floruerit Apollodorus, quæque adeo

a paucissimis, si forte ullis, illo, quo scribebat ipse, sæculo posset venditari. Inde illum γνησίοις φιλολόγοις accenset, quod præstantissimorum philologorum discipulus fuerit, vel discipulis coævus, quæ aliena proinde censuit a sui sæculi philologis. Sic enim τέκνων γνησίων loco suos quoque discipulos habebat S. Apostolus, qui tum demum γνήσιοι censebantur, si a præceptoris virtute non fuissent degeneres. Imo hoc ipso nomine γνήσιοι, si ab ipsis sectæ institutoribus, sectæ præcepta accepissent, non autem per cœnosos degenerum discipulorum canales. Sic etiam quæ habet de cultu Apollinis Didymæi, tam ab hoc suo Nicomede, quam a Nicomedis patre observato, hæc ἀκοῇ accepta refert fidei nempe alienæ. Hæc tamen patriæ fortasse potius, quam sæculi alieni argumenta existimabuntur. Videamus ergo aliunde, qua licet, ætatem nostri, de quo agimus, auctoris. Reges certe Pergamenos tum defecisse supponit, ni fallor, cum ipse operi manum admoveret. Sic enim habet vs. 16:

. . . . Τοῖς ἐν Περγάμῳ
βασιλεῦσιν· ὧν ἡ δόξα καὶ τεθνηκότων
παρὰ πᾶσιν ἡμῖν ζῶσα διὰ παντὸς μένει.

Sic ille de pluribus uno ab Apollodori sæculo regibus Pergamenis. Et tamen uni Attalo Philadelpho opus suum chronologicum inscripsisse Apollodorum ipse testis est vs. 46, 48. Alius ergo ille, quem mortuum supponit, rex Pergamenus post Attalum Philadelphum Attalus erat ultimus Philadelphi nepos, qui ditionem Pergamenam testamento populo romano legavit. Hinc ergo manifestum est, post annum Varr. 621, quo facta illa est (uti vidimus) legatio, scripsisse nostrum. Alioqui regibus Pergamenis, si qui fuissent, quos tantos literarum patronos agnoscit, opus fuisset potius

inscribendum. Ita certe, pro exemplo illius, quem se imitari profitetur, Apollodori. Novi præterea sequebantur in republica Pergamena motus, post mortem Attali Philometoris, auctore Aristonico, qui se illius Attali fratrem, Eumenis autem ex alia uxore filium, haberi volebat. Huic bello finem, capto ipso Aristonico, imposuit Perpenna consul ann. Varr. 624, vel successor potius Perpennæ Manius Aquilius, anno Varr. 625. Hoc enim anno distributa sunt regibus belli participibus belli præmia.

§. V. Nec scribere potuit Scymnus post annum Varr. 679, quo ultimus decessit Nicomedes, qui Bithyniam populo romano legavit. Is tertius erat ab eo Nicomede, qui Attali opera regnum adeptus est.

Hæc tempora studiis non fuisse propitia certum est. Extincto autem regno Pergameno, nemo deinde erat in literarum patrocinio par regibus Bithynicis. Ita noster vs. 50:

...............Τῶν μὲν βασιλέων
μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρεις.

Talem certe nostri operis patronum supponunt verba illa vs. 62:

.... Κοινὴν γὰρ σχεδὸν
τοῖς φιλομαθοῦσιν ἀναδέδειχας ἑστίαν.

Debebant præterea regiam dignitatem reges Bithynici regi Pergameno, ipsi illi Attalo Philadelpho, cui Χρονικὴν Σύνταξιν dicaverat Apollodorus. Merito ergo e familia Bithynicorum quærendus erat patronus, qui, pro exemplo Apollodori, succederet regi Pergameno. Proinde Nicomedi sua dicavit noster, omnino Bithynico. Sed multi erant, post Attalum Philadelphum Pergamenum, in Bithynia reges, eodem illo cognomine Nicomedes, quos omnes invicem permiscuit cl.

Vindingius. Nemo tamen post illum omnium ultimum Nicomedem, qui Attali ultimi exemplo, populum romanum scripsit Bithyniæ hæredem, anno Varroniano 679. Proinde ante epocham illam vixerit oportet patronus atque auctor operis nostri geographici. Tres autem Nicomedes numerat in regno illo Bithynico Appianus [1], Attalo Philadelpho juniores. I^us^ erat Nicomedes Prusiæ filius ab ipso illo Attalo, dum cædem patris meditaretur, adjutus. Ab illa ipsa cæde regni initium erat, quam quidem cædem anno Varr. 606 perpetratam ostendimus. II^us^ hujus filius erat, eodem quo et pater nomine Nicomedes, sed Philopator cognominatus, ut nos docet Appianus. Hujus initium ad annum Varr. 664, quo cœpit primum cum Mithradate bellum, referunt scriptores romani. Idem Romæ aderat cum patre Prusia anno Varr. 588, teste Livio. Sic admodum fuerit longævus, ut puer fuerit, cum honores a Livio memoratos decerneret senatus. Hunc autem Nicomedem fuisse τοῦ Νικομήδους τοῦ Περουσίου testatur Appianus [1]. Male ergo hoc anno mortem Nicomedis Philopatoris statuit noster Usserius. Nec enim Philopator appellari potuit Nicomedes I, qui patrem occidit Prusiam. De II° nihil obstat quo minus ita jure merito appellaretur, qui illo anno cœperit. III^us^ denique Nicomedes, qui Bithyniam populo romano legavit, primi υἱωνός erat, eodem teste Appiano [2]. Hujus finem dedimus, initium non ita exploratum habemus. Hoc tamen anno pulsus opera Mithradatis Romam petiit, sequenti autem in patriam restitutus est, Varr. 665, adjuvantibus Romanis. Proximo Varr. 666, pulsus iterum a Mithradate. Rursus post annum belli mithradatici 4, Varron. 670, Regno restitutus a Sylla, teste, in *Syllæ vita*, Plutarcho. Is VI^us^ erat regni ab

[1] Appian. *Mithridatic.* pag. 302. — [2] *Ibid.* p. 304. — [3] *Ibid.* p. 302.

initio annus. Nec ad secundum Nicomedem Philopatorem referenda esse arbitror. Quærendum jam quis fuerit ille nostri Nicomedes.

§. VI. Nicomedes Scymni patronus, primus esse non potuit, qui patrem Prusiam interfecit. Et ne secundus quidem Philopator, sed illius frater Chrestus cognomine. Proinde anno Varr. 664, illum scripsisse verisimillimum est.

Duas autem habet noster sui Nicomedis notas. I^a illa est, quod fuerit in patrem benevolus. Hoc inde colligo, quod cum Apollinem Didymæum de dedicatione in consilium adhibuisset, rationem facti illam reddit, quod propitium tam Nicomedi suo, quam sui Nicomedis patri nomen illud fuisset. Verba sunt vs. 55:

> Διὸ καὶ τῇ προθέσει σύμβουλον ἐξελεξάμην
> τὸν συγκαρπωθέντα καὶ τῷ σῷ πατρὶ
> τὰ τῆς βασιλείας πρότερον, ὡς ἀκούομεν,
> παρά σοί τε, βασιλεῦ, γνησίως τιμώμενον
> κατὰ πάντα· τὸν Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Διδύμοις λέγω.

Primo Nicomedi hæc nullo modo conveniebant. Nec enim erat idoneum captandæ benevolentiæ illius argumentum siquid patri placuisset, quem ipse interfecisset, similis tamen a patre passus insidias. Melius fortasse Nicomedi secundo, qui Philopatoris cognomine delectatus est. Alia nota est in verbis illis :

> . . . . Τῶν μὲν βασιλέων
> μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρεις.

Innuit nimirum illum, ad quem scribit, Nicomedem Χρηστὸν cognominatum, nec alium quemvis regum coævorum eodem illo cognomine fuisse insignitum. Hæc nota potius in Socratem Nicomedis Philopatoris fratrem quadrat, quem illius loco suffecit Mithradates. Hunc enim Χρηστὸν appellatum omnes agnoscunt. Simili exem-

plo, quo et Dionysium Heracleotam τὸ Χρηστὸς ἐπίκλησιν ἐκ τῶν ἠθῶν retulisse docet Memnon apud Photium [1]. Nimirum suavitas αὐθεκάστῳ contraria, voce illa denotatur, significatione a gustu ad mores deducta. Nec aliter, ut opinor, manes Χρηστοί audiunt in sepulcrorum inscriptionibus. Tantundem enim valebat ac manes apud veteres Romanos, quibus e contra morum austeritas et sævitia *immanitas* vocabatur. Habemus ergo inter reges Bithynicos Χρηστόν, ipsum nimirum illum, quem noster intelligebat geographus, si unicus fuerit inter asiaticos illius sæculi reges illo cognomine Χρηστοῦ, quod verum fuisse noster ipse testis est. Sed Socratem illum appellatum esse diximus, non Nicomedem. Ita quidem ante regnum. Postea Nicomedis nomen assumpsisse docet Memnon [2]. Verba sunt: Τῆς γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ συγκλήτου Νικομήδην τὸν ἐκ Νικομήδους καὶ Νύσης βασιλέα Βιθυνίας γεγονέναι ψηφισαμένης, Μιθριδάτης τὸν Χρηστὸν ἐπικληθέντα Νικομήδην ἀντεπῆγεν. Et cum frater illius alius Nicomedes pietatem in communem utriusque patrem Philopatoris cognomine assumpto venditaret; non est profecto cur hunc nostrum quoque Nicomedem illo nomine fratre inferiorem existimemus. Erat autem unico duntaxat anno in Bithyniæ regno noster ille, qui Mithradatem patronum habuit, Χρηστὸς Nicomedes. Ab anno nempe Varroniano 664, ad 665. Hostem enim a senatu declaratum interfecit, qui regem fecerat, ipse Mithradates. Hoc certe beneficium suum senatui romano exprobrat insigni illa sua apud Justinum [3] oratione Mithradates: *Non regem*, inquit, *Bithyniæ Chreston, in quem senatus arma decreverat a se in gratiam illorum occisum?* Hæc ille ante celebrem illam sequentis anni Varroniani 666, defectionem, cum se palam Romanorum

[1] Phot. Cod. 224. — [2] Memn. ap. Phot. Cod. 224, n. 32 (p. 739, ed. 1612). — [3] Ap. Justin. lib. XXXVIII, cap. 5.

hostem profiteretur Mithradates. Tum denuo Bithyniam occupavit, pulso iterum Nicomede Philopatore. Nulla tamen deinceps mentio regis in Bithynia Nicomedis Chresti a Mithradate ipso antea suffecti. Proinde altero illorum annorum scripsisse oportet auctorem nostrum. Ego priori potius anno Varr. 664 scripsisse arbitror, dum nulli imminerent ab æmulo fratre motus, nec novorum motuum suspiciones. Regnum certe novum supponit, et novam Χρηστότητος appellationem, quasi novum ipse facturus Χρηστότητος experimentum: Πεῖραν ἐπιδόμενος αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ λαβεῖν. Sic fuerit noster paulo junior Polybio, testisque rei geographicæ paulo auctioris quam fuisset ætate Polybii, ut mox ostendemus. Ætatem præterea argumento a se suscepto parem habebat. Quem enim anno U. C. Varr. 610, natum probavimus, is anno prædicto Varroniano 664, annum egerit oportet ætatis ad minimum LIV^{m}. Minor esse non potuit, potuit fortasse paulo fuisse major.

§. VII. Conveniunt loca sub Scymni Chii nomine a veteribus prolata cum hoc opere, quæ quidem verba illius integra habemus, geographico.

A nomine auctoris nostri adhuc consulto abstinuimus, quod Marciano Heracleotæ librum adscripserit codex, e quo prodiit, unicus, Palatinus. Errorem primus detexit Holstenius, non quidem ex aliis, qui titulum alium præferrent, codicibus manuscriptis; sed e locis sub Scymni Chii nomine e veteribus advocatis. Dubitat tamen adhuc cl. Vindingius, idne vincant loca veterum ab Holstenio prolata, quod volebat Holstenius. Interim non dubitat, alium esse operis auctorem ligati ab operis soluti auctore, quem codices mss. Marcianum appellant Heracleotam. Ætatem utriusque auctoris diversissimam etiam ipse observavit,

multis in medium prolatis exemplis. De eo ergo tantummodo dubitat, an Scymnus Chius vetustioris operis metrici auctor fuerit. Num scilicet in hoc metrico opere ea omnia occurrerint quæ sub Scymni Chii nomine veteres advocarint. Agnoscit interim quæ e Scymno profert Stephanus in voce Ἀγάθη, Phocæensium coloniam fuisse Agatham, cum illis satis commode convenire, quæ hodieque in nostro legimus vs. 206, 207. Tentemus et alia. Sic ergo Stephanus : Ἄρεως νῆσος πρὸς τοῖς Κόλχοις, ἐν τῷ Πόντῳ· Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ. Respondent illa in fragmentis Holstenianis, quorum pauca admodum vidit cl. Vindingus vs. 173.

> ....Κερασοῦς
> κτισθεῖσ' ἀπ' αὐτὸ, καθ' ἃς ἔρημος κειμένη
> ἧς ἄντικρυς παρήκει νῆσος Ἄρεως
> λεγομένη.

Hunc ipsum situm intelligi indicat Cerasus in Ponto sita et Colchis vicina, quamvis desint tam antecedentia quam consequentia. Scholiastes Apollonii[1] : Σκύμνος δὲ ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ περὶ Εὐρώπης, αὐτὸν μόνον φησὶν ἀπὸ ἐρήμου φέρεσθαι τὸν Ἴστρον. Ita Scymnus[2] :

> ....Ὁ Ἴστρος ποταμὸς
> κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων,
> τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος.
> Δυσὶ δὲ σχιζόμενος κ' εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥέει.

Holstenium hoc in loco redarguit Vindingius, quod apud scholiastem ἀφ' ἑσπέρου legendum censuerit pro ἀπὸ ἐρήμου. Nempe quia hoc ipso loco Eratosthenis verba similia refert scholiastes, ἐξ ἐρήμων τόπων ῥεῖν. Recte quidem ille, ut opinor, si vere ita scripsisset Eratosthenes. Nam et Eratosthenem inter auctores,

[1] In Apollon. lib. IV, *Argon*. v. 284. — [2] *Fragm*. v. 27.

quorum fidem secuturus erat, recenset noster, vs. 114; et ἐρήμων locorum sæpissime meminit. Eoque consilio opus suscepisse innuunt illius verba vs. 68:

Ὅσ' ἐςὶ πλωτὰ καὶ πορευτὰ τῶν τόπων.

Quod scilicet veteribus solemne esset Περίπλων et Περιόδων fines tales statuere, itineribus tam maritimis quam pedestribus impervios, eoque nomine se excusare, quod ulteriores non fecerint progressus. Sed profecto nihil attinebat ad sententiam Apollonii, cultus fuerit, an incultus, ager unde ortum duxit Ister, nec proinde ad sententiam scholiastæ, sed a quo potius cœli cardine. Fontes Istri ὑπὲρ πνοιῆς βορέαο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν statuebat Apollonius. Hyperboreos designavit ex Aristeæ Proconnesii Arimaspis celebres, et fabulis de Abunde. Sic Istrum Scythiæ [1] fluvium fore agnoscit scholiastes. Hujus sententiæ auctorem Æschylum facit, cujus fidem secutus fuerit Apollonius. Sed Hyperboreos istos pro fabulis habebant alii, inter quos historiæ princeps Herodotus [2]. Hic itaque Celtis potius Istri fontes afferendos existimavit [3]. Sic etiam Timagetus e fide scholiastis, τὸν Ἴςρον φησὶ, inquit, καταφέρεσθαι ἐκ τῶν Κελτικῶν ὀρῶν. Sic et noster ipse Scymnus [4]:

Οἰκοῦσι τῆς στήλης δὲ τοὺς ἐγγὺς τόπους
Κελτῶν ὅσοι λέγουσιν ὄντες ἔσχατοι,
Ἐνετοί τε καὶ τῶν ἐντὸς εἰς τὸν Ἀδρίαν
Ἴστρῳ καθηκόντων. Λέγουσι δ' αὐτόθεν
τὸν Ἴςρον ἀρχὴν λαμβάνειν τοῦ ῥεύματος.

Sic fere omnes post Herodotum, magis jam magisque in dies exculta geographica. Nec aliter sensisse credi-

[1] Ὁ δὲ Ἴςρος ποταμὸς Σκύθης, schol. in Apollon. lib. IV, v. 282. — [2] Herodot. IV, 16, 32, 36. — [3] *Ibid.* II, 34; IV, 39. — [4] Scymn. v. 190, pag. 12 (Huds.).

bile est doctissimum Eratosthenem, qui ipse minus cultam a majoribus acceptam, novis coævorum inventis excultiorem reddidit. Sed vero qui in Celtis Istri fontes statuebant, eos ad occidentem, non ad septentrionem retulisse necesse erat, pro primo quoque illo cardinum cœlestium in geographia usu, cujus auctor erat Ephorus. Quatuor enim cœli cardines ita invicem distinxit, ut ad unumquemque gentem aliquam insigni populorum frequentia notam posuerit. Nempe ad septentrionem Scythas, ad notum Æthiopas, ad orientem Indos, ad occidentem denique Celtas. Sic in fragmento legimus ex Ephori l. IV, quod a viro maximo Isaaco Vossio olim acceperamus, nuper autem edidit Gronovius, e Τυπογραφίᾳ Χελδωνιανικῇ. Quod etiam Ephori fuisse agnoscit Strabo. Recte ergo apud scholiastem Apollonii ἀφ' ἑσπέρου reposuit Holstenius. Nec aliter faciendum existimo, etiam in testimonio Eratosthenis. In Scymni certe sententia suffragatur Holstenio fragmentum Peripli Maris Euxini, quod fere totum e Scymni Chii iambis consarcinatum est. Ibi enim ἑσπερίων legitur, non ἐρήμων; ita certe necesse est sensisse Scymnum. Is quoque situm Celtarum eundem agnoscit occidentalem. Sic enim ille, vs. 172:

> Τὸν ἀπὸ Ζεφύρου Κελτοὶ δὲ μέχρι δυσμῶν τόπον
> Θεμενοὶ ἔχουσιν.

Sic etiam iterum vs. 175:

> Κελτοὶ δὲ ἀνάπαλιν
> ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς τε δύσεως ἡλίου.

Nec alio, videtur, duce, quam Ephoro. Hunc enim auctoribus illis accenset v. 115, quorum fidem hoc opere secuturus erat. Respondet itaque hic quoque locus satis accurate, si recte intelligatur, et pro mente illius qui Apollonium interpretatus est. Reliqua quo

Q*

minus respondeant, obstat tantummodo manifesta operis mutilatio. Stephanus in voce Πάρος: Ἔστι καὶ ἄλλη Πάρος νῆσος Λιβυρνῶν, ὡς φησι Σκύμνος ὁ Χῖος, ἐν πρώτῳ Περιηγήσεως. Locus hic desideratur post vs. 373, ubi, pro more Scymni, v. 87, recensendæ erant insulæ Liburnicæ, in hac priori operis parte quæ spectabat ad Europam. Nec est quod miremur ea hic deesse, quæ de Colchis Ægypti colonis, deque Argonautarum itinere advocavit e Scymno scholiastes Apollonii, cum periocha illa universa qua de Colchis agebat Scymnus, penitus interciderit. Etiam in Peripli fragmento.

§. VIII. Eadem scripsit brevitate Περιήγησιν Scymnus, qua et noster. Corpus Περιηγήσεων, quo locum XVI, tenuerit Scymnus, vidisse videtur scholiastes Apollonii.

Sed τὴν ἑκκαιδεκάτην περὶ Εὐρώπης advocat scholiastes Apollonii. Illum autem numerum librorum frustra in nostro opere quæri observavit cl. Vindingius. Frustra proculdubio in illis quas habemus hodieque operis universi laciniis. Ego vel in opere, quale a Scymno prodiit, integro frustra quærendum existimo. Sed brevitatem pollicetur ubique noster: Βραχέα τό τι συνηγμένον Ἐκ πραγματειῶν ὠφέλιμον ἀναδοῦναι. v. 7, 8. Λακωνικῶς Περὶ μεγάλων ἐλάχιστα πραγμάτων λέγειν. v. 14, 15. Ἐκ τῶν σποράδην γὰρ ἱστορημένων τισὶν, Ἐν ἐπιτομῇ σοι γέγραφα. v. 65, 66. Ἐπὶ κεφαλαίου συντεμὼν ἐκθήσομαι. v. 70. Ὥστε, βασιλεῦ, τὴν πάντα τῆς οἰκουμένης Ἔχειν σε περιοδισμὸν ἐπτιτμημένον. v. 73, 74. Τὴν ὅλην περίοδον ἐν ὀλίγοις στίχοις. v. 91. Τὰ δὲ πολλὰ συνελὼν ἄρξομαι τῶν πραγμάτων. v. 136. Propterea metrum comicum adhibuit, quod hoc haberet sibi præ aliis eximium, Τὸ καὶ βραχέως ἕκαστα, καὶ φράζειν σαφῶς. vs. 3. Nostri itaque auctoris opus esse non potuit quod Scymni nomine inscriptum vidit scholiastes, si fuisset πολύστιχον. Sed, quicquid demum habeat in recessu,

singularis illa tamen forma est quæ ἑκκαιδεκάτην supputat περὶ Εὐρώπης. Singulos profecto libros τῶν δυ' ἠπείρων, v. 76, scripsit Scymnus : de Europa alterum pag. 9 (*ed. Huds.*), alterum de Asia, p. 51. Sic ergo alibi semper, ut opinor, advocari solent : Σκύμνος ἐν τῇ Εὐρώπῃ Steph. v. Ἀγάθη. Σκύμνος ὁ Χῖος ἐν πρώτῳ Περιηγήσεως voc. Πάρος. Spectabat enim ad Europam locus ille Stephani de Paro insula Liburnica. Similiter in secunda Περιηγήσεως parte quæ agebat de Asia : Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ, Steph. v. Ἀρίας νῆσος. Σκύμνος ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας, schol. Apollon. l. IV, v. 277. Nullibi plusquam unus de uno continente liber appellatur. Nullibi πρώτη, sed πρῶτος, nempe, ut videtur, λόγος. Nec sane (si prior ille Περιηγήσεως liber, qui Europam complectebatur, ad numerum aliquem XVI, processisset) in primo numero locum habere potuit insula Liburnica tanto spatio dissita a columna Herculis Hispanica, unde cœpit ipsa Περιήγησις. Sic ergo locum emendat Holstenius [1], scripserit librarius ἐν τῇ ις, pro ἐν τοῖς, unde postea τῇ ἑκκαιδεκάτῃ fecerit junior alius voce expansa librarius. Sed ingeniosiora illa esse suspicor, quam solidiora. Cur enim τῇ et ἑκκαιδεκάτῃ, et non potius τῷ et ἑκκαιδεκάτῳ ! Ego potius ad corpus aliquod Περιηγήσεων retulerim, in quo locum habuerit noster Scymnus, et quidem illum XVI, ut nempe fuerit Περιήγησις ἑκκαιδεκάτη. Jam alibi observavi plures istiusmodi in unum corpus coëgisse Marcianum Heracleotam, tam periodos, quam periplos. Et sic passim advocatur : Μαρκιανὸς πρώτῃ Περιόδων, Stephan. voc. Ἀσπίς. ἐν Περίπλῳ πρώτῃ ; voc. Ἀσάρτη, et voc. Γυψαῖς. Sed ἐν πρώτῳ Περιόδου, voc. Μόσυλον. ἐν Περίπλῳ α΄. voc. Ὀμηρῖται, ἐν Περίπλοις. voc. Σῖναι. Si quidem in illa Marciani collectione fuisset Scymnus, sic facilem rationem haberemus, cur in mss. fragmenta nostra

[1] Holsten. not. ad Apollon. in edit. Hœlzlini (pag. 367).

priora Scymni inscripta fuerint nomine Marciani. Sed ad Æthiopiam fere solam spectant loca illa Marciani, quibus periplorum plurium mentionem legimus. De qua tamen Æthiopia nihil Scymnus, qui duarum tantummodò continentium, Europæ Asiæque, Περιηγήσεις pollicebatur. In aliis ego periplorum numerum nullum unquam observavi, in quibus locum potuerit habere Scymnus. Sed nec in Marciani illis, quas habemus, laciniis vestigia ulla Scymni reperimus. Alterius ergo et junioris Marciano auctoris fuisse potius verisimile est corpus illud Περιηγήσεων geographicarum, quo collatæ invicem sunt, numeris ordinem, quem in corpore tenebant, designantibus, partes illæ veterum Περιηγήσεων, quæ ad singula geographiæ capita spectabant. Corporibus illis, ni fallor, debemus, tot veterum geographorum mutilationes, diversorumque tam auctorum, quam operum nullum alioqui nexum inter se, pro primario auctorum consilio, habentium commissiones. Dum scilicet reliquis corporum partibus intercidentibus singulæ tantummodo singularium partium laciniæ ad manus nostras salvæ pervenirent. Exemplum dedimus in Dicæarcho, cujus opera invicem diversissima, et a serie, qua fragmenta illa disposuerat Dicæarchus ipse, divulsa, pro collectoris tamen methodo commissa, etiamnum habemus. Exemplum item in Peripli maris Euxini fragmento, quod loco ultimo in superiori geographorum volumine legitur. Ibi enim et Scymni nostri verba ad Euxinum mare spectantia habentur, et Arriani, et alterius, qui stadiasmum addiderit, forte Eratosthenis, et alterius denique auctoris, qui Græcorum stadia ad Romanorum milliaria redegerit. Vel inde intelligimus, in illis quoque geographorum veterum corporibus locum nostro fuisse Scymno. Imo id res ispa clamat. Majores enim in his etiam auctoris nostri reliquiis hiatus apparent,

quam quæ librariorum, utcunque socordium, negligentiæ imputandi sunt, aut codicum pereuntium ætati. Non itaque aliunde quam ex eorum consilio, qui corpora collegerint. Et frequentissima fuisse omnium generum corpora, his præsertim recentioribus, de quibus agimus, seculis manifestum est : in geoponicis, in re veterinaria, in accipitraria, in strategicis, in belopoeicis, in chemicis, in historiis. Sic ergo molem operis numerus ille Scymni non indicabit, sed ordinem duntaxat locumque, quem tenebat in corpore. Proinde ratio plane nulla est, cur de Scymno Chio vero hujus Περιηγήσεως auctore amplius dubitemus. Jam et reliqua videamus.

§. IX. Orbis quidem universi Περιήγησιν cogitabat Scymnus. Incertum tamen an ultra Europæ Asiæque limites fuerit progressus.

Dixi modo duarum tantummodo continentium Περιηγήσεως polliceri Scymnum : nec veterum ulla esse testimonia, quæ de Africa illum scripsisse vincant. Et tamen illam a Scymno descriptam censuit vir maximus, mihique olim amicissimus, Isaacus Vossius, et tres adeo illius fuisse libros. Quo fretus ita asseruerit testimonio mihi plane non constat. Et tamen favere fortasse videbantur illa nostri verba vs. 73 :

> Ὥσ'τε βασιλεῦ τὴν ΠΑΝΤΑ τῆς ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
> ἔχειν σε περιορισμὸν ἐπιτετμημένον.

et τῆς ὅλης τε γῆς σχεδὸν, v. 67 ; et τὴν ὅλην περίοδον, v. 91. Nec diffiteor fuisse apud veteres, qui Libyam etiam sub nomine complecterentur *Europæ*. Ita si sensit Scymnus, potuit utrumque fuisse verissimum ; ut et de duabus egerit tantummodo continentibus, Europa atque Asia : nec partem orbis universi, quæ tum in-

noluerit, nullum omiserit. Sed Europam ille Libyæ opponit apertissime. Verba illius de freto Gaditano in illam sententiam manifesta sunt, v. 141 : Ἡ μὲν Λιβύης, ἡ δ' ἐστὶν Εὐρώπης ἄκρα. Proinde fidem de οἰκουμένῃ, de ὅλῃ περιόδῳ explicanda, præstare non potuit, nisi Africa in partem operis a se suscepti recepta. Illud saltem in animo habuisse innuunt verba alia de suis peregrinationibus, v. 135 : Καὶ τῆς Λιβύης τὰ πλεῖστα, καὶ Καρχηδόνος. Quorsum enim Africam sibi exploratam profiteretur nisi in illo, quod tum meditabatur, opere singularia illa quæ ipse observasset cum lectore fuisset communicaturus? Spectare enim hoc intelligebat ad operis suscepti laudem, si non aliena fide omnia præsiturus esset, sed propriam in nonnullis interponeret. Hinc certe verisimile est, non ita intelligendam esse duarum continentium mentionem, ut tertiæ curam penitus abjecerit ad Οἰκουμένης significationem absolvendam plane necessariæ. Sed potuit illam in animo habere, cum esset otium. Desunt autem testimonia quibus id, quod in animo habebat, probetur implevisse. Contra potius hoc tempore duas tantummodo continentes pollicetur Scymnus, nec plurium mentionem habemus apud veteres. Proinde tertiam ab eo postea additam fuisse non constat. (Hæc vana, ni fallor ego. Potuit Scymnus Libyam ab Europa distinguere, et utramque pro una continente habere. Vide nostra ad vs. 76. G.)

§. X. Auctores Scymni geographici : Eratosthenes, Timosthenes, et Cleo Syracusanus.

Cæterum in hoc tam brevi opere Scymnus judicio versatus est satis accurato. Quæ quidem aliena fide traditurus erat, ea auctorum testimoniis munienda curavit, in suo cujusque genere, gravissimorum. Dedit

præterea in operis initio, auctorum nomina, ne ignoraret lector quam quisque fidem mereretur, fontes ipsos aditurus, si dubitandum censuisset. Agmen ducit Eratosthenes v. 114. Hunc ait geographiam diligentissime excoluisse, κλίμασι et σχήμασι, v. 113. Climatum usum in accurata geographia omnes agnoscunt, cujus inventorem Scymnus fuisse docet Eratosthenem. Σχήματα erant figuræ quædam rerum naturalium, vel artificialium, quibus regionis cujusque limites rudi quadam similitudine designabantur. Ut, cum mensæ, cum caudæ belluinæ, cum fundæ, cum arcui scythico, cum certarum arborum foliis, conferrentur. Quæ quidem σχήματα ut noster in sua Περιηγήσει non adhibuerit, adhibuit tamen Dionysius frequentissime. Nempe, ut hinc discimus, primo inventionis auctore Eratosthene. Spectabant etiam σχήματα illa ad ambitus regionum facile capiendos, et ut memoria retinerentur. Sed complexus est Timosthenis inventa in sua geographia Eratosthenes, ut nos docet Marcianus. Is auctor erat stadiasmorum. Atque inde noster hausit quæcunque habet de locorum intervallis, stadiorum numero exprimendis. Hunc noster suis accenset auctoribus v. 118. Itaque ex ipso fonte hausit quæ ex illo mutuatus fuerat Eratosthenes. Erat nimirum Eratosthenes auctor geographiæ nuperrimis ante se juniorum inventis excultæ, conditis tum demum bibliothecis publicis, Alexandrina atque Pergamena. Hoc illum numero censet Strabo, cum Hipparcho, Polybio, Posidonio. Eorum errores dum emendat rei se geographicæ in universum consulere existimat, quod summam quisque ἀκρίβειαν, pro suo saltem sæculo, profiteretur. Sed Scymno junior erat Posidonius. Seniores quidem Hipparchus et Polybius. Sed lineis præsertim astronomicis situs locorum circumscripsit Hipparchus, a quo proinde climata sua

accepisse videtur Eratosthenes. Polybius obiter geographiam in historia excoluit, quem viderit, necne, Scymnus, incertum est. Par erat porro Scymno Artemidorus, auctor etiam celebris in geographia universali, olymp. CLX, teste Marciano Heracleota, quique in multis excoluerit Eratosthenem. Poterat etiam hic locum habere inter auctores Scymni qui interciderunt, si quidem nuperiorum inventis excultum usurparit Eratosthenem. Ita tamen rem fuisse præstare non possumus. Suspicor potius, quod ad locorum situm, geographiamque proprie sic dictam attinebat, unicum Scymno fuisse ducem Eratosthenem. Sic autem hoc intelligendum arbitror, ut si minus aliorum inventis, suis saltem, ipse excoluerit Eratosthenem. Nam et se quoque gloriatur in multis testem αὐτόπτην. Illis nimirum verbis, v. 127:

> Ἃδ' αὐτὸς ἰδίᾳ φιλοπόνως ἐξητακὼς,
> αὐτοπτικὴν πίστιν τε προσενηνεγμένος,
> ὡς ἂν θεατὴς οὐ μόνον τῆς Ἑλλάδος,
> ἢ τῶν κατὰ Σικελίαν κειμένων πολισμάτων,
> ἵστωρ δὲ γεγονὼς τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν,
> καὶ τῶν κατὰ τὸν Ἰόνιον ἑξῆς κειμένων.
> Ἐπεληλυθὼς δὲ τούς τε τῆς Τυῤῥηνίας,
> καὶ τοὺς Σικελικοὺς καὶ πρὸς ἑσπέραν ὅρους,
> καὶ τῆς Λιβύης τὰ πλεῖστα, καὶ Καρχηδόνος.

His itaque in oris a se circumnavigatis melior exspectanda geographia est, quam fuerit ipsius Eratosthenis. Quæ enim aliorum fide didicerat, in illis breviorem se fore pollicetur; in illis autem quæ vulgo minus comperta fuissent, fusiorem, in singulis accuratiorem. Plane, ut res ipsæ merebantur. Huc spectant illa v. 69:

> Τούτων δ' ὅσα μὲν εὔσημά τ' ἐστὶ καὶ σαφῆ,
> ἐπὶ κεφαλαίου συντεμὼν ἐκθήσομαι.

Ὅσα δ᾽ ἐστὶν αὐτῶν οὐ σαφῶς ἐγνωσμένα,
ὁ κατὰ μέρος ταῦτ᾽ ἐξακριβώσει λόγος.

Pertinent hæc nimirum ad loca illa, quorum ipse testis fuerat αὐτόπτης. Vel hinc etiam intelligimus quam sit mutilus, etiam in hac prioris, quæ integerrima existimatur, parte Scymnus. Nec enim in ipsis illis oris ab auctore peragratis multo frequentiores occurrunt urbes vel gentes, quam in aliis quas aliorum fide descripsit. Sunt tamen in illis lacinia nonnullæ vice versa, e quibus judicare licet quæ fuerit auctoris sententia in reliquis, si etiam ipsæ ad nos integræ emanassent. Gentes nimirum barbaræ a græcis distinguuntur, nec illæ modo quæ litora possidebant, sed et aliæ quoque illæ etiam in mediterraneis finitimæ. Quæ rara admodum in aliis Περιηγήσεως partibus observamus. Hinc obiter etiam intelligimus, quæ causa fuerit tam variæ methodi in variis ejusdem peripli partibus hodierni Scylacis. Nempe, quod nihil ipse proprium attulerit, sed periplum suum universalem e variis singularum regionum periplis, qui non unius fuerint auctoris, nec unius proinde methodi, sarcinarit. Erant enim inter illos nonnulli, qui peragratas a se regiones accuratius descripserint, quam alias illas quas aliena fide, alienaque opera acceperant, in quibus aliena quoque methodus fuerit observanda. Scripsit præterea περὶ λιμένων Cleon Syracusanus, teste Stephano; proculdubio de portibus suæ patriæ Siciliæ. Hunc ergo habuit, v. 118, quem sequeretur in illa ipsa Siciliæ ora, quam ipse lustraverat Scymnus. Hinc ergo constat, non ita se in fidem Eratosthenis addixisse, ne quidem ita propriis innixum observationibus, quin alios consuluerit, quibus aditus dabatur, auctores, nec tamen ab iisdem dissensisse. Hæc erat scilicet illius diligentia in locorum situ explorando, quæ propria erat cura geographi proprie sic dicti.

§. XI. Auctores Scymni historici: Dionysius Chalcidensis, Ephorus, Timæus, Herodotus, Demetrius Calatianus.

Sed præter litorum urbiumque situm, historica multa designabat Scymnus. Urbium coloniarumque occasiones, tam barbararum quam græcarum, quam ex utrisque mixtarum. Tempus præterea quo condebantur, non quidem annum semper, cum nulla adhuc esset recepta, unde anni numerarentur, epocha; sed principem saltem, qui occasionem dederat coloniis extra patriam emittendis. Non est quod dubitemus quin hic utilis fuerit Apollodorus, qui et Eratosthenem excoluerat, et Scymno ipsi exemplum dederat operis regi Bithynico inscribendi. Docuit etiam gentium mores; docuit leges et βίους, pro exemplo Dicæarchi *de Vita Græciæ* scribentis. Docuit frequentiam et humanitatem, variosque, pro sæculorum varietate, casus; et gentium studia invicem diversissima. Docuit emporia celeberrima, et siqua alia occurrerent vitæ humanæ usibus inservientia. Hæc ut accurate præstaret, consulendi erant historici, nec juniores tantummodo, verumetiam antiquissimi, qui primas gentium origines e majorum traditionibus antiquissimis accersivissent, cum nullæ adhuc scriptæ exstarent historiæ. In his locum habebat Dionysius Chalcidensis, v. 116., qui κτίσεις urbium quinque libris collegerat ex professo. Ætas equidem illius incerta est; sic tamen illum testem advocat Dionysius Halicarnasseus, quasi antea vixisset, quam res romanæ Græcis innotuissent. Inde colligimus quanti sit æstimandus. Urbes in Sicilia Chalcidenses sedulo observavit v. 289, non aliunde quam ex hoc auctore, ut videtur, haustas. In his etiam Ephorus historicus v. 115. Hic ad olymp. CIX, 4, historiam deduxit, si quidem fides Diodoro. Supererat tamen ad olymp. CXI, 2, ut

e Clemente colligimus Alexandrino, antiquior utriusque bibliothecæ, tam Alexandrinæ quam Pergamenæ, grammaticis. Hunc noster sequitur in urbibus ipsius Helladis, v. 469, 470, 471. Et in Creta, v. 545. Etiam in Scythia, v. 102, 103, *fragm.* et v. 130, *ib.* Ne dicam gentes pro cœli cardinibus, ex Ephori etiam sententia, dispositis, v. 169, &c., ut jam supra observavimus. In his etiam, quorum fidem ipse secuturus erat, historicis, Siculum recenset e Tauromenio, v. 130; non alium profecto quam Timæum, ut alibi constat. Et in sua potissimum Sicilia, historiam tamen universalem scripsit accuratissime Timæus. Recenset et Herodotum, historiæ universalis patrem, v. 126, de originibus Atheniensium, v. 564. Et Demetrium quoque recenset Calatianum, v. 117. In rebus præsertim Ponticis Calatiæ patriæ finitimis ἐπιμελέστάτως πεπυσμένον, v. 718, 719. Et in ora Ponti Euxini europæa, v. 46, *fragm.* Desunt aliorum auctorum nomina, quos fuerit secutus tam in historia Περιηγήσεως, quam in geographia. Quos tamen multos non fuisse exinde conjectura est, quod alium ab his, quos diximus, testem nullum advocaverit in his quæ hodieque exstant operis universi fragmentis. Hinc itaque intelligimus quanti sit faciendus Scymnus.

§. XII. Fragmenta Scymni Holsteniana, non ex anonymo Peripli Euxini auctore hausta, sed e codicibus manuscriptis.

Quod vero attinet ad fragmenta Scymni Holsteniana, optarem equidem manuscripti locum, in quo fragmenta sua repererit, edidisset Holstenius. Non tamen proinde dubito hallucinari Gronovium, qui Periplo tribuit Euxini maris mutilo, verbis quidem poëticis in iamborum formam redactis, pro cl. Vossii exemplo, ab Holstenio. Sed laudem illam ingenii,

quam suspicatur Gronovius, ne quidem ipse venditat Holstenius. Horum iamborum nonnullos ipse protulit notis ad Pythagoræ vitam a Porphyrio elaboratam; sic tamen ut pro ineditis habuerit. *De Scythis* (inquit) *ultra Mæotim paludem pulchri versus sunt Scymni Chii vetusti geographi; cum multis aliis hactenus non editi.* Itane locuturum existimamus de verbis tantummodo in metri legem redactis? Sic illæ contra; ut non magis de editione in periplo anonymo rescivisse videatur, quam qui postea iamborum ab ipso acceptorum editionem in Batavia procurarunt. Sed partem saltem postremam a v. 162, frustra quis in periplo anonymo quæsiverit. Res ipsa loquitur hanc inde, ubi nulla fuit, Holstenium haurire ne quidem potuisse. Sed et alia quoque quæ habet cum periplo communia, ordine tamen alio inversa repræsentavit, quam quo leguntur in periplo. Hunc certe ordinem periplo non debuit, ordini, quem in periplo tenent, perpetuo contrarium. Ideone ipsum invertisse arbitrabimur, nec ullam facti rationem cum lectore communicare dignatum? Alienum hoc a viri candidissimi indole, nec illi temere propterea exprobrandum est. Sic ille contra, sic illius editores, secure egerunt, quasi nec de ordine alio quicquam rescivissent. Ipse ille ordo, quo minus deditæ operæ, certove alicui Holstenii consilio, imputari potest, eo magis, a manuscriptorum codicum fide emanasse censendus est. Convenit profecto ordo Holstenianus cum ipso Scymni consilio, qua quidem consilium illius exploratum habemus e priori Περιηγήσεως parte Hœscheliana. Nam et in illa parte senarios nonnullos in suos usus convertit auctor peripli anonymus: et quidem ordine similiter retrogrado. Sed vero Scymnus ipse a freto orsus Gaditano sinistrorsum oras legit. Respondetque hic idem ordo in Ponto etiam

Euxino, qua quidem Scymni Περιηγησιν e codicibus habemus manuscriptis, tam Hœschelianis, quam etiam Holstenianis. Contrarius ordo est in auctore peripli anonymo, qui oris dextrorsum lectis ad fretum progreditur, etiam in Euxino Ponto, Gaditanum. Hinc intelligimus, melius se habere, pro Scymni mente, tam nexus, quam versus, quos e manuscriptorum fide dedit cl. Holstenius, quam quos ex ingenio cl. Vossius. Rectius item quam siquis alius e periplo anonymo versus alios eliceret. Utinam de manuscripto Vaticano, e quo illa hausit, rationem aliquam reddidisset Holstenius: num Scymni mentionem aliquam ille præ se tulisset. Sic novum haberemus de Scymno horum versuum conditore argumentum, quos novos addidit cl. Holstenius. Meliusque profecto quam sit illud, quod in illo reperti fuerint anonymo periplo, in quo alios Scymni iambos reperiri aliunde constabat. Poterat enim is idem auctor, qui Scymnum excerpsit, alios quoque, præter Scymnum, auctores similiter excerpsisse. Poterat et alias periegeses eodem etiam, quo scripsit Scymnus, carminis genere senarii conscriptas. Poterant etiam hallucinantium ingeniorum fuisse lusus ad carminum leges a redigentium quæ soluta oratione, magis tamen, quam par fuerat, affectata, auctor ipse condiderat. Poterant et locum habere casus, ut in numeros inopinatos reciderent auctorum verba, præter consilium exspectationemque. Talia exempla multa passim occurrunt in scriptoribus prosaicis observata de carminum lege nihil cogitantium. Estque sane etiam apud oratores rhythmus ex illis pedibus conflatus, qui frequentissimi occurrunt in iambis. (Fallitur cl. Dodwellus de Holsten. Scymni fragmentorum compositione: cf. mox luculentam Bastii dissertationem, *Fragmentis* ipsis præfixam. G.)

SCYMNI CHII EDITIONES.

Ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca græca

(*lib. IV, c. 2, tom. V, p. 613, ed. Harles.*)

SCYMNUS Chius, post Apollodorum, cujus [a] *χρονογραφίαν στοιχοῦσαν ἄχρι τοῦ νῦν βίου* compositam verbis iambicis et Attalo Philadelpho, Pergami regi, inscriptam, tacito Apollodori nomine., laudat, scripsit ad regem Bithyniæ Nicomedem (tertium Chrestum cognomine, ut videtur Henr. Dodwello, olymp. CLXXII, 3 [b], ante Christum natum XC) carmine itidem iambico *Περιήγησιν* sive *enarrationem orbis*, qua Eratosthenis maxime vestigiis insistere se profiteatur vs. 112, sq. Mutila sub falso Marciani Heracleotæ nomine primum græce ab Hœschelio una cum Scylace et aliis edita est e cod. Palat. et cod. Casauboni, cum notis et v. l. in margine Augustæ Vindel. 1600, in-8.°, pag. 1-30. — Deinde latino carmine reddita, et græce ac latine vulgata a Fed. Morello Paris. 1606, in-8.° Hinc cum prosaria versione et notis Erasmi Vindingii Paulli F. Hafniæ 1662, in-8.° Verum jam Isaacus Vossius ad Anonymi periplum, pag. 38, recte monuerat, Scymnum Chium esse illius periegeseos auctorem, quod postea confirmavit Lucas Holstenius ad Porphyrium pag. 82, et ad Apollonii Rhodii IV Argonaut. vs. 284, ac novissime H. Dodwellus *Dissert. de Scymno Chio*, §. 7; ita, ut nullus dubitandi locus supersit. Igitur doctissimus Hudsonus non dubitavit, poëmati huic verum Scymni Chii nomen præfigere, qui illud non modo recudi fecit in tomo secundo Geographorum græcorum cum latina versione Vindingii, notisque, et castigationibus : sed etiam subjecit eidem alia Scymni ex eodem

[a] Vide, si placet, quæ de Apollodori Chronico scripsi lib. III, c. 27 (supra in hoc vol. p. 287 et 298. *Harl.*). Quod vero Stephanus Morinus pag. 42 dissert. Periegesin Marciani Apollodoro tributam scribit a Salmasio, error est haud dubie, sive Salmasii, sive, quod magis mihi persuadeo, Morini. *Fabric.*

[b] Secundum Saxii Onom. I, pag. 143. A. M. 3915, ante Christ. nat. 88, U. C. 664. *Harl.*

opere *fragmenta*, ex anonymi maxime periplo, quem Isaacus Vossius ediderat, collecta, quæ cum versione iambica Lucæ Holstenii, ad calcem notarum summi ejus viri ad Stephanum Byzant. in lucem protulit Theodorus Ryckius, Lugd. Batav. 1692, in-fol.[a] Mentio Scymni Chii apud Apollonium Dyscolum Hist. commentitiæ cap. 15 (uti Meursio probe observatum), et Stephanum Byzant. variis in locis, et scholiasten Apollonii IV, 277, ubi ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας, et 284, ubi ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης citatur; ita enim pro ἐν τῷ ιϛ´, legendum docuit idem laudatus Holstenius. (Cf. supr. pag. 245. G.)

(Reperiuntur Scymni Chii reliquiæ etiam in editione *Geograph. græc. min.* Vindobonensi, t. I, p. 517 - 556. G.)

[a] In catal. biblioth. Bünau. I, pag. 148, adjecta ista fragmenta dicuntur Holstenii notis in Stephanum Byzant. Lugd. Batav. 1684, fol. pag. 373. *Harl.*

TESTIMONIA VETERUM
DE SCYMNO CHIO.

APOLLONIUS DYSCOLUS in *Hist. comment.* cap. 15.

Σκύμνος (sic Meurs. vulgo Σκυπῖνος. G.) δὲ ὁ Χῖος τὴν Βρεττανικὴν νῆσον λέγει σταδίων εἶναι τετρακοσίων τὸ περίμετρον· γίγνεσθαι δὲ ἐν αὐτῇ τὰ γεννήματα ἀπύρηνα, οἷον τὰς ἐλαίας πυρῆνας μὴ ἔχειν, μηδὲ βότρυς γίγαρτον, μηδὲ τὰ ἐμφερῆ τούτοις. Vide *Meursii* Commentar. in *Apollon.* p. 115 (p. 61, ed. Teucher. Lips. 1792. G.). *Huds.*

STEPHANUS *in voce* Ἄρειος νῆσος.

Ἄρειος νῆσος, πρὸς τοῖς Χόλχοις, ἐν τῷ Πόντῳ· Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ.

Idem *in voce* Ἀγάθη.

Ἀγάθη, πόλις Λιγύων, ἢ Κελτῶν· Σκύμνος δὲ Φωκαιέων αὐτὴν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Proculdubio respicit locum *Scymni* vs. 206. *Huds.*

Idem *in voce* Πάργος, fin.

Ἔστι καὶ ἄλλη Πάργος, νῆσος Λιβυρνῶν, ὥς φησι Σκύμνος ὁ Χῖος ἐν πρώτῳ Περιηγήσεως.

Scholiastes Apollonii Rhodii, lib. IV, vs. 277.

Καὶ Σκύμνος ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας λέγει, καὶ Ἡρόδοτος βεβαιοῖ.

Idem *iterum* lib. IV, vs. 284.

Σκύμνος δὲ ἐν τῇ ἐκκαιδεκάτῃ περὶ Εὐρώπης, αὐτὸν μόνον φησὶν ἀπὸ ἐρήμου [ἑσπέρου. *Huds.*] φέρεσθαι τὸν Ἴστρον . . . ; ὁ μὲν γὰρ Σκύμνος, αὐτοὺς [τοὺς Ἀργοναύτας] διὰ Τανάϊδος πεπλευκέναι ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἐληλυθέναι.

ΣΚΥΜΝΟΥ ΧΙΟΥ

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

ΠΑΝΤΩΝ ἀναγκαιότατον [1] ἡ κωμῳδία,
θειότατε βασιλεῦ Νικόμηδες [2], τοῦτ' ἔχει,
τὸ καὶ βραχέως ἕκαστα, καὶ φράζειν [3] σαφῶς,
καὶ ψυχαγωγεῖν πάντα τὸν ὑγιῆ κριτήν.
Διὸ δὴ [4] δοκιμάσας τὸ πιθανὸν τῆς λέξεως,
σοί τε διὰ ταύτης [5] ἐντυχεῖν ἐσπούδασα,
καὶ διαλεχθῆναι βραχέα, τό τε συνηγμένον
ἐκ περιγραφῶν ὠφέλιμον ἀναδοῦναι. Τὸ δὲ

[1] Ἀναγκαιότατος. Cod. Pal. *Hæsch.* perperam et nullo sensu. *Huds.* — [2] Νικομήδης cod. Casaub. — [3] Φράζοντες cod. Cas. — [4] Δεῖ δοκιμάσαι cod. Casaub. — [5] Ita Vind. ex margine editionis hœschelianæ. ταύτην cod. Cas. Hœschel. et Morell. *Huds.*

SCYMNI CHII

ORBIS DESCRIPTIO.

OMNIUM maxime necessarium comœdia, divinissime rex Nicomedes, hoc habet, quod et breviter singula et perspicue exponat, atque oblectet quemlibet sanæ mentis judicem. Propterea quum quæsivissem quid gratum acceptumque esset in oratione, te quoque per hanc adire institui, et disserere pauca, et quod collectum ex descriptionibus utile esset, producere. Hoc autem

R*

σύνταγμα κοινὴν πᾶσιν εὐχαριστίαν
διὰ σὲ παρέξει τοῖς θέλουσι φιλομαθεῖν.
Βουλόμενος οὖν σοι πρῶτον ἐκθέσθαι σαφῶς
τὸν ἀπολογισμὸν τῆς ὅλης συντάξεως,
αἰτῶ δοθῆναι τῇ προεκθέσει λόγον
μὴ πολύν. ἐμοὶ γὰρ κρίνεται λακωνικῶς
περὶ μεγάλων ἐλάχιστα πραγμάτων λέγειν.
Ἔστι [1] δ' ἃ γράφω τοιαῦτα. Τοῖς ἐν Περγάμῳ
βασιλεῦσιν, ὧν ἡ δόξα καὶ τεθνηκότων
παρὰ πᾶσιν ἡμῖν ζῶσα διὰ παντὸς [2] μένει,
τῶν ἀττικῶν τις γνησίων τε φιλολόγων,
γεγονὼς ἀκουστὴς Διογένους τοῦ Στωϊκοῦ,
συνεσχολακὼς δὲ πολὺν Ἀριστάρχῳ χρόνον,
συνέταξε τ' ἀπὸ [3] τῆς τρωϊκῆς ἁλώσεως,
χρονογραφίαν στοιχοῦσαν ἄχρι τοῦ νῦν βίου.

[1] Ἐπὶ δ' ἀγράφῳ cod. Casaub. — [2] Διαπαντὸς cod. Casaub. — [3] Sic Vinding. ex margine ed. Hœschel. Τὰ περί cod. Casaub. Hœschel. et Morell. *Huds.*

opus communem omnibus rem gratam propter te præbebit iis, qui discendi desiderio tenentur. Volens igitur tibi primum exponere aperte rationem totius operis, peto dari propositioni orationem non multam : mihi enim constitutum est laconice de maximis minima rebus dicere. Sunt autem quæ scribo talia : Pergamenis regibus, quorum gloria etiam mortuorum apud omnes nos viva semper manet, atticorum aliquis verorumque philologorum, qui fuerat auditor Diogenis Stoïci, condiscipulus vero Aristarchi longo tempore, conscripsit a trojano excidio chronographiam progredientem usque ad præsentem ætatem.

Ἔτη δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς χιλίοις
ὡρισμένως[1] ἐξέθετο, καταριθμούμενος
πόλεων ἁλώσεις, ἐκτοπισμοὺς στρατοπέδων,
μεταναστάσεις ἐθνῶν, στρατείας Βαρβάρων,
ἐφόδους, περαιώσεις τε ναυτικῶν στόλων,
θέσεις ἀγώνων, συμμαχίας, σπονδάς, μάχας,
πράξεις βασιλέων, ἐπιφανῶν ἀνδρῶν βίους,
φυγάς, στρατείας, καταλύσεις τυραννίδων·
πάντων ἐπιτομὴν τῶν χύδην εἰρημένων·
μέτρῳ δὲ ταύτην ἐκτεθῆναι προείλετο,
τῷ κωμικῷ δὲ, τῆς σαφηνίας χάριν,
εὐμνημόνευτον ἐσομένην[2] οὕτως ὁρῶν.
Τὸ δ' ὅμοιον ἔλαβεν εἰκάσας ἐκ τοῦ βίου.
ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἀναλαβὼν θέλοι φέρειν
ξύλων λελυμένων πλῆθος, οὐκ ἂν εὐχερῶς
τούτων κρατῆσαι, δεδεμένων δὲ ῥᾳδίως·

[1] Ὡρισμένος cod. Casaub. — [2] Fors. sic legend. pro vulg. ἑπομένην. *Hæschel.*

Annos autem quadraginta supra mille definite exposuit, enumerans urbium expugnationes, translationes castrorum, migrationes gentium, expeditiones Barbarorum, incursus hostiles, traductionesque navalium classium, situs certaminum, societates armorum, fœdera, pugnas, res gestas regum, illustrium virorum vitas, exsilia, expeditiones, eversiones tyrannidum, epitomen omnium, quæ fuse dicta sunt: carmine vero hanc exponere elegit, et comico quidem, perspicuitatis gratia, facile hæsuram sic memoriæ videns. Similitudinem autem cepit comparando ex vita. Sicut enim, si quis receptam velit gestare lignorum solutorum multitudinem, non facile licet ea comprehendere;

οὕτω λελυμένην λέξιν ἀναλαβεῖν ταχὺ
οὐκ ἔστι, τῷ μέτρῳ δὲ περιειλημμένην
ἔστι κατασχεῖν εὐκόπως [1] καὶ πιστικῶς.
ἔχει γὰρ ἐπιτρέχουσαν ἐν ἑαυτῇ χάριν,
ὅταν ἱστορίαν λέξις [2] ἔμμετρος πλέκῃ.
Ἐκεῖνα μὲν οὖν κεφάλαια συναθροίσας χρόνων,
εἰς βασιλέως ἀπέθετο φιλαδέλφου χάριν·
ἃ καὶ διὰ πάσης γέγονε τῆς οἰκουμένης,
ἀθάνατον ἀπονέμοντα [3] δόξαν Ἀττάλῳ,
τῆς πραγματείας ἐπιγραφὴν εἰληφότι.
Ἐγὼ δ' ἀκούων, διότι τῶν μὲν βασιλέων
μόνος βασιλικὴν χρηστότητα προσφέρει [4],
πεῖραν ἐπεθύμησ' αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ λαβεῖν,
καὶ παραγενέσθαι, καὶ τί βασιλεύς ἐστ' ἰδεῖν·
ἣν [5] αὐτὸς ἑτέροις χάριν ἀπαγγέλλειν ἔχω.
Διὸ [6] τῇ προθέσει σύμβουλον ἐξελεξάμην

[1] Εὐσκόπως cod. Cas. — [2] Sic Huds. Vulg. ἱστορία ἢ λέξεις. — [3] Sic lego ex marg. pro ἀπονέμοντος. *Vind.* — [4] Sic ceteri : Huds. solus προσφέρεις. G. — [5] Morell. in marg. ἵν' αὐτός. — [6] Huds. διὸ καί. Male. G.

ligata vero facile: sic solutam orationem excipere celeriter non licet, sed carmine comprehensam licet retinere facile et fideliter. Habet enim incurrentem in semet gratiam, quando historiam oratio modis ligata contexat. Ea igitur capita colligens temporum, in regis amore fraterno insignis gratiam exposuit: quæ etiam per totum manarunt orbem terrarum, immortalem tribuentia gloriam Attalo, operis inscriptionem nacto. Ego vero audiens, quod regum quidem solus regiam benignitatem præfers, periculum cupii ipse per me ipsum facere, et adesse, et quid rex sit, videre, quam ipse aliis gratiam renunciare possim. Propterea ex instituto consiliarium

τὸν συγκατορθώσαντα καὶ τῷ σῷ πατρὶ
τὰ τῆς βασιλείας πρότερον, ὡς ἀκούομεν,
παρά σοί τε, βασιλεῦ, γνησίως τιμώμενον
κατὰ πάντα· τὸν Ἀπόλλωνα τὸν [1] ἐν Διδύμοις λέγω,
τὸν καὶ θεμιστεύοντα καὶ μουσηγέτην.
Οὗ δὴ σχεδὸν μάλιστα καὶ πεπεισμένος
κατὰ λόγον [2], ἥκω πρὸς σέ· κοινὴν γὰρ σχεδὸν
τοῖς φιλομαθοῦσιν ἀναδέδειχας [3] ἑστίαν.
Θεὸς δὲ συνεφάψαιτο τῇ προαιρέσει!
ἐκ τῶν σποράδην γὰρ ἱστορημένων τισὶν,
ἐν ἐπιτομῇ σοι γέγραφα τὰς ἀποικίας,
κτίσεις τε πόλεων, τῆς ὅλης τε γῆς σχεδὸν,
ὅσ' ἐστὶ πλωτὰ καὶ πορευτὰ τῶν τόπων.
Τούτων δ' ὅσα μὲν εὔσημά τ' ἐστὶ καὶ σαφῆ
ἐπὶ κεφαλαίου συντεμὼν ἐκθήσομαι.

[1] Ita Vinding. Τὸ Διδύμῃ cod. Casaub. Hœschel. et Morell. — [2] Λόγων cod. Casaub. — [3] Ἀναδέδειχ' cod. Casaub.

elegi, qui feliciter constituisset una cum tuo patre quæ ad regnum pertinebant prius, ut audimus, quique apud te, rex, vere honoratur per omnia: Apollinem, qui in Didymis est, dico, qui et imperat, et Musarum præses est. Quo sane fere maxime etiam persuasus, ut rationi consentaneum est, venio ad te: communem enim fere omnibus studiosis exhibuisti domum. Deus vero adjuverit institutum! Ex iis enim, quæ sparsim tradita sunt a quibusdam, in epitome tibi scripsi colonias, erectionesque urbium, universæque terræ propemodum quæcunque navibus et itineribus patent loca. Horum autem quæcunque quidem clara sunt et aperta, summatim contrahens exponam.

Ὅσα δ' ἐστὶν αὐτῶν οὐ σαφῶς ἐγνωσμένα,
ὁ κατὰ μέρος ταῦτ' ἐξακριβώσει λόγος·
ὥστε, βασιλεῦ, τὸν πάντα τῆς οἰκουμένης
ἔχειν σε περιορισμὸν ἐπιτετμημένον,
ποταμῶν τε μεγάλων ἰδιότητας καὶ ῥύσεις·
τὴν τῶν δύ' ἠπείρων τε κατὰ μέρος θέσιν,
ἐν ἑκατέρᾳ τίνες[1] εἰσὶν Ἑλλήνων πόλεις,
τίνες ἔκτισαν, κατὰ τίνας[2] ᾤκησαν χρόνους·
τοὺς ὁμοεθνεῖς ὄντας τε, τούς τε αὐτόχθονας·
τίνων δὲ πλησιόχωρα βαρβάρων γένη·
τίνα Μιγάδων λεγόμενα, ποῖα Νομαδικά,
τίνες ἥμεροι, τίνες εἰσὶν ἀξενώτατοι,
ἤθεσι[3], τρόποις, ἔργοις τε βαρβαρικώτατοι,
τίνα τῶν ἐθνῶν μέγιστα πολυανδροῦντά τε,
τίσιν νόμοις ἕκαστα χρῆται καὶ βίοις·

[1] Sic lego pro τίν' ex margine. *Vinding.* — [2] Sic restituo pro καί τιν' ex margine. *Vinding.* Τίν' ἔκτισε, καὶ τίν' ᾤκησεν χρόνον. cod. Casaub. — [3] Forsan ἔθεσι. *Morell.*

Quæcunque vero sunt eorum non manifeste cognita, seorsim hæc accurate exponet oratio: adeo ut, rex, totam orbis terrarum habeas circumscriptionem in compendium contractam, fluminumque magnorum proprietates et fluxus, duarumque continentium speciatim situm, in utroque quæ sunt Græcorum urbes, qui condiderunt, quibus habitarunt temporibus, quique ejusdem gentis sunt, quique indigenæ, quorum vero barbarorum vicina genera, quæ convenarum dicta, quæ pastoritia, qui humani, qui sunt maxime inhospitales, ingeniis, moribus, factisque maxime barbari, quæ gentium maximæ, frequentissimæque viris, quibus legibus singulæ utuntur, et vitæ genere,

τῶν ἐμπορείων ὅσα τ' ἐστὶν εὐτυχέστατα,
νήσων τε πασῶν τῶν πρὸς Εὐρώπην θέσιν,
ἑξῆς [1] τε τῶν σύνεγγυς Ἀσίᾳ κειμένων,
κτίσεις τε πόλεων τῶν ἐν αὐταῖς φερομένων [2],
ἁπλῶς [3] τε ἁπάντων καὶ ὁρικῶς διέξοδον,
καὶ τὴν ὅλην περίοδον ἐν ὀλίγοις στίχοις.
Οἷς [4] ὁ κατακούσας οὐ μόνον τερφθήσεται,
ἅμα δ' ὠφελίαν ἄπεισιν [5] εὔχρηστον μαθών,
εἰ μήθ' ἕτερον [6], ὥς φασιν, οὗ ποτ' ἐστὶ γῆς,
κἂν τισι τόποις τὴν πατρίδα κειμένην ἔχει,
τίνων τε πρότερον γενομένην οἰκητόρων,
πόλεσι δὲ ποίαις συγγένειαν ἀναφέρει.
Συνελόντι δ' εἰπεῖν, οὐχὶ τὴν Ὀδυσσέως
ἀναδεξάμενος, ὥς φασιν οἱ μῦθοι, πλάνην,

[1] Ἑξῆς τὰ τῶν edidit Morell. — [2] Fors. ἐχομένων G. — [3] Ἁπλῶς θ' ἁπάντων ed. Morell. — [4] ἧς cod. Pal. — [5] Leg. ὠφέλειαν ἄπεισ'. *Hæsch.* Mor. ὠφελίαν ἄπεισ' in not. quod malim. G. — [6] εἰ μήθ' ἑτέρως φασίν ed. Hœschel. et in marg. μήθ' ἕτερ' ὥς. Cod. Pal. εἰ μήθ' ἕτερον, ὥς φ., quod admitto, ut versus constet. Mox οὔποτ' Hœschel. et Huds. perperam. G.

quæque emporiorum sunt felicissima; insularumque omnium, quæ juxta Europam sunt, situm, deindeque earum quæ prope Asiam sitæ sunt, erectionesque urbium, quæ in illis sese excipiunt, simpliciterque omnium et definite explicationem et universum ambitum, paucis versibus. Quibus, qui audiverit, non solum delectabitur, at simul abire ei continget, fructum perutilem (percipienti, et) discenti, ut aiunt, si nihil aliud (at saltem), ubinam sit terrarum, et in quibus locis patriam sitam habeat, quibusque prius orta sit conditoribus, ad quas vero urbes cognationem referat. Ut compendio autem dicam, non susceptis Ulyssis, ut aiunt fabulæ, erro-

ἐπὶ τῆς ἰδίας δὲ καταμένων [1] εὐδαιμόνως,
οὐχὶ μόνον ἑτερόφυλον ἀνθρώπων βίον,
ἐθνῶν ὅλων [2] δὲ γνώσετ' ἄστη [3] καὶ νόμους.
Λαβοῦσα δ' ἡ σύνταξις ἐπιφανέστατον
ἀρχηγέτην σε, φιλάγαθόν τε προστάτην,
ἕξει διαδόχους ἐπιμελεῖς εἰς τὸν βίον,
τὸ σοῦ τε, βασιλεῦ, πᾶσι κηρύξει κλέος,
διαπεμπομένη πρὸς ἕτερον ἀφ' ἑτέρου τόπον,
καὶ [4] τοῖς μακρὰν ἀπέχουσι τὴν εὐφημίαν.
Ἤδη δ' ἐπ' ἀρχὴν εἶμι τῆς συντάξεως,
τοὺς συγγραφεῖς ἐκθέμενος, οἷς δὴ χρώμενος,
τὸν ἱστορικὸν εἰς πίστιν ἀναπέμπω λόγον.
τῷ τὴν γεωγραφίαν γὰρ ἐπιμελέστατα
γεγραφότι, τοῖς τε κλίμασι καὶ τοῖς σχήμασι,
Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος,
Ἐφόρῳ τε, καὶ τῷ τὰς κτίσεις εἰρηκότι

[1] Sic Hœsch. et Morell. in marg. Sed in textu : τοῖς ἰδίοις δὲ κάτω μένων. G. — [2] Ὅλως cod. Casaub. — [3] Sic ex marg. lego pro ἄστυ. *Vinding.* — [4] Καὶ τὴν μακρὰν cod. Casaub.

ribus, in propria vero (sede) remanens feliciter, non solum diversi generis hominum vitam, sed gentium universarum cognoscet urbes et leges. Illud autem opus ducem te accipiens illustrissimum, bonorumque amantem patronum, habebit successores sollicitos in vita, tuamque, rex, omnibus prædicabit gloriam, transmissum in alium ex alio locum, iisque, qui procul absunt, famæ celebritatem. Nunc autem ad initium progredior operis, scriptores exponens, quibus usus, historicam, ut mihi fides habeatur, emitto orationem : ei enim qui geographiam diligentissime scripsit, climatibusque et figuris, Eratostheni maxime fidens, Ephoroque, et Chalcidensi, qui de conditis

ἐν πέντε βιϐλίοις χαλκιδεῖ Διονυσίῳ,
Δημητρίῳ τε καλλατιανῷ συγγραφεῖ,
καὶ τῷ [1] σικελῷ Κλέωνι, καὶ Τιμοσθένει,
τῆς . . . τῆς [2] . . . . τε . . . . . θεσιν . . . .
καὶ τὸν πολίτην . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Καλλι . . . . ποιῶν . . .
Καλλίαν [3] δὲ σικελὸν τὸν [4] ἐκ Ταυρομενίου,
ἐκ τῶν ὑφ' Ἡροδότου τε συντεταγμένων.
Ἃ δ' αὐτὸς ἰδίᾳ [5] φιλοπόνως ἐξητακώς,
αὐτοπτικὴν πίστιν τε προσενηνεγμένος,
ὡς ἂν θεατὴς οὐ μόνον τῆς Ἑλλάδος,
ἢ τῶν κατὰ Σικελίαν [6] κειμένων πολισμάτων,
ἴσωρ δὲ γεγονὼς τῶν τε περὶ τὸν Ἀδρίαν,
καὶ τῶν κατὰ τὸν Ἰόνιον ἑξῆς κειμένων.

[1] Καὶ Σικελικῷ ed. Morell. Σικελῷ lego ex margine, ut versus constet. *Vind.* — [2] Forsan γῆς. *Morell.* — [3] Sic in marg. cod. Casaub. Vulg. καὶ λίαν. — [4] Articulus deest in cod. Cas. et ed. Hœschel. ideo addidi ut constet versus. *Vind.* — [5] Ἰδίᾳ Hudson. — [6] Σικελίων cod. Casaub.

urbibus scripsit libris quinque, Dionysio, Demetrioque Calatiano scriptori, et Siculo Cleoni, et Timostheni . . . . situm; et civem . . . . faciens . . . . et Calliam Siculum illum ex Tauromenio, ex iis quæ ab Herodoto conscripta sunt. Quæ vero ipse privatim studiose exquirens, ocularemque fidem adhibens, tanquam spectator non solum Græciæ, aut per Siciliam sitarum urbium, sed testis ocularis factus etiam earum quæ circa Adriam, et earum quæ circa Ionium ordine sitæ

ἐπεληλυθὼς δὲ τοὺς [1] ἔτι τῆς Τυῤῥηνίας,
καὶ τοὺς Σικελικοὺς καὶ πρὸς ἑσπέραν [2] ὅρους,
καὶ τῆς Λιβύης τὰ πλεῖστα καὶ Καρχηδόνος·
τὰ δὲ πολλὰ συνελὼν ἄρξομαι τῶν πραγμάτων.
πρῶτον δὲ τάξω τοὺς κατ' Εὐρώπην τόπους.

ΕΥΡΩΠΗ.

Τὸ τῆς θαλάττης τῆς Ἀτλαντικῆς στόμα,
σταδίων μὲν εἶναί φασιν ἑκατὸν εἴκοσι.
Ἡ περιέχουσα δ' αὐτὸ χώρα πλησίον,
ἡ μὲν Λιβύης, ἡ δ' ἐστὶν Εὐρώπης ἄκρα.
Νῆσοι δὲ τούτων ἑκατέρωθεν κείμεναι,
διέχουσαι ἀπ' ἀλλήλων τριάκοντα σχεδὸν
σταδίοις [3]· καλοῦνται δ' ὑπό τινων Ἡρακλέους
Στῆλαι. μιᾶς [4] δὲ τούτων Μασσαλιωτικὴ
πόλις ἐστὶν ἐγγύς, Μαινάκη καλουμένη.

[1] τάς τι cod. Casaub. — [2] Sic ex margine lego pro ἑσπέρας. *Vinding.* — [3] Σταδίους cod. Pal. *Hæsch.* — [4] μία ed. Morell.

sunt : peragrans etiam Etruriæ, et Siculos, et ad vesperam sitos limites, et Libyæ pleraque et Carthaginis : illa vero multa contrahens in pauca, ordiar rem : primum autem collocabo quæ in Europa sunt loca.

EUROPA.

Maris Atlantici os stadiorum quidem esse aiunt centum viginti. Regio autem, quæ illud (mare) prope complectitur, hoc quidem Libyæ, illud vero Europæ est promontorium. Insulæ autem (sunt) harum ab utraque parte sitæ, distantes inter se triginta fere stadiis ; vocantur vero a quibusdam Herculis Columnæ. Uni vero harum Massiliotica urbs est vicina, Mænace adpellata.

Αὕτη πρὸς Εὐρώπην δὲ τῶν ἑλληνίδων
πόλεων ἁπασῶν ἐσχάτην ἔχει θέσιν.
Κάμψαντι τὴν ἄκραν δὲ τὴν κατ' ἀντικρὺ
πρὸς ἥλιον δύνοντα πλοῦς[1] ἐσθ' ἡμέρας.
Εἶτ' ἐχομένη 'στὶ νῆσος ἡ καλουμένη
Ἐρύθεια[2], μεγέθει [μὲν] βραχεῖα παντελῶς,
βοῶν ἀγέλας ἔχουσα καὶ βοσκημάτων,
προσεμφερεῖς[3] ταύροις[4] τε τοῖς αἰγυπτίοις,
καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἤπειρον ἔτι Θεσπρωτίοις[5].
Προσεσπερίους[6] Αἰθίοπας οἰκητὰς[7] ἔχειν
λέγουσιν αὐτὴν, γινομένης[8] ἀποικίας.
Ταύτης[9] σύνεγγυς δ' ὑπολαβοῦσα τυγχάνει

[1] Sic lego ex marg. pro πλήν, et mox εἶτ' pro ἔτ' ex marg. *Vind.* — [2] Ita Vinding. et Salmas. in *Exerc. Plin.* pag. 201. (et primus Morell. in not. G.). Ὀρουία in codd. mss. (et in ed. Morell. G.) *Huds.* μὲν uncis includitur ap. Hœsch. et Mor., utpote fors. additum. — [3] Ita Salm. et Vind. προσεμφερής codd. mss. et ed. Morell. — [4] Ταύρους. *Salmas.* — [5] Ita Salm. et Vind. ex conject. Prius quidem Θεσπρωτίσι. *Huds.* — [6] Sic emendarunt Salm. et Vind. In cod. Cas. et apud Hœsch. et Mor. πρὸς ἑσπερίους. *Huds.* — [7] Οἰκιστὰς legit Salm. *Huds.* — [8] Γενομένας cod. Cas. — [9] Sic marg. vulgo ταύτην. Ταύτην σύνεγγύς ἐστι νῆσος ἐσχάτη « Λαβοῦσα Τυρίων ἐμπόρων ἀποικίαν &c. legit Salmas., sequutus forsan codicem Pal., in quo (teste Hœsch.) legitur hoc modo: Ταύτης σύνεγγυς δ' ἐστι... λαβοῦσα... Τυρίων ἐμπόρων ἀποικία. *H.*

Hæc Europam versus (occident.), græcarum urbium omnium extremum habet situm. Flectenti autem ad promontorium obpositum solem versus occidentem, navigatio est diei. Deinde sequitur insula, quæ vocatur Erythea, magnitudine quidem exigua omnino, boum greges habens et pecorum æquales vel tauris ægyptiis, et iis qui in Epiro sunt adhuc Thesprotiis. Ad occidentem Æthiopas illam (insulam) habitatores habere dicunt, facta deductione coloniæ. Hanc prope vero excipit

Τυρίων [1] παλαιῶν ἐμπόρων ἀποικία,
Γάδειρ', ὅπου μέγιστα γίνεσθαι λόγος
κήτη. Μετ' αὐτὴν δ' ἐστὶν ἡμερῶν δυοῖν
τελέσαντι πλοῦν, ἐμπόριον εὐτυχέστατον,
ἡ λεγομένη Ταρτησσὸς, ἐπιφανὴς πόλις,
ποταμόῤῥυτον κασσίτερον ἐκ τῆς Κελτικῆς,
χρυσόν τε καὶ χαλκὸν φέρουσα πλείονα.
Ἔπειτα χώρα Κελτικὴ καλουμένη [2],
μέχρι τῆς θαλάττης τῆς κατὰ Σαρδὼ κειμένης,
ὅπερ μέγιστόν ἐστι πρὸς δυσμὰς ἔθνος.
Τὴν μὲν γὰρ ἐντὸς [3] ἀνατολῶν πᾶσαν σχεδὸν
οἰκοῦσιν Ἰνδοί· τὴν δὲ πρὸς μεσημβρίαν
Αἰθίοπες ἐγγὺς κείμενοι νότου πνοῆς.
Τὸν ἀπὸ [4] ζεφύρου Κελτοὶ δὲ μέχρι δυσμῶν τόπον
θερινῶν [5]. ἔχουσιν. Τὸν δὲ πρὸς βοῤῥᾶν Σκύθαι.

[1] In textu Hœscheliano deerant Τυρίων παλαιῶν: ex margine supplevit Vind. *Huds.* — [2] Λεγομένη cod. Casaub. — [3] Ἐκτὸς Casaub. — [4] ὑπό in marg. Hœschel. et Morell. — [5] Ita Vinding. pro θερινόν. Vide Annot. *Huds.*

Tyriorum, veterum mercatorum, colonia Gadera, ubi maximos esse cetos fama est. Post illam vero est dierum duorum absolventi navigationem, emporium felicissimum, dicta Tartessus, illustris urbs, fluvio vectum plumbum ex Celtica, aurumque et æs ferens plurimum. Deinde regio Celtica vocata, usque ad mare, quod Sardiniæ adjacet, quæ maxima est ad occidentem gens. Eam etenim quæ intra ortum est, omnem fere incolunt Indi; eam vero, quæ est ad meridiem, Æthiopes, prope austri flatum siti. Qui autem a zephyro est locus, eum Celtæ usque ad occasum æstivum tenent: eum vero, qui ad boream est, Scythæ. Indi

Ινδοὶ μὲν οὖν μεταξὺ θερινῶν ἀνατολῶν
καὶ χειμερινῶν οἰκοῦσιν. Κελτοὶ δ' ἀνάπαλιν
ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς τε δύσεως ἡλίου [1].
Τὰ μὲν οὖν ἔθνη τὰ τέσσαρ' ἐςὶ τοῖς ὄχλοις,
τοῖς πλήθεσίν τε τῶν κατοικούντων ἴσα.
Ἡ δ' Αἰθιόπων πλείςη 'ςὶ χώρα καὶ Σκυθῶν
ἐρημίαν ἔχουσα πλείςην, διὰ τὸ καὶ
τὰ μὲν ἔμπυρα [2] εἶναι μᾶλλον αὐτῶν, τὰ δ' ἔνυγρα.
Χρῶνται δὲ Κελτοὶ τοῖς ἔθεσιν ἑλληνικοῖς [3],
ἔχοντες οἰκειότητα [4] πρὸς τὴν Ἑλλάδα,
καὶ τὰς ὑποδοχὰς τῶν ἐπιξενουμένων.
Σὺν μουσικῇ δ' ἄγουσι τὰς ἐκκλησίας,
ζηλοῦντες αὐτὴν ἡμερώσεως χάριν.
Τούτων δὲ κεῖται λεγομένη τις ἐσχάτη
Στήλη βόρειος· ἔςι δ' ὑψηλὴ πάνυ

[1] Sic Vinding. antea obtinebat αἰλός, atque versum hunc in cod. Pal. mutilum esse monuit Hœschel. *Huds.* — [2] Vulg. ἐμπόρει'. Lego ἄπορα. *Vind.* Malim ἔμπυρα. *Longuevill.*, ex ms. — [3] Ita Vind. pro Ἑλληνικῶς. In cod. Cas. sic legitur : Χρῶνται δὲ οἱ Κελτοὶ τοῖς ἔθνεσιν ἑλληνικῶς. *Huds.* — [4] οἰκειότατα. Hœsch.

itaque inter æstivum ortum et hybernum habitant. Celtæ vero rursus ab æquinoctiali occasu solis. Itaque gentes quatuor sunt multitudine hominum, numeroque habitantium pares. Æthiopum plurima regio et Scytharum, solitudines habet plurimas : propterea quod eorum illa quidem (h. e. Æthiopum) combusta sunt magis, hæc vero (h. e. Scytharum) aquis (nimiis) abundant. Utuntur Celtæ consuetudinibus græcis, habentes cum Græcia cognationem et (crebras) adventantium receptiones. Cum musica peragunt cœtus, probantes illam, mansuefactionis gratia. Quorum autem in extremis locis sita est quædam Columna borealis dicta :

εἰς κυματῶδες πέλαγος ἀνατείνουσ' ἄκραν.
Οἰκοῦσι τῆς στήλης δὲ τοὺς ἐγγὺς τόπους
Κελτῶν ὅσοι λήγουσιν ὄντες ἔσχατοι,
Ἐνετοί τε, καὶ τῶν ἐντὸς εἰς τὸν Ἀδρίαν
Ἴστρῳ καθηκόντων. λέγουσι δ' αὐτόθεν
τὸν Ἴστρον ἀρχὴν λαμβάνειν τοῦ ῥεύματος.
Τῶν [1] πρὸς τὸ Σαρδῷον δὲ πέλαγος κειμένων
οἰκοῦσι Λιβυφοίνικες ἐκ Καρχηδόνος
ἀποικίαν [1] λαβόντες· ἑξῆς δ', ὡς λόγος,
Ταρτήσσιοι κατέχουσιν· εἶτ' Ἴβηρες οἱ
προσεχεῖς. ἄνω τούτων δὲ κεῖνται τῶν τόπων
Βέβρυκες. ἔπειτα παραθαλάττιοι κάτω
Λίγυες ἔχονται, καὶ πόλεις ἑλληνίδες,
ἃς Μασσαλιῶται Φωκαεῖς [2] ἀπῴκισαν.
Πρώτη μὲν οὖν Ἐμπόριον· Ῥόδη δὲ δευτέρα.

[1] Sic vers. 197 - 199 componit in marg. Hœsch. Prius « λαβόντες (cod. Pal. ἀποικίαν λαβ.), ἑξῆς δ' ὁ λόγος Ταρτήσιοι « κατέχουσιν· ε. Ἴ. ο. π. « Ἐπάνω τούτων... G. — [2] Vind. καὶ Φωκαεῖς. Prius Μασσ. Φωκεῖς ἀπῴκισαν, nisi quod in cod. Cas. sit ἀπῳκίσαντο. Unde est quod καὶ surreptitium esse suspicor. *Huds.*

est excelsa omnino, in fluctuosum pelagus extendens promontorium. Habitant hujus Columnæ vicina loca, Celtarum quicunque extremi desinunt, Henetique, et ea (loca), quæ intus juxta Istrum Adriam versus porriguntur; dicunt ibi Istrum principium accipere fluxus. Ea autem quæ ad Sardoum pelagus jacent, habitant Liby-phœnices, qui ex Carthagine coloniam acceperunt. Deinde vero, ut fertur, Tartessii tenent: deinde Hispani finitimi. Super hæc loca siti sunt Bebryces: deinde maritimi infra Ligures proximi sunt, et urbes græcæ, quas Massilienses Phocæenses deducta colonia condidere: prima quidem Emporium: Rhode vero secunda.

Ταύτην μὲν οὖν οἱ πρὶν κρατοῦντες, ἔκτισαν
Ῥόδιοι. μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν,
οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαιεῖς [1],
Ἀγάθην, Ῥοδανουσίαν τε, Ῥοδανὸς ἣν μέγας
ποταμὸς παραρρεῖ. Μασσαλία δ' ἔστ' ἐχομένη,
πόλις μεγίστη, Φωκαέων ἀποικία.
Ἐν τῇ Λιγυστικῇ [2] δὲ ταύτην ἔκτισαν
πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης,
ἔτεσιν πρότερον, ὥς φασιν, ἑκατὸν εἴκοσι.
Τίμαιος οὕτως ἱστορεῖ [3] δὲ τὴν κτίσιν.
Ἔστι [4] μετὰ ταύτην Ταυρόεις, καὶ πλησίον
πόλις Ὀλβία, καὶ Ἀντίπολις αὐτῶν ἐσχάτη.
Μετὰ τὴν Λιγυστικὴν Πελασγοὶ δ' εἰσὶν οἱ
πρότερον κατοικήσαντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος,
κοινὴν δὲ Τυρρηνοῖσι χώραν νεμόμενοι.

[1] Φωκεῖς Hœsch. ut supr. — [2] Sic cod. Cas. Cf. vs. 216. Sed cod. Pal. Λιγυστινῇ. G. — [3] Fors. ἱστορεῖται. *Morell.* — [4] Vulg. Εἶτ' ἔστι. Εἶτ' ἐν cod. Cas. Εἶτεν Hœsch. et Mor. in adnot. Εἶτα μ. Morell. in textu, sed in marg. ἔστι, quod admisi. G.

Hanc quidem, qui prius pollebant, condiderunt Rhodii. Post quos delati in Iberiam, qui Massiliam condiderunt, obtinuerunt Phocæenses, Agathen, Rhodanusiamque, quam Rhodanus, magnus fluvius, præterfluit. Massilia vero est finitima, urbs magna, Phocæensium colonia. In Ligustica hanc condiderunt, ante pugnam in Salamine factam, annis prius, ut aiunt, centum viginti. Timæus autem sic refert, ut condita sit. Est post illam Taurentium, et propinqua urbs. Olbia, et Antipolis earum extrema. Post Ligusticam autem Pelasgi sunt, qui prius illic habitabant profecti e Græcia, communem vero cum Tyrrhenis regionem colentes. Tyrrheniam Lydus

Τυῤῥηνίαν δ' ὁ Λυδὸς Ἄτυος ἔκτισεν
Τυῤῥηνός, ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικοὺς ἐλθών ποτε.
Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ νῆσοι πελάγιαι,
Κύρνος τε, καὶ Σαρδὼ, μεγίστη λεγομένη
μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσος· αἵ τε πρίν ποτε
Σειρηνίδες, Κίρκης τε νῆσοι λεγόμεναι.
Εἰσὶ δ' ἐπάνω μὲν τῶν Πελασγῶν Ὀμβρικοί,
οὓς ᾤκισεν ὁ 'κ Κίρκης Ὀδυσσεῖ γενόμενος
Λατῖνος, Αὔσονές τε μεσόγειον τόπον
ἔχοντες, Αὔσων οὓς συνοικίσαι δοκεῖ,
Ὀδυσσέως παῖς καὶ Καλυψοῦς γενόμενος.
Ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ῥώμη 'στὶ πόλις
ἔχουσ' ἐφάμιλλον τῇ δυνάμει καὶ τοὔνομα,
ἄστρον[1] τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης,
ἐν τῇ Λατίνῃ· Ῥώμυλον δ' αὐτὴν κτίσαι,
θέμενον ἀφ' αὐτοῦ φασὶ τοῦτο τοὔνομα.
Μετὰ δὲ Λατίνους ἐστὶν ἐν Ὀπικοῖς πόλις,

[1] Ἄστρον τε κοινόν cod. Casaub.

Atyis filius condidit Tyrrhenus, ad Umbros veniens olim. In trajectu (i. e. in hoc pelago) jacent insulæ per altum mare, Corsica, et Sardinia, maxima dicta post Siciliam insula, quæque prius olim Sirenides, Circesque insulæ dictæ. Sunt vero supra quidem Pelasgos Umbri, quos constituit e Circe Ulyssi natus Latinus, Ausonesque mediterraneum locum habentes, quos Auson constituisse putatur, Ulyssis filius et Calypsus natus. In his autem gentibus Roma est urbs, habens par potentiæ etiam nomen, astrum quoddam commune totius terrarum orbis, in Latio: Romulum illam condidisse aiunt, imponentem de se hoc nomen. Post Latinos vero est in Opicis urbs, dictæ

τῆς λεγομένης λίμνης Ἀόρνου πλησίον,
Κύμη, πρότερον ἣν Χαλκιδεῖς ἀπῴκισαν,
εἶτ' Αἰολεῖς. (Μάλιστά τ' εὐανδρουμένη[1]
κατὰ τὴν Ἀσίαν Κύμη 'στὶ κειμένη πόλις.)
Τούτοις δὲ Σαυνῖται παροικοῦσ' ἐχόμενοι
τῶν Αὐσόνων· μεθ' οὓς μεσόγειοι κείμενοι
οἰκοῦσι Λευκανοί τε Καμπανοί θ' ἅμα.
Προσεχεῖς δὲ τούτοις εἰσὶ[2] πάλιν Οἰνώτριοι,
μέχρι τῆς Ποσειδωνιάδος ὠνομασμένης,
ἣν φασι Συβαρίτας[3] ἀποικίσαι ποτέ·
καὶ Μασσαλιωτῶν Φωκαέων τε Νεάπολις,
ἣν ἔκτισαν φυγόντες ὑπὸ τὰ περσικὰ
οἱ Φωκαεῖς· οὗ Κερβέρειόν τι δείκνυται
ὑπὸ χθονὶ μαντεῖον. ἐλθεῖν φασὶ δὲ
δεῦρο παρὰ Κίρκης ἐπανάγοντ' Ὀδυσσέα.

[1] Ita Vind. ex marg. Prius μ. τ' εὖτ' ἀνδρ. *Huds.* — [2] εἰσι uncis includunt Hœschel. et Morell. quasi insertum metri gratia. G. — [3] Pro Συμβερτὴν in cod. Casaub. et Συμβερτὰς apud Hœschel. ex emendatione cl. Salmasii Συβαρίτας reposuit Vinding. *Huds.*

paludi Averno propinqua, Cuma, quam prius Chalcidenses condidere, deinde Æoles. (Maxime etiam abundans viris in Asia Cuma est sita urbs). Quos autem juxta habitant Samnites, finitimi Ausonibus: post quos mediterranei siti habitant Lucanique, et Campani simul. Finitimi vero his sunt rursus Œnotrii, usque ad Posidoniadem adpellatam, quam aiunt Sybaritas colonia ducta condidisse olim; et Massiliensium Phocæensiumque Neapolis, quam condiderunt fugientes temporibus persicis Phocæenses, ubi Cerberium quoddam ostenditur sub terra oraculum. Venisse autem aiunt huc a Circe redeuntem Ulyssem. Ex Cuma vero

Ἐκ τῆς δὲ Κύμης τῆς πρὸς Ἄορνῳ κειμένης
κτίσιν κατὰ χρησμὸν ἔλαβεν ἡ Νεάπολις.
Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ τῷ Τυῤῥηνικῷ
νησῖδες ἑπτὰ τῆς Σικελίας οὐ πρόσω,
ἃς δὴ προσαγορεύουσι νήσους Αἰόλου·
ὧν ἐστιν Ἱερὰ λεγομένη τις εὐλόγως [1],
καιόμενα φαίνεται γὰρ ἐξ αὐτῆς πυρὰ
ἀπὸ σταδίων εὔδηλα [2] πᾶσι πλειόνων,
καὶ [3] διαπύρων εἰς ὕψος ἀναβολαὶ μύδρων,
ἔργα τε, σιδήρεός [4] τε ῥαιστήρων κτύπος.
Μία δ' ἐστὶν αὐτῶν δωρικὴν ἀποικίαν
ἔχουσα, Λιπάρα δ' ὄνομα, συγγενὴς Κνίδου.
Ἑξῆς [5] Σικελία νῆσος εὐτυχεστάτη,
ἣν τὸ [6] πρότερον μὲν ἑτερόγλωσσα βάρβαρα
λέγουσι πλήθη κατανέμεσθ' Ἰβηρικά,

[1] Sic ex margine lego pro εὔγεως. *Vind.* Εὐλόγως in cod. Pal. teste Hœschelio. *Huds.* — [2] Εὔδηλον cod. Cas. — [3] Καὶ διαπύρους εἰς ὕψος ἀναβολὰς ἀμύδρων cod. Cas. — [4] Fors. σιδηρείων τε. *Morell.* — [5] Morell. ἐξ ἧς. — [6] Τοπρόπερον cod. Casaub.

ad Avernum sita, conditores ex oraculo accepit Neapolis. In trajectu (i. e. pelago) sitæ sunt Tyrrhenico parvæ insulæ septem, a Sicilia non procul, quas adpellant insulas Æoli. Quarum est Hiera dicta quædam congrue : ardentes enim surgunt ex illa ignes, per stadia multa omnibus manifesti, et candefactorum in altum jactus globorum ignitorum, operaque, ferreusque malleorum sonitus. Una autem est illarum, doricam coloniam habens, cui Lipara nomen, cognata Cnidi. Inde Sicilia, insula felicissima : quam prius incoluisse aiunt diversæ linguæ barbaram multitudinem ibericam, ob trilateram vero regionis natu-

διὰ τὴν[1] γε περίπλευρον δὲ τῆς χώρας φύσιν
ὑπὸ τῶν Ἰβήρων Τρινακρίαν καλουμένην,
χρόνῳ Σικελίαν προσαγορευθῆναι[2] πάλιν,
Σικελοῦ δυναστεύοντος. εἶθ' ἑλληνικὰς
ἔσχεν[3] πόλεις, ὥς φασιν, ἀπὸ τῶν τρωϊκῶν,
δεκάτῃ γενεᾷ, μετὰ ταῦτα[4], Θεοκλέους στόλον
παρὰ Χαλκιδέων λαβόντος. ἦν δ' οὗτος γένει
ἐκ τῶν Ἀθηνῶν: καὶ συνῆλθον, ὡς λόγος,
Ἴωνες, εἶτα Δωριεῖς, οἰκήτορες.
στάσεως δ' ἐν αὐτοῖς γενομένης, οἱ Χαλκιδεῖς
κτίζουσι[5] Νάξον· οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὕβλαν.
Τὸ δ' ἐπὶ ζέφυρον τῆς Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς
κατέσχον. Ἀρχίας δὲ τούτους προσλαβὼν
ὁ Κορίνθιος μετὰ Δωριέων[6] κατῴκισεν
ἀπὸ τῆς ὁμόρου λίμνης λαβούσας τοὔνομα,

[1] Ita Vind. Prius τὴν ἐπερόπλευρον. *Huds.* — [2] Ἀπαγορευθῆναι Hœschel. in marg. — [3] Sic Morell. recte; at Hœschel. ἔσχε. — [4] Μετὰ πέντε legit Cluver. in *Sicil. antiq.* — [5] Ita legunt Scaliger. et Salmas., quum antea editum esset, Κτίζουσι Ἄξον. οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὕλαν. *Huds.* — [6] Δοριεῖς cod. Casaub.

ram, ab Iberibus Trinacriam vocatam : successu temporis Siciliam adpellatam fuisse rursus, Siculo imperante. Deinde græcanicas habuit urbes, ut aiunt, a troïcis temporibus, decima generatione post hæc, Theocle classem a Chalcidensibus nacto. Erat autem hic genere ex Athenis : et convenerunt, ut fertur, Iones, deinde Dorienses, habitatores. Seditione vero inter ipsos orta, Chalcidenses condunt Naxum, Megarenses vero Hyblam. Quod ad zephyrum Italiæ est, Dorienses obtinuerunt. Archias vero hos adsumens Corinthius, cum Doriensibus condidit Syracusas nunc apud illos dictas, quæ a finitima palude nomen obti-

τὰς νῦν Συρακούσας παρὰ τούτοις,[1] καλουμένας.
Μετὰ ταῦτα δ' ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοί τε, καὶ[2]
ἡ τὴν θέσιν[3] τ' ἔχουσα Ῥηγίου πέραν,
ἐπὶ τοῦδε πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ,
Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις ἔσχ'[4] ἀποικίαν.
Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις, Εὔβοια[5] καὶ
Μύλαι κατῳκίσθησαν ἐπικαλούμεναι.
Εἶθ' Ἱμέρα καὶ Ταυρομένιον ἐχομένη.
εἰσὶν[6] δὲ πᾶσαι χαλκιδεῖς αὗται πόλεις.
Τὰς δωρικὰς δὲ πάλιν ἀναγκαῖον φράσαι.
Μεγαρεῖς Σελινοῦνθ'· οἱ Γελῷοι δ' ἔκτισαν
Ἀκράγαντα, Μεσσήνην[7] δ' Ἴωνες ἐκ Σάμου,
Συρακόσιοι δὲ τὴν Καμαρίναν[8] λεγομένην·

[1] Vulg. παρ' αὐτοῖς: fors. παρὰ τοῖσδε. *Morell.* — [2] Sic Huds. Prius δὲ ἀπὸ N. Λεοντὶ Hœsch. Λεόντιοι Morell. G. — [3] Θέαν ἔχουσα cod. Cas. et Mor. — [4] ἔσχεν ἀπ. cod. Cas., ed. Hœsch. et Morell. ἔσχον ἀποικίας Cluver. *Huds.* Supr. Ζαγκλη ap. Hœschel. — [5] Εὐβοικαί cod. Cas. et Hœschel. Εὔβοια καὶ Cluver. *Huds.* — [6] εἰσί Hœsch. et Mor. — [7] Sic rescrib. Scalig. et Cluv. In cod. Casaub. et ed. Hœschel. Μέσσην δ'. Holsten. ad Steph. pag. 206, rescrib. Ἀκρ. καὶ Μέσσην δ', ut ed. Morell. *Huds.* — [8] Sic ex margine Vinding. et Cluver. *Huds.* Prius Μακαρίνην.

nuerunt. Post hæc (proximi) a Naxo Leontini, et quæ situm habet in conspectu Rhegii, in ora hujus freti siculi jacens, Zancle; Catane, Callipolis habuit coloniam. Rursus vero ab iis duæ urbes conditæ sunt, Euboea et Mylæ adpellatæ. Deinde Himera, et Tauromenium finitimum: sunt autem omnes Chalcidenses hæ civitates. Doricas vero rursus necesse est dicere. Megarenses Selinuntem, Geloi vero Agrigentum condiderunt, Messenen Iones ex Samo: Syracusii Camarinam dictam. Ipsi autem hanc sustulerunt rursus a

Αὐτοὶ δὲ ταύτην ἦραν ἐκ βάθρων πάλιν,
πρὸς ἓξ ἔτη καὶ τετταράκοντ' ᾠκημένην [1].
Αὗται μόνον εἰσὶν αἱ πόλεις ἑλληνίδες·
τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
Καρχηδονίων ἐντειχισάντων τοὺς τόπους.
Ἡ δ' Ἰταλία προσεχὴς μὲν ἐστ' [2] Οἰνωτρία,
μιγάδας τε πρότερον ἅπας ἔσχε βαρβάρους,
ἀπὸ τοῦ δυναστεύσαντος Ἰταλοῦ τοὔνομα
λαβοῦσα. Μεγάλη δ' ὕστερον πρὸς ἑσπέραν [3]
Ἑλλὰς προσαγορευθεῖσα ταῖς ἀποικίαις.
Ἑλληνικὰς οὖν παραθαλαττίους ἔχει
πόλεις· Τέριναν [4] πρῶτον, ἣν ἀπῴκισαν
Κροτωνιᾶται πρότερον· αἷς τὰς [5] πλησίον,
Ἱππώνιον [6] καὶ Μέδμαν, ᾤκισαν Λοκροί.
Εἶτ' εἰσὶ Ῥηγῖνοι, πόλις τε Ῥήγιον,

[1] Ὠκισμένην Scalig. ad Euseb. *Huds.* — [2] Ἐστὶ Οἰνωτρία cod. Casaub. et ed. Hœschel. — [3] Ἑσπέρας cod. Casaub. — [4] Τέρειναν (quo modo apud *Lycophr.*) legit Salmas. *Huds.* — [5] Sic legit Salmas. in *Exerc. Plin.* p. 47. *Huds.* Vulg. ἃς οἱ. — [6] Ita Salmas. et Vinding. Ἱπώνιον καὶ Μέδναν cod. Casaub. corrupte. Ἱππώνιον καὶ Μέδναν Hœschel. et Morell. *Huds.*

fundamentis, ad sex annos et quadraginta habitatam. Hæ solum sunt urbes græcanicæ. Reliqua vero barbara sunt oppidula, Carthaginiensibus muro munientibus loca. Italia autem finitima est Œnotriæ, quæ prius diversarum gentium barbaros habuit, ab imperante Italo nomen nacta. Magna vero Græcia ad occidentem demum adpellata ob colonias. Græcanicas igitur maritimas habet urbes, Terinam primum, quam condidere Crotoniatæ prius, quibus propinquas Hipponium et Medmam, condiderunt Locri. Deinde sunt Rhegini, urbsque Rhegium, unde proximus est

ὅθεν ἐστὶν ἐγγυτάτω πλέοντι διάβασις
ἐς τὴν Σικελίαν. Χαλκιδεῖς τε Ῥήγιον
ἀποικίσαι δοκοῦσιν. Οἱ δὲ λεγόμενοι
Ἐπιζεφύριοι πλησίον κεῖνται Λοκροί.
Τούτους δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις
γεγραμμένοισιν, οὓς Ζάλευκος ὑποθέσθαι δοκεῖ·
εἰσὶν δ' ἄποικοι τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν·
ἔνιοι δὲ Λοκρῶν φασι τῶν ἐν Ὀζόλαις.
Ἔχεται δὲ τούτων πρῶτα μὲν Καυλωνία,
ἐκ τοῦ Κρότωνος ἥτις ἔσχ' ἀποικίαν,
ἀπὸ τοῦ σύνεγγυς κειμένου [τε] [1] τῇ πόλει
αὐλῶνος αὐτὴ τοὔνομα ἔχει, ὡς [2] ὕστερον
μετονομάσθαι τῷ χρόνῳ Καυλωνίαν.
Ἑξῆς δὲ ταύτης ἡ πρὶν εὐτυχεστάτη,
εὐανδροτάτη πόλις τε γενομένη Κρότων,
Μύσκελλος Ἀχαιὸς ἣν ἀποικίσαι δοκεῖ.

[1] Sic Salmas. metri gratia. Vulgo κειμ. τῇ. G. — [2] Ita Vind. prius οἷς ὕ. Verum Salm. Αὐλ. αὐτὸ τοὔνομ' ἔχουσ' εἰς ὕ. Μετωνομάσθη τ. χ. Καυλωνία. *Huds.* Morell. τοὔνομ' ἔχει, ὡς vel εἰς. G.

transitus naviganti in Siciliam: Chalcidenses Rhegium condidisse videntur. Juxta autem siti sunt Locri Epizephyrii dicti. Hos vero primos aiunt usos fuisse legibus scriptis, quas Zaleucus proposuisse videtur: sunt coloni Opuntiorum Locrorum; quidam vero Locrorum aiunt eorum, qui in Ozolis (sunt). Finitima autem his primum quidem Caulonia, quæ habuit e Crotone coloniam; ab eo, qui prope urbem situs est, in longitudinem porrecto loco hæc nomen habet, ut postea, mutato nomine, diceretur successu temporis Caulonia. Post illam vero, quæ prius beatissima virisque maxime abundans urbs fuit Croton, quam Myscelus Achivus condidisse putatur. Post

Μετὰ δὲ Κρότωνα Πανδοσία καὶ Θούριοι·
Ὅμορον δὲ τούτοις ἐστὶ τὸ Μεταπόντιον.
Ταύτας Ἀχαιοὺς ἐκ Πελοποννήσου τινὰς
ἀφικομένους λέγουσι κτίσαι τὰς πόλεις.
Εἶτεν [1] μεγίστη τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Τάρας,
ἀπό τινος ἥρωος Τάραντος λεγομένη,
Λακεδαιμονίων ἄποικος, εὐδαίμων πόλις.
Οἱ Παρθενίαι ταύτην γὰρ ἔκτισαν ποτέ,
εὔκαιρον, ὀχυράν, φυσικὸν εὐτύχημά τι·
συναγομένη γὰρ λιμέσιν ἐπ' ἰσθμὸν [2] δυσὶν,
πάσῃ* σκεπαστικὴν καταγωγὴν ἔχει.
Ἦν καὶ πρότερον [3] μέγιστον ἐξυμνημένη
πόλις μεγάλη, βαρεῖα, πλουσία, καλή,
ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Συβάριδος ὠνομασμένη
Σύβαρις, Ἀχαιῶν ἐπιφανὴς ἀποικία,
μυριάδας δέκα ἔχουσα τῶν ἀστῶν σχεδόν,
περιουσίᾳ πλείστῃ τε κεχορηγημένη [4].

[1] Sic cod. Pal. et Cas. εἶτ' ἔστι ed. Hœsch. Morell. et Huds. — [2] Vulg. ἐπ' ἴσον. Mox πάση σ' ἐπιτηνὴν cod. Pal. Cf. adnot. — [3] Περὶ τοῦ marg. Hœsch. — [4] Ita cod. Cas. κεχορηγμένη Hœsch.

Crotonem, Pandosia et Thurii. Finitimum vero his est Metapontium. Has omnes civitates Achivos ex Peloponneso advenientes condidisse aiunt. Deinde est maxima earum, quæ sunt in Italia, Tarentum, a quodam heroe Tarante dicta, Lacedæmoniorum colonia, felix urbs. Partheniæ enim hanc condiderunt olim, opportunam, munitam, naturali felicitate aliqua donatam: coarctata scilicet portubus duobus in isthmum, omni (onerariæ navi humilem?) adpulsum præbet. Erat et ante maxime celebrata urbs magna, gravis, opulenta, pulchra, a fluvio Sybaride nuncupata Sybaris, Achivorum illustris colonia, myriades decem habens civium fere,

ἤδη περιεξαρθέντες οὐκ ἀνθρωπίνως.
αὔτανδρον [1] ἐξέφθειραν ἐπιφανῆ πόλιν,
τἀγαθὰ τὰ λίαν μὲν οὐ μαθόντες εὖ φέρειν.
λέγεται γὰρ αὐτοὺς μήτε τοῖς νόμοις ἔτι,
τοῖς τοῦ Ζαλεύκου τἀκόλουθα συντελεῖν,
τρυφὴν δὲ καὶ ῥᾳθυμίαν ἀλλαξαμένους βίον,
χρόνῳ προελθεῖν εἰς ὕβριν τε καὶ κόρον,
σπεῦσαι δὲ καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων ὅπως
ἀγῶνα καταλύσωσι τάς τε [2] τοῦ Διὸς
ἀνέλωσι τιμάς, τῇ δὲ τῇ περινοίᾳ·
ἀδρόμισθον [3] δὲ γυμνικόν τιν' ἐπετέλουν,
κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἠλείοις, ἵνα
πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοις [4] ἀγόμενος
σπεύδοι καταντᾶν, ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα.
Κροτωνιᾶται πλησίον δὲ κείμενοι
κατὰ κράτος αὐτοὺς εἷλον ἐν βραχεῖ χρόνῳ,

[1] *Al.* Ἄντανδρον. — [2] τάς δὲ Hœsch. et Morell. — [3] Sic pro ἀδρόμισθον legit Scalig. ad Euseb. pag. 74. *Huds.* — [4] Ἐπαίθλοις cod. Pal.

copiaque plurima instructa. Nunc elati humanum extra modum, totam cum incolis inverterunt illustrem urbem, bona nimia quidem quum non didicissent recte ferre. Aiunt enim eos haud amplius legibus Zaleuci consentanea peregisse, luxum vero et ignavam eligentes vitam, successu temporis progressos esse ad injuriam et satietatem; imo operam dedisse, ut Olympicorum certamen dissolverent, Jovisque tollerent honores, hoc nempe excogitantes: largæ mercedis certamen gymnicum quoddam peregerunt eodem tempore quo Elei, ut quilibet ad ipsos præmiis certaminis ductus, studeret accurrere, deserens Græciam. Crotoniatæ autem, prope siti, vi et armis eos sustulerunt

τὰ πάντα διαμείναντες ἀπταίστως ἔτη[1]
ὡς ἑκατὸν ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς εἴκοσι.
Μετὰ τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς Ἰόνιος πόρος
κεῖται· καθήκοντας [2] δὲ πρὸς τὴν εἰσβολὴν
οἰκοῦσιν Ἰάπυγες. Μεθ' οὓς Οἰνωτροὶ,
Βρεντέσιον ἐμπόριόν τε τῶν Μεσηγίων [3].
Πέρας δὲ τούτων ἐστ' ὄρη Κεραύνια.
Μεσόγειαν δ' [4] οἰκοῦσιν Ὀμβρικοὶ [λεῷ] [5],
οὓς φασιν ἁβροδίαιτον αἱρεῖσθαι βίον,
Λυδοῖσιν βιοτεύοντας ἐμφερέστατα.
Εἶτ' ἐστὶν Ἀδριανὸν [6] θάλαττα λεγομένη.
Θεόπομπος ἀναγράφει δὲ ταύτης τὴν θέσιν·
ὡς δὲ συνεθρύζουσα [7] πρὸς τὴν Ἰονικὴν [8],

[1] Ita Scal. ad Euseb. loco supra citato. In cod. Cas. lacuna est : margini autem apponitur vox πάλαι, ex conjectura Jos. Scal. ut dicit Hœsch. In cod. Pal. (teste eodem Hœsch.) ἀπταίστως ὡς ρϟ' πρὸς τοῖς κ'. *Huds.* — [2] Καθήκοντας edidit Hœschel. monet autem cum Scal. legendum esse καθήκοντες, quo modo reperitur in cod. Cas. *Huds.* — [3] μεσηγίων lego pro μεσσιγίων ut in ed. Hœsch. et μεσογίων in cod. Pal., versus ratione reclamante. *Vind.* Fors. Μεσσαπίων. G. — [4] Δὲ οἰκοῦσιν codd. mss. — [5] Ita lacunam in codd. mss. supplevit Scalig. Πέδον pro λεῷ mallit Salmas. in *Exerc. Plin.* pag. 49. *Huds.* — [6] Ἀδριακὰ cod. Cas. — [7] Συνθρύζ. codd. mss. — [8] Ποντικὴν Hœschel. et Morell.

brevi tempore, postquam omnino permansissent sine offensione per annos circiter centum nonaginta supra viginti. Post Italiam statim Ionius trajectus situs est; pertingentes autem ad ostium ejus habitant Japyges. Post quos Œnotrii, Brundusiumque navale Messapiorum. E regione autem his sunt montes Ceraunii. Medium vero habitant Umbri [populi], quos aiunt delicatam elegisse vitam, Lydis simillime viventes. Deinde est Adrianum mare dictum. Theopompus describit vero hujus situm : ut

νήσους ἔχει ταῖς Κυκλάσιν ἐμφερεστάτας·
τούτων δὲ τὰς μὲν λεγομένας Ἀψυρτίδας,
Ἠλεκτρίδας τε, τὰς δὲ καὶ Λιβυρνίδας.
Τὸν κόλπον ἱστοροῦσι τὸν Ἀδριατικὸν
τῶν βαρβάρων πλῆθός τι περιοικεῖν κύκλῳ,
ἑκατὸν σχεδὸν μυριάδας πεντήκοντά τε
χώραν ἀρίστην νεμομένους[1] καὶ καρπίμην·
διδυμοτοκεῖν γάρ φασι καὶ τὰ θρέμματα.
Ἀὴρ διαλλάσσων δὲ περὶ τὸν Ποντικὸν
ἐςὶν ὑπὲρ αὐτούς, καίπερ ὄντας πλησίον.
οὐ γὰρ νιφετώδης, οὔτ' ἄγαν ἐψυγμένος,
ὑγρὸς δὲ παντάπασιν διὰ τέλους μένει,
ὀξύς, ταραχώδης ὤν τε πρὸς τὰς μεταβολάς,
μάλιςα τοῦ θέρους δέ, πρηςήρων τε καὶ
βολὰς κεραυνῶν, τούς τε λεγομένους ἐκεῖ
τυφῶνας. Ἐνετῶν δ' εἰσὶ πεντήκοντά που

[1] Νεμομένων cod. Palat.

quod faucibus junctum Ionico insulas habet Cycladibus simillimas. Harum autem illas quidem dictas Absyrtides, Electridesque, atque etiam Liburnicas. Sinum Adriaticum ferunt barbarorum multitudinem quamdam circum habitare circulo centum fere myriadibus quinquagintaque, regionem optimam colentes et fructuosam: gemellos enim parere vel pecora aiunt. Aër, qui transegit Ponticum mare, immutatur (flando) super eos, quamvis (huic Ponto) proximos. Non enim nivosus, neque valde frigidus, humidus vero omnino assidue manet, subitus, turbulentusque invadens ad mutationes, præsertim æstate, igneorumque turbinum et jactus fulminum, dictosque illic typhones. Henetorum vero sunt quinquaginta urbes in illo sitæ ad

πόλεις ἐν αὐτῷ κείμεναι πρὸς τῷ μυχῷ·
οὓς δὴ μετελθεῖν φασὶν ἐκ τῆς Παφλαγόνων
χώρας, κατοικῆσαί τε περὶ τὸν Ἀδρίαν.
Ἐνετῶν ἔχονται[1] Θρᾷκες Ἴστριοι λεγόμενοι.
Δύο δὲ κατ' αὐτούς[2] εἰσι νῆσοι κείμεναι,
κασσίτερον αἳ δοκοῦσι κάλλιστον φέρειν.
Ὑπὲρ δὲ τούτους Ὕμανοι[3] καὶ Μέντορες·
Ἠριδανός, ὃς κάλλιστον ἤλεκτρον φέρει,
ὅ φασιν εἶναι δάκρυον ἀπολιθούμενον,
διαυγές, αἰγείρων ἀποστάλαγμά[4] τι·
λέγουσιν[5] γὰρ δὴ τὴν κεραύνωσιν πρότε
τὴν τοῦ Φαέθοντος δεῦρο γεγονέναι τινές.
διὸ καὶ τὰ πλήθη πάντα τῶν οἰκητόρων
μελανειμονεῖν τε, πενθικάς τ' ἔχειν στολάς.
Ἡ πλησίον χώρα δὲ τούτων κειμένη
ὑπὸ τῶν Πελαγόνων καὶ Λιβυρνῶν κατέχεται.

[1] Ἔχοντας Θρᾷκας cod. Cas. Supra τὴν Ἀδρ. Hœsch. et Mor. Rectius Huds. τόν, ut vs. 192. G. — [2] Αὐτήν cod. Cas. — [3] Ἴσμενοι Hœsch. et Mor. G. — [4] *Al.* ἀποσταλάγματι. — [5] Ita ex margine Vinding Prius λέγουσι ὧδ'. *Huds.*

intimam partem. Quos transgressos esse aiunt ex Paphlagonum regione, habitasseque circa Adriam. Henetis finitimi sunt Thraces Istrii dicti : duæ vero in eorum conspectu insulæ sitæ sunt, quæ plumbum putantur optimum ferre. Super hos autem Hymani et Mentores : Eridanus, qui optimum electrum fert, quod aiunt esse lacrymas petrificatas, pellucidas, pōpulorum destillationem quamdam. Dicunt enim nonnulli fulminationem olim Phaëthonti hic contigisse. Propterea etiam multitudinem omnem incolarum atratamque esse, lugubresque habere vestes. Regio vero juxta illos sita, a Pelagonibus et Liburnis obtinetur.

Τούτοις συνεχὲς δ' ἐστὶ Βουλινῶν ἔθνος.
Ἑξῆς δὲ μεγάλη χερσόνησος Ὑλλικὴ,
πρὸς τὴν Πελοπόννησόν τε ἐξισουμένη.
Πόλεις δ' ἐν αὐτῇ φασὶ πέντε καὶ δέκα
Ὕλλους κατοικεῖν, ὄντας Ἕλληνας γένει.
τὸν Ἡρακλέους γὰρ Ὕλλον οἰκιστὴν λαβεῖν·
ἐκβαρβαρωθῆναι [1] δὲ τούτους τῷ χρόνῳ
τοῖς ἤθεσιν [2] ἱστοροῦσι τοῖς τῶν πλησίον,
ὥς φασι Τίμαιός τε καὶ Ἐρατοσθένης.
Νῆσος κατ' αὐτοὺς δ' ἐστὶν Ἴσσα λεγομένη,
Συρακουσίων [3] ἔχουσα τὴν ἀποικίαν.
Ἡ δ' Ἰλλυρὶς μετὰ ταῦτα παρατείνουσα γῆ
ἔθνη περιέχει πολλά. πλήθη γὰρ συχνὰ
τῶν Ἰλλυριῶν λέγουσιν εἶναι, καὶ τὰ μὲν
αὐτῶν κατοικεῖν τὴν μεσόγειαν νεμόμενα,
τὰ δὲ τὴν παράλιον ἐντὸς ἐπέχειν Ἀδρίου·
καί τινα μὲν αὐτῶν βασιλικαῖς ἐξουσίαις

[1] Al. καὶ βαρβ. — [2] Al. ἤθεσιν. — [3] Συρακουσίαν ed. Huds.

His contigua est Bulinorum gens : deinde autem magna peninsula Hyllica, Peloponneso æqualis judicata. Urbes in illa aiunt quinque et decem Hyllos habitare, qui sunt genere Græci : Herculis enim filium Hyllum conditorem accepisse. Barbaros vero illos ferunt factos fuisse, successu temporis, moribus vicinorum, ut aiunt Timæus et Eratosthenes. Insula ante illos sita est, Issa dicta, Syracusanorum habens coloniam. Illyrica post hæc porrecta terra, gentes continet multas : multitudinem enim frequentem Illyriorum dicunt esse; et earum illas habitare mediterranea colentes, has vero maritimam oram obtinere in intima Adriæ parte; et quasdam illarum regiæ potestati

ὑπήκο'[1] εἶναι, τινὰ δὲ καὶ μοναρχίαις·
ἃ[2] δ' αὐτονομεῖσθαι. Θεοσεβεῖς δ' αὐτοὺς ἄγαν
καὶ σφόδρα δικαίους φασὶ καὶ φιλοξένους,
κοινωνικὴν διάθεσιν ἠγαπηκέτας
εἶναι, βίον ζηλοῦν τε κοσμιώτατον.
Φάρος δὲ τούτων οὐκ ἄπωθεν κειμένη
νῆσος, Παρίων κτίσις, ἐστίν· ἥ τε λεγομένη
Μέλαινα Κέρκυρ', ἣν Κνίδιοι κατῴκισαν.
ἔχει δὲ λίμνην εὖ μάλ' ἡ χώρα τινὰ
μεγάλην, παρ' αὐτοῖς τὴν Λυχνῖτιν λεγομένην.
Προσεχὴς δὲ νῆσός ἐστιν, οὗ φασί τινες[3]
ἐλθόντα Διομήδην ἀπολιπεῖν τὸν βίον·
ὅθεν ἐστὶ Διομήδεια ταύτῃ τοὔνομα.
Ὑπὲρ δὲ τούτους εἰσὶ Βρῦγοι[4] βάρβαροι.
Πρὸς τῇ θαλάττῃ δ' ἔστιν Ἐπίδαμνος, πόλις
ἑλληνίς, ἣν Κόρκυρ' ἀποικίσαι δοκεῖ.

[1] ὑπήκοα εἶναι ed. Hudson. — [2] τὰ δ' Hudson. ex margine Hœschel. G. — [3] Τινά cod. Casaub. — [4] Βρύγες Straboni, lib. VI, pag. 295, *Bryges* Plinio, lib. V, cap. 32. *Vinding.*

subjectas esse : quasdam vero etiam monarchiis : quasdam propriis uti legibus. Pios autem et valde justos aiunt, et hospitales, socialem vitæ rationem amantes esse, vitamque sectari cultissimam. Pharos ab his non procul sita insula, Pariorum opus, est : quæque dicitur Nigra Corcyra, quam Cnidii condiderunt. Habet autem regio paludem quandam valde magnam, apud illos Lychnitim dictam. Finitima insula est, ubi aiunt quidam venientem Diomedem reliquisse vitam : unde est Diomedea huic nomen. Super hos (in mediterr.) sunt Brygi barbari. Ad mare vero est Epidamnus, urbs græca, quam Corcyra condidisse putatur. Super

Ὑπὲρ δὲ Βρύγους Ἐγχέλειοι λεγόμενοι
οἰκοῦσιν, ὧν ὑπῆρξε καὶ Κάδμος ποτέ.
Οἷς [1] πλησιόχωρός ἐστιν ἡ Ἀπολλωνία,
Κορινθίων τε καὶ Κερκυραίων κτίσις [2].
Ἑλληνὶς Ὠρικός τε παράλιος πόλις·
ἐξ Ἰλίου γὰρ ἐπανάγοντες Εὐβοεῖς
κτίζουσι, κατενεχθέντες ὑπὸ τῶν πνευμάτων.
Ἔπειτα Θεσπρωτῶν τε καὶ τῶν Χαόνων
ἔθνη κατοικεῖ βάρβαρ' οὐ πολὺν τόπον.
Κόρκυρα νῆσος δ' ἐστὶ κατὰ Θεσπρωτίαν.
Μετὰ τοὺς δὲ Θεσπρωτοὺς Μολοττοὶ λεγόμενοι
οἰκοῦσιν, οὓς κατήγαγεν Πύρρος ποτέ,
ὁ Νεοπτολέμου παῖς· ἥ τε Δωδώνη, Διὸς
μαντεῖον· ἵδρυμ' ἐστὶ δ' οὖν πελασγικόν.
Ἐν τῇ μεσογείῳ [3] δ' εἰσὶ μιγάδες βάρβαροι,
οὓς καὶ προσοικεῖν φασὶ τῷ χρηστηρίῳ.
Μετὰ τοὺς Μολοττοὺς δ' Ἀμβρακία, Κορινθίων

[1] Ἧς cod. Cas. — [2] Sic cod. Cas. Κορινθίων Κερκυραίων τε καὶ κτίσις Hœsch. Mor. et Huds. — [3] τῷ Mor. μεσογείᾳ Huds. G.

Brygos Enchelei dicti habitant, quibus et imperavit Cadmus olim. Quibus finitima est Apollonia, Corinthiorum Corcyræorumque opus : Oricusque, maritima urbs græca; ex Ilio enim redeuntes Euboënses condunt, delati illuc a ventis. Deinde Thesprotiorum et Chaonum gentes barbaræ habitant non multum locum. Corcyra insula vero est Thesprotiæ obposita. Post Thesprotios autem Molossi dicti habitant, quos olim eo deduxit Pyrrhus, Neoptolemi filius : et Dodone, Jovis oraculum; conditum autem fuit a Pelasgis. In mediterraneo sunt mixti barbari, quos adhabitare aiunt oraculi jussu. Post Molossos vero Ambracia, Corinthiorum

ἄποικός ἐστιν· ᾤκισεν δ' ὁ Κυψέλου
αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος [1]. Εἶτ' Ἀμφιλοχικὸν
Ἄργος λεγόμενον. τοῦτο δὲ κτίσαι δοκεῖ
Ἀμφίλοχος, υἱὸς Ἀμφιαράου μάντεως.
Εἰσὶ δ' [2] ἐπάνω τούτων ἔποικοι βάρβαροι.
Ἐν τῇ παραλίᾳ δ' ἔστ' Ἀνακτόριον πόλις.
ταύτην δ' [3] Ἀκαρνᾶνές τε καὶ Κορίνθιοι
ἀπῴκισαν. Μετέπειτα δ' ἡ Ἀκαρνανία·
ὧν τοὺς μὲν Ἀλκμαίωνά φασιν οἰκίσαι·
τοὺς δὲ τὸν ἐκείνου παῖδ' Ἀκαρνᾶνα [4] κτίσαι.
Κεῖνται δὲ καὶ νῆσοι κατὰ ταύτην πλείονες.
Λευκὰς μὲν ἐν πρώτοις, Κορινθίων κτίσις.
Εἶθ' ἡ Κεφαλλήνων [5], Ἰθάκη τε πλησίον,
ἥ τε Πελοποννήσῳ σύνεγγυς κειμένη
Ζάκυνθος. Εἶτ' ἔνιαι [6] καθήκουσαι πέραν [7]

[1] Morell. in marg. Τόλγος. Cf. adnot. G. — [2] Hœsch. δὲ ἐπ. G. — [3] Hœsch. δὲ 'Ακ.. Mox omnes δὲ ἡ 'Ακ. — [4] In cod. mss. 'Ακάρναν et 'Ακαρνᾶν corrupte. *Huds.* — [5] Hœsch. Κεφαλήν. simplici λ. G. — [6] Ita Vind. Εἶτ' ἔναι cod. mss. Εἶπεν αἱ legit Hœschel. *Huds.* — [7] Πέρας cod. Casaub.

colonia est. Condidit vero primus illam, Cypseli filius, Gorgus. Deinde Amphilochicum Argos dictum : hoc condidisse putatur Amphilochus, filius Amphiaraï vatis. Sunt vero super hos (in locis mediterr.) advenæ barbari. In ora maritima est Anactorium urbs : hanc Acarnanes et Corinthii condiderunt. Deinde autem Acarnania. Quorum illos quidem Alcmæonem aiunt illic collocasse; hos vero illius filium Acarnanem condidisse. Sitæ sunt etiam insulæ in illius conspectu plures. Leucas quidem in primis, Corinthiorum colonia. Deinde Cephallenorum (insula), Ithacaque prope, quæque Peloponneso vicina adjacet Zacynthus. Deinde in conspectu quædam

πρὸς τὸν Ἀχελῷον, λεγόμεναι δ'[1] Ἐχινάδες.
Ἑξῆς διέξιμεν δὲ πάλιν τὴν Ἑλλάδα.
Ἐπὶ κεφαλαίων τούς τε περὶ αὐτὴν τόπους
ἐθνικῶς ἅπαντας κατ' Ἔφορον δηλώσομεν.
Μετὰ τοὺς Ἀκαρνᾶνας μὲν ἔστ' Αἰτωλία,
ἐξ Ἤλιδος λαβοῦσα τὴν ἀποικίαν.
Κούρητες αὐτὴν γὰρ κατῴκουν τὸ πρότερον·
ἀφικόμενος δ' Αἰτωλὸς ἐκ τῆς Ἤλιδος,
Αἰτωλίαν ὠνόμασεν, ἐκείνους ἐκβαλών.
Πρὸς τῷ Ῥίῳ κεῖται δὲ Ναύπακτος πόλις,
ἣν Δωριεῖς κτίζουσιν οἱ σὺν Τημένῳ[2].
Ἔπειτ' ἀπ' Αἰτωλῶν παροικοῦσιν Λοκροί,
οὓς Ὀζόλας καλοῦσιν, ἀποίκους γενομένους
ἀπὸ τῶν πρὸς Εὔβοιαν Λοκρῶν ἐσφαλμένους[3].
Δελφοὶ συνάπτουσιν δὲ τούτοις ἐχόμενοι,
τό τε Πυθικὸν μαντεῖον ἀψευδέστατον.

[1] δὲ Ἐχ. Hœsch. — [2] In codd. mss. et Hœsch. τιμένῳ. Sed Τημένῳ Palmer. in *Gr. ant.* p. 497. *Huds.* Mox vulg. παροικοῦσι. G. — [3] Rescribit cum Vinding. Huds. ἐστεμμένων, sed perperam. Mox vulg. συνάπτουσι. G.

porrectæ (insulæ) ad Acheloum, Echinades dictæ. Deinde autem pertransimus rursus Græciam. In illa (regione) summatim loca per gentes omnia ex Ephoro ostendemus. Post Acarnanes quidem est Ætolia, quæ ex Elide accepit coloniam. Curetes nempe eam habitarunt prius; adveniens vero Ætolus ex Elide, Ætoliam nuncupavit, illos postquam expulisset. Ad Rhium insidet Naupactus urbs, quam Dorienses condunt, qui cum Temeno (devenerunt). Deinde ab Ætolis adhabitant Locri, quos Ozolas vocant, colonos (huc) factos, postquam a Locris juxta Eubœam (habitantibus) expulsi fuerint. Delphi conjunguntur vero his finitimi, Pythicumque oraculum

Ἑξῆς δὲ Φωκεῖς, οὓς δοκεῖ συνοικίσαι
Φωκὸς, κατελθὼν μετὰ Κορινθίων πρότου.
γενεαλογεῖται δ' Ὀρνύτου [1] τοῦ Σισύφου.
Ταύτης δὲ κεῖται πλησίον Βοιωτία,
χώρα μεγίστη, καιρία τε τῇ θέσει.
χρῆται μόνη γὰρ τρισὶ θαλάσσαις, ὡς λόγος.
ἔχει δὲ λιμένας, οὓς μὲν εἰς μεσημβρίαν
βλέποντας εὐκαιρόταλα πρὸς τὸν Ἀδρίαν,
τὸν Σικελικόν τε πόρον [2]· οὓς δὲ πρὸς Κύπρον,
καὶ τὸν κατ' Αἴγυπτόν τε τὰς νήσους τε πλοῦν·
οὗτοι δὲ περὶ τὴν Αὖλιν εἰσιν οἱ τόποι.
Ἐν οἷς Ταναγραίων ἐστὶ κειμένη [3] πόλις·
ὑπὲρ δὲ ταύτην ἐν μεσογείῳ Θεσπιαί [4].
Τὸν δὲ τρίτον ἔξω τοῦ κατ' Εὔριπον δρόμου,

[1] Ita pro Δορνύτου legit *Vind.* — [2] Codd. mss. Τὸ Σικελικόν τε πέλον. Morell. τὸ Σικ. τ' ἐμπόριον ex cod. Pal. Vind. et Berkel. ad Steph. p. 228, τὸν Σ. τε πόντον. Ego πόρον malui. G. — [3] Ita *Vinding.* Κειμένη ἡ πόλις codd. mss. — [4] Sic Scalig. pro Θεσπιάδαι. Vide Stephan. in v. Θέσπεια. *Huds.*

veracissimum. Deinde vero Phocenses, quos putatur condidisse Phocus, digressus eo cum Corinthiis olim. Genus ejus deducitur vero ab Ornyto, Sisyphi filio. Huic vero sita est vicina Bœotia, regio maxima, opportunaque situ. Utitur enim sola tribus maribus, ut fertur. Habet vero portus, illos quidem ad meridiem spectantes opportunissime ad Adriam, Siculumque trajectum (i. e. mare); hos vero ad Cyprum, navigationemque (habens) circa Ægyptum, et insulas (fort. Cycladas): hæc autem circa Aulidem sunt loca. In quibus Tanagræorum est sita urbs: super hanc vero in mediterraneo Thespiæ. Tertium vero (latus maritimum habet Bœotia) extra cursum, qui juxta Euripum est (i. e. ad septentr. hujus freti), et veniens (i. e. porrectum) ad Macedonum

εἰς τὴν Μακεδόνων Θετταλῶν θ᾽ ἱκνούμενοι·
ἐφ᾽ οὗ παράλιός ἐστιν [1] Ἀνθηδὼν πόλις.
Θῆβαι μέγισται δ᾽ εἰσὶ τῆς Βοιωτίας.
Εἶτεν συνάπτει Μέγαρα, δωρικὴ πόλις·
σύμπαντες αὐτὴν ἐπόλισαν γὰρ Δωριεῖς,
πλεῖστοι Κορίνθιοί τε καὶ Μεσσήνιοι [2].
λέγουσι δ᾽ Ὀγχηστοῦ γενόμενον ἐγκρατῆ
Μεγαρέα, ἀφ᾽ αὑτοῦ τοῦτο θέσθαι τοὔνομα.
ἡ Μεγαρὶς ἀφορίζει δὲ τὴν Βοιωτίαν.
Ὁ Κορίνθιος δὲ κόλπος ἐστὶν ἐχόμενος,
ὅ τε Κεγχρεάτης [3], οἳ τὸν ἰσθμὸν εἰς στενὸν
συνάγουσιν ἑκατέρωθεν ἠπειρούμενον.
Εἶτ᾽ ἔστι Πελοπόννησος ἑξῆς κειμένη,
κόλπους βαθεῖς ἔχουσα καὶ πολλὰς ἄκρας,
Μαλέαν μεγίστην, Ταίναρόν [4] τε λεγομένην·
Ἱερὸν Ποσειδῶνος δὲ [5] θεοπρεπέστατον,
ὑπὸ τῶν Λακώνων ἐνθάδ᾽ ἐσθ᾽ ἱδρύμενον.

[1] Sic Mor. Sed Hœsch. ἐστί. Mox Hœsch. Βιωτίας. — [2] Μεσηνιοι cod. Cas. — Vs. 505, fors. melius Μεγαρέ᾽ ἀφ᾽. G. — [3] Ita cod. Cas. Κεχρεάτης ed. Hœsch. — [4] Ταίναρον cod. Cas. Τέναρόν τε Hœsch. Supra vulg. μέγιστον. G. — [5] Καί in marg. ed. Hœsch.

Thessalorumque (regionem). In quo (latere) imminet maritima urbs Anthedon. Thebæ autem maximæ sunt Bœotiæ. Deinde conjungitur Megara, dorica urbs: universi illam condiderunt enim Dorienses, plurimi Corinthii et Messenii. Aiunt vero Onchesti factum dominum Megareum, de se hoc imposuisse nomen. Megaris disterminat Bœotiam. Corinthius autem sinus est finitimus, et Cenchreates, qui isthmum in angustum cogunt, utrinque continentem factum. Deinde est Peloponnesus proxime sita, sinus profundos habens, et multa promontoria: Maleam maximum, Tænarumque dictum. Fanum

Τὰ μὲν οὖν βόρεια τῆς Πελοποννήσου μέρη
Σικυώνιοι κατέχουσιν[1], οἵ τε πρίν ποτε
Κόρινθον οἰκήσαντες ἐπιφανῆ πόλιν·
ἀλλ' οἵ[2] τ' Ἀχαιοὶ τοὺς πρὸς ἑσπέραν τόπους,
καὶ ζέφυρον, Ἠλεῖοί τε καὶ Μεσσήνιοι·
τὸ πρὸς μεσημβρίαν τε καὶ νότον κλίμα
Λάκωνες, Ἀργεῖοί τε· πρὸς ἀνίοντα δὲ
ἥλιον, ὅσαι κατέχουσι[3] τὴν ἀκτὴν πόλεις.
Ἐν τῇ μεσογείᾳ δ' ἐστὶν ἡ Φλιασία,
τό τ' Ἀρκάδων μέγιστον ὂν τούτοις ἔθνος.
Τοὺς Ἀρκάδας μὲν οὖν λέγουσ'[4] αὐτόχθονας·
ὕστερα[5] δ' Ἀλήτην οἰκίσαι Κορινθίους·
Φάλκην δὲ τὴν Σικυῶνα· τὴν δ' Ἀχαΐαν
Τισαμένον[6]· Ἤλιδος δ' ὑπάρχειν Ὄξυλον

[1] Sic Morell. metri gratia; vulg. κατέχουσ' οἱ. Versu seq. malim οἰκίσ. G. — [2] Sic ex marg. lego pro ἄλλοι τ'. *Vind.* Mox τόπους reposui pro vulg. πόρους G. — [3] Vulg. κατέχουσιν. Mox Hœsch. Φιλιασία. G. — [4] Sic Mor. Vulg. λέγουσι. G. — [5] Mss. ὑπέρ τ'. Ex marg. Vind. ὕστερον δέ. Ego ὕστερα, ut constet versus. Vs. seq. vulgo τὸν Σικ. G. — [6] Ita lego pro τειχισάμενον. *Vind.* Supra τὴν δὲ 'Αχ. Hœschel. G.

Neptuni vero, numine dignissimum, a Laconibus illic est constitutum. Boreales autem Peloponnesi partes Sicyonii obtinent, quique prius olim Corinthum habitarunt, illustrem urbem: Achivi autem (habent) locos ad occidentem (sitos) et ad zephyrum, item Elei atque Messenii: quod est ad meridiem atque austrum clima Lacones, Argivique: ad orientem vero solem, quæcunque obtinent peninsulam (Hermioneam? G.) urbes. In mediterraneo est Phliasia, Arcadumque maxima in his gens. Arcades quidem aiunt indigenas: serius autem Aleten condidisse Corinthios: Phalcen vero Sicyonem: Achaiam Tisamenum: Elidis esse Oxylum ducem: Cre-

ἡγεμόνα· Κρεσφόντην δὲ τῆς Μεσσηνίας·
Εὐρυσθένην δὲ καὶ Προκλῆν Λακεδαίμονος·
Ἄργους τε Κίσσον[1], καὶ μετ' αὐτῷ Τήμενον·
τῶν δὲ περὶ τὴν ἀκτὴν, Ἀγανὸν[2], ὡς λόγος,
καὶ Δηϊφόντην[3], υἱὸν ὄντα Τημένου.
Κρήτη δὲ νῆσος τῆς Πελοποννήσου πέραν
κεῖται, μεγάλη τὸ μέγεθος, εὐδαίμων τ' ἄγαν,
ἀπὸ τῆς Μαλέας τῆς Λακωνικῆς ἄκρας
κατὰ μῆκος εἰς τὸ πέλαγος ἄχρι[4] τῆς Δωρίδος
Ῥόδου παρεκτείνουσα, καὶ πλείστοις σχεδὸν
ὄχλοις ἀπ' ἀρχῆς καὶ πόλεσιν οἰκουμένη.
Ἀρχαιοτάτους ἔχει δὲ τοὺς οἰκήτορας,
τοὺς δὴ παρ' αὐτοῖς Ἐτεόκρητας λεγομένους.
Πρώτους δὲ Κρῆτάς φασι τῆς ἑλληνικῆς
ἄρξαι θαλάττης, ἅς[5] τε νησιώτιδας
πόλεις κατασχεῖν, ἃς δὲ καὶ συνοικίσαι

[1] Sic pro Κεισσὴν lego. *Vinding.* — [2] Ἀγαυὸν cod. Cas. — [3] Ita cod. Casaub. Διϊφόντην edidit Hœschel. — [4] Cf. adnot. — [5] Vulg. θαλαττίας.

sphontem Messeniæ: Eurysthenem vero et Proclem Lacedæmonis: Argique Cissum et cum illo Temenum: locorum vero, quæ sunt circa peninsulam (ubi Hermione insidet? G.), Aganum (fuisse conditorem), et Deiphontem, filium Temeni. Creta autem insula ultra Peloponnesum (i. e. in ejus conspectu) sita est, magna magnitudine, felixque valde, a Malea, laconico promontorio, in longitudinem per altum mare doricam usque Rhodum extensa, et plurima fere multitudine a principio et (plurimis) urbibus habitata. Vetustissimos habet habitatores, apud illos Eteocretas (i. e. germanos Cretas) dictos. Primos autem Cretenses aiunt Hellenico mari imperasse, et insularium urbium quasdam occupasse, imo quasdam

αὐτῶν Ἔφορος εἴρηκεν, εἶναί φησί[1] τε
ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
τοῦ δὴ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος·
πλοῦν ἡμέρας ἀπέχειν δὲ τῆς Λακωνικῆς.
Ἐν τῷ πόρῳ δὲ κειμένη τῷ Κρητικῷ
ἄποικός ἐστιν Αἰγίλεια[2] Μεγαρέων,
νῆσος πελαγία. Πρὸς δὲ τῇ Λακωνικῇ
Κύθηρα. Μετὰ δὲ ταῦτα, κατ' Ἐπίδαυρον, ἡ
πρότερον μὲν Οἰνωνὴ προσαγορευομένη,
ὕστερον ἀπ' Αἰγίνης δὲ τῆς Ἀσωπίδος
Αἴγιναν ἐκάλεσεν κατασχὼν Αἰακός·
καὶ πλησίον ταύτης[3] Σαλαμὶν, ἐν ᾗ λόγος
τὸν Αἰακοῦ Τελαμῶνα βασιλεῦσαί ποτε.
Ἑξῆς Ἀθῆν', ἅς[4] φασιν οἰκιστὰς λαβεῖν
τὸ μὲν[5] Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας,

[1] Φασί cod. Cas. — [2] Huds. Ἀστυπαλαία; ceteri Ἀστυπαλία. Cf. adnot. G. — [3] Vulg. ταύτη Σαλ. Supr. cum Mor. ἐκάλεσεν recepi pro vulg. ἐκάλεσε. G. — [4] Ita Vind. (imo jam Mor. in marg. G.), ex conj. Salm. Prius Ἀθήνας φασίν. *H.* — [5] Ταῦτα Πελασγούς cod. Cas.

condidisse illarum Ephorus dixit; aitque nomen nactam fuisse insulam a Crete quodam, qui rex indigena fuit: navigatione autem diei distare a Laconica. In trajectu (i. e. in mari) Cretico est colonia Megarensium Ægilia, insula per altum (sita). Juxta Laconicam Cythera. Post vero hæc, in conspectu Epidauri, (insula), prius quidem Œnone dicta; postea vero ab Ægina Asopide Æginam vocavit occupans Æacus: et prope hanc Salamis, in qua ferunt Æaci filium Telamonem olim regnasse. Deinde Athenæ, quas aiunt habitatores accepisse quidem Pelasgos primum, quos et ferunt Cranaos (tunc) vocari: postea vero Cecropidas, Cecrope

Κέκροπος δυναστεύσαντος· ὑστέροισι δὲ
χρόνοις, Ἐρεχθέως τῆς πόλεως ἡγουμένου,
ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαβεῖν.
Ἡρόδοτος ἱστορεῖ δὲ ταῦτα συγγράφων.
Τὸ Σούνιον κάμψαντι δ', ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς
Εὔβοια κεῖται νῆσος, ἡ καλουμένη
διὰ τὴν φύσιν τὸ πρότερον, ὥς φασιν[1], Μάκρις·
ἔπειτεν ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσωπίδος
χρόνῳ λαβοῦσα τοὔνομ', Εὔβοια πάλιν.
Πρώτους δ' ἐν αὐτῇ φασὶν οἰκῆσαι προστοῦ
μιγάδας συνοίκους Λέλεγας· ἐκ τῆς δ'[2] Ἀττικῆς
τὸν Ἐρεχθέως διαβάντα Πάνδωρον κτίσαι
πόλιν μεγίστην τῶν ἐν αὐτῇ Χαλκίδα[3]·
Αἶκλον δ'[4] Ἐρέτριαν [τ'], Ἀθηναῖον γένει·
τὴν δ' ἐναλίαν Κήρινθον ὡσαύτως Κόθων·
Δρύοπας[5] δὲ τὴν Κάρυστον ὠνομασμένην·

[1] Ita Vind. cum cod. Cas. Ὥς φησιν in reliquis. *Huds*. Vs. 569, vulg. τοὔνομα Εὐβ. G. — [2] Τῆς Ἀτικῆς, cod. Cas. — [3] Ita Vind. prout in notulis correxit Hœsch. Χαλκίδαι cod. Cas. ed. Hœsch. et Mor. *Huds*. — [4] Vulgo Αἴκλόν τ'. Cf. adnot. Mox Ἀθηναίων cod. Cas. G. — [5] Δρύοπες cod. Cas. Mox Κάρυστον Hœsch. G.

imperante; postremis vero temporibus, Erechtheo urbi imperante, ab Athene (Minerva) adpellationem accepisse. Herodotus vero docet hæc conscribens. Sunium vero prætergresso, (obvia) jacet post Atticam Eubœa insula, dicta ob naturam prius, ut aiunt, Macris: deinde a dicta Asopide successu temporis nacta nomen, Eubœa. Primos autem in illa aiunt habitasse olim mixtos convenas Leleges: ex Attica vero Pandorum Erechthei (filium), (illuc) transeuntem, condidisse urbem maximam earum, quæ in illa (Eubœa sunt), Chalcidem: Æclum autem, Atheniensem genere, Eretriam: Cothum, pariter (Atheniensem), maritimam Cerinthum: Dryopes

ἡ δ' Ἱστιαία γέγονε Περραιβῶν κτίσις·
κεῖνται δὲ καὶ νησῖδες αὐτῆς πλησίον,
Σκῦρος, Πεπάρηθος, Σκίαδος[1]· ὧν Κρῆτες μὲν οἱ
μετὰ Σταφύλου διαβάντες ἐκ Γνώσσου ποτὲ
Πεπάρηθον, ἐγγὺς κειμένην τ' αὐτῆς Ἴον[2]
νῆσον συνοικίζουσι· τὴν Σκῦρον δὲ καὶ
τὴν Σκίαδον ἐκ Θρᾴκης διαβάντες, ὡς λόγος,
Πελασγιῶται. Πάλιν δ' ἐρήμους γενομένας
αὐτὰς ἁπάσας Χαλκιδεῖς συνῴκισαν.
Ἀπέναντι δ' Εὐβοίας κατοικοῦσιν Λοκροί·
ὧν πρῶτος ἦρξεν, ὡς λέγουσι[3], Ἀμφικτύων
ὁ Δευκαλίωνος. ἐχόμενος δ' ἀφ' αἵματος
Αἰτωλός[4]· εἶτα Φύσκος, ὃς γεννᾷ Λοκρόν,
ὃς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀφ' αὐτοῦ Λοκρούς.
Ἑξῆς δὲ τούτων Δωριεῖς μικρὰς πόλεις,
Ἐρίνεον, Βοιόν τε καὶ Κυτίνιον,

[1] Ita pro Σκίαθος in utroque loco Hœsch. *H.* — [2] Sic lego pro Ἴκον. *Vind.* — [3] Vulgo λέγουσιν, et supr. κατοικοῦσι. G. — [4] In marg. perperam est Ἴτωλος. *Hœsch.* Supra δὲ ἀφ' Hœsch. G.

vero Carystum nuncupatam. Histiæa vero fuit Perrhæborum colonia. Jacent etiam parvæ insulæ prope illam (Eubœam), Scyrus, Peparethus, Sciathus: quarum Cretenses quidem cum Staphylo ex Gnosso olim transvecti, Peparethum, atque ei vicinam jacentem Ion insulam, condiderunt: Scyrum et Sciathum e Thracia transvecti, ut fertur, Pelasgiotæ. Rursus autem desertas omnes factas illas Chalcidenses condiderunt. Ex adverso Eubœæ habitant Locri: quibus primus imperavit, ut aiunt, Amphictyon Deucalionis (filius). Proximus vero sanguine Ætolus: deinde Physcus, qui gignit Locrum, qui Leleges nuncupavit de se Locros. Post autem hos, Dorienses parvas urbes, Erineum, Bœumque, et Cyti-

ἀρχαιοτάτας ἔχουσα, Πίνδῳ τ' ἐχομένας,
ἃς Δῶρος Ἕλληνος γενόμενος ἔκτισε.
τούτων δ' ἄποικοι πάντες εἰσὶ Δωριεῖς.
Εἶτεν παρ'[1] αὐτοῖς Ἡράκλει'[1] ἐστὶν πόλις,
ἣν οἱ Λάκωνες μυρίους οἰκήτορας
πέμψαντες εἰς Τραχῖνα, πρότερον ᾤκισαν.
Ταύτης Πύλαια δ' ἐστὶν ἑξῆς[2] παράλιος·
ἀγορὰ δ' ἐν αὐτῇ γίνετ' Ἀμφικτυονική.
Κόλπος δὲ κεῖται Μηλιακὸς ἐν τῷ μυχῷ,
Ἐχῖνος οὗ πόλις ἐστὶ τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις,
Ἐχῖνος καὶ ἐπαλλίων[3] ἄλλαι πόλεις.
Ἔπειτ' Ἀχαιοὶ παράλιοι Φθιωτικοί[4].
Μάγνητες οἰκοῦσιν δὲ[5] περὶ τὸ Πήλιον.
Ὑπὲρ δὲ τούτους ἐστὶν εὐβιωτάτη
χώρα, κράτιστα πεδία καὶ τελεσφόρα
ἔχουσα, καὶ Λάρισσαν εὐτυχεστάτην

[1] Vulg. εἶτα παρὰ. Εἶτεν Cod. Cas. Mox vulgo ἐστί. G. — [2] Ἐξῆς corrupte in cod. Casaub. et ed. Hœsch. *Huds.* — [3] Fors. Σπερχειὸς, καὶ τῶν Μαλιέων. Cf. adnot. G. — [4] Ita Scal. pro παράλιοι φ...ικοί in codd. mss. *Huds.* — [5] Sic Mor. Vulg. οἰκοῦσιν π. G.

nium, antiquissimas habent, Pindumque proximam, quas Dorus Hellene natus condidit. Horum vero coloni sunt omnes Dorienses. Deinde apud illos Heraclea est urbs, quam Lacones, decies mille habitatores mittentes in Trachinem, prius condiderunt. Hanc autem juxta est Pylaea maritima: concio vero in ea agitur Amphictyonica. Sinus vero situs est Maliacus in recessu, Echinus ubi urbs est, Sparti opus, [Sperchius (fl), et Maliensium? G.] aliae urbes. Deinde maris accolae Achivi Phthiotici. Magnetes autem habitant circa Pelion. Super hos vero est vitae commodissima regio, optimos campos et frugiferos habens, et Larissam felicissimam urbem,

πόλιν, συχνὰς ἄλλας τε, Πηνειὸς δι' ἧς
μέγας διαρρεῖ ποταμὸς, ἐπί τε τὰ στενὰ
Τέμπη διήκων· τήν τε πρὸς τῷ Πηλίῳ
λίμνην βαθεῖαν λεγομένην Βοιβηΐδα.
Τῇ Θετταλίᾳ δ' ἔσθ' ὅμορος ἡ Ἀθαμανία,
Δόλοπές τε, Περραιβοί τε, συνορίζοντ' ἔθνη·
τά τ' Αἰνιάνων, οἵτινες τῶν Αἱμόνων
δοκοῦσι, Λαπιθῶν, Μυρμιδόνων τε γεγονέναι.
Ὑπὲρ τὰ Τέμπη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Μακεδόνων
χώρα, περὶ τὸν Ὄλυμπον ἑξῆς κειμένη,
ἧς φασὶ βασιλεῦσαι Μακεδόνας γηγενεῖς·
ἔθνος τὸ Λυγκιστῶν δὲ καὶ τῶν Πελαγόνων [1],
ἔχει τε παρὰ τὸν Ἀξιὸν [τῶν κειμένων [2]],
καὶ Βοττιαίων [3], τῶν τε περὶ τὸν Στρυμόνα.
Ἐν τῇ μεσογείῳ δ' εἰσὶ μὲν πολλαὶ πόλεις,
ἡ Πέλλα καὶ Βέρροια δ' ἐπιφανέσταται·

[1] Πελεγόνων cod. Cas. — [2] Adjecit Scal. τ. κειμ. ut constaret versus. G. — [3] Sic lego pro Βουπατῶν ex Herod. VII, 185; et Diod. XII, 47. *Wind.* Βοττεατῶν malit Holst. ad Steph. p. 10. *H.*

plurimasque alias, quam (regionem) præterfluit Peneus, magnus fluvius, et ad angusta Tempe pertingens: (habet Thessalia) etiam juxta Pelion paludem profundam, Bœbeïda dictam. Thessaliæ vero est finitima Athamania; Dolopesque, Perrhæbique, conterminæ gentes; et Ænianum, qui ab Æmonibus, Lapithis, Myrmidonibusque orti esse creduntur. Super Tempe vero (i. e. ad septentr.) est Macedonum regio, circa Olympum deinde sita, cui aiunt imperasse Macedones e terra ortos. Gentem Lyncistarum habet (Macedonia), et Pelagonum, et horum qui juxta Axium (sedent); et Bottiæorum, et Strymonis accolarum. In mediterraneo sunt multæ urbes, Pella vero et Berrhœa illustrissimæ. In ora maritima

ἐν παραλίᾳ δὲ Θετταλονίκη, Πύδνα τε.
Κάμψαντι τὴν ἄκραν δὲ [1] τὴν καλουμένην
Αἴνιον [2], ἡ πρὶν γινομένη τῶν Κορινθίων
κτίσις, Ποτίδαι' [3] ἐστιν δὲ δωρικὴ πόλις
μετὰ ταῦτα, Κασσάνδρεια [4] δ' ὠνομασμένη.
Ἐν τῇ μεσογείῳ δ' Ἀντιγόνεια λεγομένη·
Ὄλυνθος ὕστερον δὲ λεγομένη [5] πόλις,
ἣν ἐξανέστησεν Φίλιππος ὁ Μακεδὼν,
δόρατι κρατήσας. Μετὰ δὲ τὴν Ὀλυνθίων
Ἀρέθουσα, Παλλήνη τ' ἐπ' ἰσθμοῦ κειμένη·
ταύτην δὲ, Φλέγραν [6] τὸ πρότερον καλουμένην,
τοὺς θεομάχους Γίγαντας οἰκῆσαι λόγος·
μετὰ ταῦτα Παλληνεῖς δ' ἀφ' αὐτῶν [7] ὀνομάσαι
λέγουσιν ὁρμηθέντας ἐξ Ἀχαΐας.
Εἶτ' ἐστι κόλπος λεγόμενος Τορωνικός,

[1] Vulg. π. G. — [2] Ἄνιον cod. Cas. — [3] Sic ego. Ποτιδαι' ἐστί cod. Cas. et edd. Hœsch. et Morell. Ποτίδαια δ' ἐστί Huds. G. — [4] Κασάνδρεια Stephan. Byzant. voce Ποτίδαια. — [5] Vulgo γινομένη. Rescribit Vindingius λεγομένη. — [6] Φλέγυον cod. Cas. In margine ed. Hœschel. Φλεγχαιαν. *Huds.* — [7] Ita Vind. pro Παλληνεῖς δ' Ἀμφυντῶν in cod. Casaub. et Παλληνεῖς δ' ἀμυντων in ed. Hœschel. et Morell. *Huds.*

Thessalonica, Pydnaque. Prætergresso autem promontorium vocatum Ænium, (fit obvia) Potidæa, quæ prius fuit Corinthiorum colonia; dorica nempe urbs est; post hæc vero Cassandria nuncupata. In mediterraneo Antigonia dicta: Olynthus vero serius dicta urbs, quam evertit Philippus Macedo, postquam armis occupavit. Post vero Olynthiorum (regionem) Arethusa, Palleneque in isthmo sita. Hanc vero, Phlegram olim adpellatam, habitasse ferunt Gigantes, qui adversus deos pugnarunt: post hæc Pellenenses de se nuncupasse aiunt, progressos ex Achaia. Deinde est sinus dictus

οὗ πρότερον ἦν τις Μηκύβερνα κειμένη.
Ἑξῆς [1] Τορώνη τοῖς τόποις ὁμώνυμος.
Εἶτεν πελαγία Λῆμνος, Ἡφαίστου τροφός,
ἣν ὁ Διονύσου πρῶτον οἰκίζει Θόας·
μετὰ ταῦτα δ' ἔσχεν ἀτ?ικὴν ἀποικίαν.
Τὸν Ἄθω δὲ περιπλεύσαντι [2] παράλιος πόλις,
Ἄκανθός ἐστιν, Ἀνδρίων ἀποικία,
παρ' ἣν διώρυξ δείκνυται τετμημένη
ἑπλὰ σλαδίοις [3]. Ξέρξην δὲ λέγετ' αὐτὴν τεμεῖν.
Εἶτ' Ἀμφίπολις· Στρυμὼν δὲ περὶ ταύτην μέγας
ποταμὸς παραῤῥεῖ μέχρι θαλάτ?ης φερόμενος,
κατὰ τοὺς λεγομένους κεῖσε Νηρεΐδων [4] χορούς.
Εφ' οὗ κατὰ μεσόγαιον [5] Ἀντιφάνους [6] πατρὶς

[1] Ἐξ ἧς cod. Cas. ed. Hœsch. et Mor. *Huds*. Mox vulg. εἶτ' ἐμπλαγ. G. — [2] Ita Hœsch. Mor. et Vind. In cod. Pal. (teste Hœsch.) παραπλευ.... παράλιος πόλις. in cod. Cas. παρὰ π.... παράλιον πόλιν, margini autem utriusque παρὰ Πλευρῶνα adscriptum. *Huds*. — [3] Ἑπλαὸ?λάδιος cod. Pal. — [4] Ita emendavit Hœschel. edidit autem Νηρείδων. In cod. Casaub. Νηρηΐδων. — [5] Μεσογαίαν cod. Casaub. ed. Hœschel. et Morell. Μεσόγειον Scal. *Huds*. — [6] Ita recte Morell. et Vind. In cod. Casaub. et Hœschel. Ἀντιφαίνου.

Toronicus, ubi olim erat quædam Mecyberna sita: deinceps (jacet) Torone, locis cognominis. Deinde per altum sita Lemnus, Vulcani nutrix, quam Bacchi filius primum condit Thoas: post hæc vero habuit atticam coloniam. Athonem præternaviganti maritima urbs Acanthus adest, Andriorum colonia, juxta quam fossa ostenditur secta septem stadiis: Xerxes autem dicitur eam secuisse. Deinde Amphipolis. Strymon circa hanc, magnus fluvius, præterfluit usque ad mare delatus per dictos illic Nereidum choros. In quo flumine per mediterranea,

πρᾶξαι περὶ Δήμητρος λέγουσ' ἄγαλμα, καὶ
πληγῇ κεραυνωθέντα δαιμονίᾳ θανεῖν·
τὸν Δάρδανον δὲ λιπόντα τοὺς τόπους πρότερον
πρὸς τὴν ὑπώρειάν γε τῆς Ἴδης κτίσαι
πόλιν ἀφ' ἑαυτοῦ Δαρδανίαν καλουμένην.
Τοὺς [1] δὲ Σαμοθρᾶκας Τρῶας ὄντας τῷ γένει,
ἀπὸ τοῦ τόπου δὲ Τρῶας ἐπικαλουμένους [2],
δι' εὐσέβειαν ἐγκαταμεῖναι τῷ τόπῳ.
Ἐν σιτοδείᾳ τῶν Σαμίων δ' [3] αὐτοῖς ποτὲ
ἐπαρκεσάντων, τηνικαῦτ' ἐκ τῆς Σάμου
ἐπιδεξάμενοί τινας συνοίκους ἔσχοσαν.
Μετὰ τὴν Μαρώνειαν δὲ κεῖτ' Αἶνος πόλις,
ἔχουσ' ἐποίκους ἐκ Μιτυλήνης Αἰολεῖς.
Ἡ Θρᾳκία δὲ Χερρόνησος ἐχομένη
κεῖται, καθ' ἣν πόλις ἐστὶ πρώτη Καρδία,
ἀρχὴν μὲν ὑπὸ Μιλησίων κτισθεῖσα καὶ
Κλαζομενίων, πάλιν δ' Ἀθηναίων ὑπὸ,

[1] In cod. Cas. Τὴν δὲ Σαμοθράκην Τρῶας αὐτὴ τῷ γένει. &c. mendose. *Huds.* — [2] Ἐπικαλουμένου cod. Cas. — [3] δὲ αὐτ. Hœsch. G.

quorum Jasionem aiunt impium quoddam facinus patravisse ad Cereris simulacrum, et ictu fulminis divino percussum obiisse: Dardanum vero relinquentem loca olim, ad radicem montis Idæ condidisse urbem, de se ipso Dardaniam vocatam: sed Samothraces Trojanos ex origine, a loco autem Trojanos adpellatos, propter pietatem permansisse in loco. In fame autem Samiis illis olim auxiliantibus, tunc quosdam incolas ex Samo excipientes habuere. Post Maroneam sita est Ænus urbs, habens incolas e Mitylene Æoles. Thracica vero Chersonesus finitima jacet, in qua urbs est prima Cardia, initio quidem a Milesiis condita et Clazomeniis: rursus vero Atheniensibus, quando Miltiades subegit

ὅτε [1] Μιλτιάδης ἐκράτησε Χερρονησίων.
Προσεχὴς δὲ Λυσιμάχεια· ταύτην δ' ἔκτισε
ἐπώνυμον Λυσίμαχος ἀφ' ἑαυτοῦ πόλιν.
Λίμναι δ' ἐφεξῆς εἰσὶν αἱ Μιλησίων.
Εἶτ' Αἰολέων Ἀλωπεκόννησος πόλις·
ἑξῆς Ἐλαιοῦς, Τηϊκὴν [2] ἀποικίαν
ἔχουσα, Φόρβας [3] ἣν συνοικίσαι δοκεῖ.
Ἔπειτα Σηστὸς καὶ Ἄβυδος, αἱ κείμεναι
ἐπὶ τοῦ στενοτάτου, Αἰολέων [4] οὖσαι κτίσεις.
Εἶτ' ἐστὶ Κριθωτή, πόλις τε Πακτύη.
Λέγουσι καὶ [5] ταύτας δὲ Μιλτιάδην κτίσαι.
Μετὰ τὴν δὲ Χερρόνησον ἐν Προποντίδι
Θρᾴκη παρήκει, καὶ Σαμίων ἀποικία
Πέρινθός ἐστιν· ἐχομένη ἡ Σηλυμβεία [6],

[1] Ὅτι cod. Cas. Mox Λυσημάχεια ed. Hœsch. *Huds.* — [2] Ita emendavit Vinding. In ed. Hœschel. et cod. Casaub. Ἐλαιοῦσσα Τηϊκήν. Cod. Pal. (teste Hœschelio) Ἀττικήν pro Τηϊκήν habet: unde Berkel. ad Steph. p. 108, legit Ἐλαιοῦς Ἀττικὴν &c. *Huds.* — [3] In cod. Pal. Φορβεῶν, atque alteri exemplari adscriptum manu recente Φόρβη. *Hœsch.* Ita Berkel. et Vind. In ed. Hœsch. et cod. Cas. Φόρβει. *Huds.* — [4] Λέσβων δὲ cod. Pal. *Hœsch.* — [5] Ita in cod. Pal. Λέγουσι καὶ, ταύτας &c. ed. Hœsch. et cod. Cas. *Huds.* — [6] Συλημβεία ed. Hœschel. et cod. Casaub. *Huds.*

Chersonesios. Finitima vero Lysimachia: hanc condidit Lysimachus, denominatam a se ipso, urbem. Limnæ (i. e. paludes) autem deinde sunt Milesiorum: postea Æolum Alopeconnesus urbs. Exin Elæus, Teicam coloniam habens, quam Phorbas condidisse putatur. Deinde Sestus et Abydus, sitæ ad angustissimum (freti), quæ ab Æolibus conditæ fuerunt. Postea est Crithote, urbsque Pactya: ferunt autem Miltiadem illas etiam condidisse. Post Chersonesum vero in Propontide Thracia porrigitur, et Samiorum colonia Pe-

ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὶν Βυζαντίου.
Ἑξῆς Μεγαρέων εὐτυχῶν Βυζάντιον.
Μετὰ ταῦτα δ' ἔσθ' ὁ Πόντος, οὗ δὴ τὴν θέσιν
ὁ Καλλατιανὸς συγγραφεὺς Δημήτριος
ἔοικεν ἐπιμελεστάτως πεπυσμένος.
Κατὰ μέρος αὐτοῦ τοὺς τόπους δίξιμεν.
Τοῦ Ποντικοῦ γὰρ στόματός ἐστι πλησίον
Βυζαντίων χώρα, Φιλέας καλουμένη [1].
Εἶτ' αἰγιαλός τις Σαλμυδησσὸς [2] λεγόμενος,
ἐφ' ἑπτακόσια στάδια παρήκων ἄγαν,
καὶ δυσπρόσορμος ἀλίμενός τε παντελῶς
Παρατέταται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος.
Εἶτ' εὐλίμενος [3] ἄκρα συνάπτει Θυνιάς [4],

[1] Ita Vinding. ex Stephano Byzant. pro Φιλίων καλουμένων in ed. Hœschel. et cod. Casaub. et Φιλία καλουμένη in margine ed. Hœschel. Φιλίας καλουμένη malit Is. Voss. *Huds.* — [2] Ita corrigit Hœsch. Ταλύνδησσος ed. Hœsch. et cod. Cas. Σαλμύδυσσος in margine ed. Hœschel. Ἀλμυδησσός Is. Voss. *Huds.* — [3] Εἶτ' ἐλίμως ed. Hœsch. et cod. Cas. Εἶτ' ἐλίμενος cod. Pal. Εὐλίμενος Hœsch. et Is. Voss. (et Morell.). ἀλίμενος Vinding. Εἶτ' Ἀλμυδήσσῳ Salmas. in *Exercit. Plin.* cap. 19. *Huds.* — [4] Θυνίας in codd. mss. et ed. Hœschel. *Huds.*

rinthus est : finitima Selymbria, quam Megarenses condunt ante Byzantium. Deinde Megarensium beatorum Byzantium. Post hæc vero est Pontus, cujus sane situm Callatianus Demetrius scriptor videtur curiosissime comperisse. Secundum partes illius, loca describemus. Pontico scilicet ori est vicina Byzantiorum regio, Phileas dicta. Postea litus quoddam (importuosum), Salmydessus dictum, ad septingenta stadia porrigitur, limosum valde et difficile adpulsu, portuque carens omnino, navibus inimicissimus locus. Deinde promontorium cum portu finitimum est Thynias, cui contingit

τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη.
Μεθ' ἣν πόλις ἐστὶν σύνορος ἡ Ἀπολλωνία.
Ταύτην δὲ πρότερον ἔτεσι πεντήκοντά που
κτίζουσι τῆς Κύρου βασιλείας τὴν πόλιν,
εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι.
πλείστας ἀποικίας γὰρ ἐξ Ἰωνίας[1]
ἔστειλαν εἰς τὸν Πόντον, ὅν, πρὶν Ἄξενον
διὰ τὰς ἐπιθέσεις[2] λεγόμενον τῶν Βαρβάρων,
προσηγορίαν ἐποίησαν[3] Εὔξεινον τυχεῖν.
Περὶ[4] τὴν ὑπώρειαν δὲ τοῦ καλουμένου
Αἵμου[5], πόλις ἐστὶ λεγομένη Μεσημβρία,
Τῇ Θρᾳκίᾳ[6] Γετικῇ τε συνορίζουσα γῇ.
Χαλκηδόνιοι[7] ταύτην δὲ Μεγαρεῖς τ'[8] ᾤκισαν,
ὅτ' ἐπὶ Σκύθας Δαρεῖος ἐστρατεύσατο.

[1] Sic Voss. Vulgo Ἰονίων. — [2] Ita ex marg. Voss. et Berkel. Τῆς ἐπιθέσεως Hœsch. et C. Cas. *Huds.* — [3] Ἐποίησεν C. Cas. — [4] Anon. p. 14, l. 9, Huds., in loco quem à Scymno sumsit; habet παρὰ τὴν, quod malit Bast. *Epist. crit.* p. 31. G. — [5] Αἷμα mendose cod. Cas. — [6] Ita ex marg. Voss. et Vind. Τῆς Θρᾳκίας ed. Hœsch. et cod. Cas. *Huds.* — [7] Sic Voss. et Vind. Prius Καρχηδόνιοι (vel in cod. Anon. laud. Cf. Bast. loc. cit. p. 31. G.) *Huds.* — [8] Μεγαρεῖς ᾤκισαν cod. Casaub. *Huds.*

Asticæ Thraciæ extremum esse. Post quod urbs est finitima Apollonia. Hanc vero urbem, annis ferme quinquaginta ante Cyri regnum, condunt Milesii, in ea loca venientes: plurimas enim colonias ex Ionia miserunt in Pontum, quem prius Axenon (i. e. inhospitalem) dictum ob insidias Barbarorum, Euxini (i. e. hospitalis maris) adpellationem consequi (Milesii) fecerunt. Circa radicem montis vocati Hæmi, urbs est dicta Mesembria, Thraciæ Geticæ finitima terræ. Chalcedonii autem Megarensesque eam condiderunt, quum adversus Scythas Darius arma movit.

FRIDER. JAC. BASTII

EPISTOLÆ CRITICÆ FRAGMENTUM [1].

Periplus Ponti Euxini et Paludis Mæotidis auctore anonymo. Hoc opus, in hoc solo codice repertum, ab initio mutilatum est. Descriptum est a Salmasio, cum codex adhuc Heidelbergæ habitaret [2]; et inspectum a Luca Holstenio, postquam Romam translatus erat. Apographon Salmasii [3] venit in manus Isaaci Vossii, a quo primum editum est cum Scylace Caryandensi, *Amstelod.* 1639, in-4.°; iterumque a Jac. Gronovio in *Geographicis antiquis. Lugd. Batav.* 1697, in-4.°, et in *Geographiæ veteris Scriptoribus minoribus. Oxoniæ*, 1698, in-8.°, vol. I, in fine.

Auctor anonymus multis locis exscripsit opus metricum, cujus jam Isaacus Vossius magnum numerum versuum verisimiliter ad περιήγησιν Scymni Chii pertinentium, restituere conatus est. Alio tempore post editionem Vossii, a. 1684, Theodor. Rycquius in lucem emisit, Lugd. Bat. (apud Jac. Hackium), *Notas et castigationes posthumas Lucæ Holstenii in Stephanum Byzantium*, subjungens (pag. 374-83) : « Scymni Chii *fragmenta περιηγήσεως hactenus non edita, cum versione latina Lucæ Holstenii.* » In præfatione fol. 4, ab init. dicit : « *Unde hæc fragmenta deprompta fuerint, et qua auctoritate Scymni Chii nomen ferant, cum sæpius ab amicis Romæ quæsierim, nemo dicere valuit.* Constant

[1] Ex Bastii *Epist. crit. ad vir. cl. Boissonade*, Lips. 1809, pag. 3-11. — [2] Vid. Is. Casaub. *Epist.* ed. Almelov. pag. 307. — [3] Vid. et Claud. Salmasii *Epistol.* pag. 276. *Bast.*

vero hæc fragmenta maxima ex parte locis auctoris anonymi. Jacobus Gronovius (in Dedicatione *Geographicorum antiquorum*) ex hac similitudine censet, versus hos non ex manuscripto aliquo esse desumtos, sed ab ipso Holstenio ad textum anonymi compositos, more fere Isaaci Vossii. Quam tamen opinionem rejicit Dodwellus, vir doctus acerrimique judicii (ad Geogr. min. vol. II, p. 102. [Cf. supr. p. 253, sqq. G.]), omnia fragmenta Scymni Chii reperta esse in codice aliquo, a veritate propius abesse judicans, his ductus rationibus:

1. Lucas Holstenius, homo spectatæ fidei, adfert in notis ad vitam Pythagoræ a Porphyrio scriptam versus aliquot ex his fragmentis ut ineditos Scymni Chii; eum vero versus, quos re vera ipse fecisset, pro versibus Scymni vendidisse, non est credibile.

2. Gronovii suspicio pertinere nequit ad 75 versus posteriores; quorum ne vestigium quidem apud Geographum anonymum exstat.

3. Ordo fragmentorum diversus est ab ordine Peripli; accuratissime vero congruit cum dispositione περιηγήσεως, quantum ex prima, quam habemus, parte cernere licet. « *Scymnus ipse*, inquit, *a freto orsus Gaditano, sinistrorsum oras legit, respondetque hic idem ordo in Ponto etiam Euxino, qua quidem Scymni περιήγησιν e Codicibus habemus manuscriptis.... Contrarius ordo est in auctore Peripli anonymo, qui oris dextrorsum lectis ad fretum progreditur, etiam in Euxino Ponto, Gaditanum.* » Cum autem ordo fragmentorum conveniat cum parte altera περιηγήσεως, ad veritatem proxime accedit, universa fragmenta debere codici manuscripto a Luca Holstenio fortasse in bibliotheca aliqua reperto.

Ex mea opinione Dodwellus sese non fefellisset, si ei contigissent argumenta ad judicium ferendum sufficientia. Cum igitur post ejus disquisitionem non

alia, quantum sciam, instituta sit, me gratum tibi, Amice doctissime, facturum esse spero, dum tibi rationes proponam, quibus ductus contendam, Holstenium ipsum fragmenta hæc ex libris orationis solutæ manuscriptis, quos consulendi data ipsi est copia, in versus redegisse.

1. Versus, quos laudat in Observationibus ad vitam Pythagoræ (Romæ, 1630) pag. 117, ducti sunt, ut 161 priores fragmentorum, ex nostro Periplo. Ceterum a. 1630 omnino erant inediti; nam editio Vossii non prodiit ante annum 1639. Pro certo affirmare possum, Holstenium cognovisse nostrum codicem. Is enim ex eo descripsit typisque submisit commentationem Arriani *de venatione*, quæ locum Periplo nostro proximum obtinet. Præterea Scymni fragmenta offerunt, ut deinde apparebit, omnes bonæ notæ lectiones manuscripti, a quibus editio Vossii haud raro differt, et exceptis quibusdam minutiis, veluti transpositionibus vel elisionibus, ad versum constituendum necessariis, nihil ibi reperitur, quod non idem exstet in auctore anonymo. Vid. quæ dicturus sum ad pag. 4, l. 25 (l. c. p. 19, G.), et Holstenii *Castigat. posthum.* p. 335, *in voce* Ὕλία. Non sine causa igitur credo, Holstenium duxisse hæc fragmenta ex nostro codice, nec dubito, quin illa ad hunc unum codicem numeris sint accommodata. Cuicunque enim paullo familiarior est codicum antiquiorum notitia, is vix a se impetrare poterit, ut credat, versus 161, qui apud auctorem solutæ orationis hinc inde latent, in alio manuscripto metro ita inclusos reperiri, ut neque aliquid grave omissum, neque additum deprehendatur.

Scymni autem Chii nomini Holstenius hos versus sine dubio propterea inscripsit, quod anonymus plures adfert e principio τριμέτρους, quare ceteros ejusdem

esse auctoris autumavit. Ceterum περιήγησιν, ab Hœschelio editam et repetitam ab Erasmo Vindigio, non ab origine metricam fuisse, nec Scymni nomine insignitam constat. Vid. Dodwellus (*Dissert. de Anon. Pont. Eux.* §. 1. G.) l. c. vol. I, p. 158. Attributa erat in codice manuscripto, ex quo ab Hœschelio in lucem emissa est, Marciano Heracleensi, sub cujus nomine Scymnum latere, non nisi ab aliis auctoribus hoc nomine, ubi περιηγήσεως mentionem faciunt, utentibus, didicimus. (Vid. Dodwellus vol. II, pag. 94), [supr. p. 240, G.]. Deinde ad eam, quæ nunc est, formam adornandam opus erat, ut numeri in codice non bene servati, restituerentur. Holstenius igitur in minoribus fragmentis idem egit, quod Hœschelius in majoribus; neutrique quicquam vitio dandum est, nisi quod composuerunt magnum numerum versuum malorum.

2. Versus 75 posteriores non anonymo nostro, qui eorum ne minimum quidem vestigium exhibet, deberi, manifestum est. — Unde vero desumti sunt? Dodwellus a. 1703, eos ab Holstenio ita descriptos esse e codice aliquo, ut sunt editi a Rycquio, arbitrabatur; nec mirum est, eum illo tempore non aliter sensisse. Sed post annum 1712, ad unum omnes [1] ducti haberi potuissent, si cui id in mentem venisset, ex alio codice Holstenii, quem edere constituerat in collectione fragmentorum geographicorum, quæ non prodiit (vid. Fabric. *Bibl. gr.* vol. IV, pag. 664. ed. Harlesii), quem denique tamen Hudsonus publici juris fecit tertio volumine *Geographorum minorum*. Si Dodwellus, qui a. 1711, in vivis esse desiit, non ignorasset hunc

[1] Verba πέντε ἡμερῶν ὁδὸν Εἰς Πόντον (v. 193 et 194), uncis inclusa sunt. Quod ostendit, illa non esse ab Holstenio inventa apud anonymum, ubi omnino desiderantur. Vid. *Geogr. min.* vol. III, pag. 10. Addidit ea ex Herodoto, quem auctor ipse nominat. *Bast.*

anonymum, de manuscripto, quod perhibet, sententiam certe mutasset, et fortasse quod Gronovius conjectura quodammodo vaga adsumserat, argumentis probare studuisset.

§. 3. Post ea, quæ hactenus dixi, ordo qui alius in Periplo, alius in περιηγήσει Hœschelii est, ne minimam quidem difficultatem parare potest. Holstenius differentiam hanc animadvertens Scymni Chii opus totum edere, eique fragmenta subjungere constituerat. (Vid. Fabricius l. c. pag. 663.) Debebat igitur ordinem peripli multum immutare et illi, quem auctor ubique secutus est, accommodare. Sed quare nihil de his omnibus dixit? Explicasset sine dubio rem, si editionem perfecisset, aut certe fragmenta hæc ipse in lucem emisisset. Sed impressa sunt, ut supra vidimus, post mortem ejus; Rycquius autem nihil recepit, nisi textum græcum et versionem latinam; præfatio et notæ, si unquam scriptæ sunt, aut perierunt, aut fortasse in bibliotheca aliqua cum materia, ex qua Holstenius syllogen illam construere voluit, adhuc sepultæ jacent.

Periplo nostro cum fragmentis Scymni curate comparato, sententiæ meæ aliquid obstare videatur, quod ipse indicabo. Holstenio si volupe fuisset, dixerit aliquis, hos versus facere, sine dubio loca anonymi omnia numeris accommodasset, in quibus id facili negotio fieri poterat. Sed exstat locus, pag. 14, lin. 1, sqq., qui sine ulla mutatione in versus duci potest hunc in modum:

Αἶμος μέγιστόν ἐστιν ὑπὲρ αὐτὴν ὄρος,
τῷ Κιλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος προσεμφερής,
τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει·
ἀπὸ γὰρ Κερβύζων, τῶν τε Ποντικῶν ὁρῶν
ἄχει τῶν Ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων[1].

[1] Retinui hunc versum non admodum elegantem, quod talem se

Hi versus jam a Vossio in notis pag. 38 (ed. a. 1639) laudati non exstant inter fragmenta a Rycquio edita. Quod si vero Holstenius, dicat forte quis, anonymi codicem legisset, versus illi eum fugere non potuissent, cognitos vero collectioni suæ sine dubio inseruisset; quod cum non fecerit, sequitur, ut fragmenta sua non ex hoc periplo, sed ex alio quodam manuscripto, cui versus illi deerant, transcripserit. Ad quam objectionem equidem hæc habeo quæ respondeam: Holstenius hos versus, quos quisque primo intuitu agnoscit, et ipse sine dubio animadvertit, sed cum Scymni ordinem sequeretur, illos intra fragmenta recipere non potuit. Agunt enim de monte Hæmo, de quo auctor loquitur in fine fragmenti majoris (vs. 738), editi ab Hœschelio. Reperiuntur versus posteriores hujus fragmenti apud anonymum nostrum, et adeo completiores, quam in manuscripto Hœschelii. Itaque opus erat, ne quid ex divina arte, in nostro periplo dissimulata, perderetur, versus de monte Hæmo non fragmentis minoribus, sed parti περιηγήσεως præcipuæ, inserere; nec dubitandum est, quin insertum esset, si Holstenius plenam, quam animo conceperat, Scymni Chii editionem perfecisset.

offert in manuscripto, et quod revera ignoratur, Scymnus bonosne versus, an malos fecerit; nam omnes, quos habemus, et quorum plurima pars, ut supra dixi, incondita est, non tam ab ipso, quam ab editoribus profecti sunt. Proinde mihi certe licebit non pejores facere, quam isti fecerunt, et admittit metrum comicum sæpius versus non ad amussim elaboratos, i. e. *iambos senarios paullo liberiores*, ut Heynius v. cl. dicit, de versibus Scymni loquens (*Apollod.* t. I, pag. 405). Versu meo non contenti, eum facili negotio emendare poterunt, reciso articulo et facta transpositione; qua licentia editores sæpe usi sunt:

Ἀδριατικῶν ἄχρι (potius ἄχρις. G.) διικβάλλει τόπων.

Loca similia, in quibus ἄχρι genitivo, quem regit, postponitur, exstant passim, v. c. apud Libanium vol. IV, p. 538, ed. Reiske τῆς ἡλικίας... ὑπερβάντα τοὺς ὅρους, ὧν ἄχρι παιδεύεσθαι ῥᾴδιον. *Bast.*

Sed satis de fragmentis hujus geographi. Hoc unum tamen addendum est, sententiam meam Holstenii epistola supra a me commemorata, nuper interius cognita, extra omnem dubitationem poni. Ita enim ille ad amicum suum Nicol. Peirescium (cf. Sainte-Croix in *Journ. des Sav.* ann. 1789, p. 680) : « *Vix quarta totius operis* (περιηγήσεως) *pars nobis superest : totum enim internum mare descripserat. Sed solatur dolorem meum, quod ducentos et amplius versus repererim hactenus non editos, in Descriptione Ponti Euxini, quæ falso* Arriani *nomen præfert* (*de qua infra XIV loco scribam prolixius*), *quibus auctior hæc περιήγησις nostra opera prodibit.* » Incommodum est quod *tota* epistola Holstenii, quæ Carpentoractæ Meminorum in bibliotheca publica adservatur, dum hæc scribo, inedita est [1]. Fortasse Bredovio meo, cujus Parisiis nuper commorantis cum voluptate recordor, mox continget, ut eam in adspectum lucemque protrahat.

Periplus Anonymi minori cura, quam cetera omnia, quæ manuscriptum tanti pretii nostrum complectitur, opera, descriptus est. Cum vitiosæ lectiones Salmasii in omnibus editionibus repetitæ sint, emendationes, quas ex manuscripto hausi, tecum communicandas haud gravatim accipies. Videbis, tantum abesse, ut versentur in minutiis, ut etiam geographiæ antiquæ aliquid subsidii afferre possint [2]. Uti illis licebit clarissimo Bredovio in nova, quam parat, editione *Geographorum minorum*, quæ viris doctis eo gratior et acceptior erit, quo rarior liber est vel in ipsa Anglia [3].

[1] Totam ediderunt, primum doct. *Fortia d'Urban* in *Plan d'un atlas hist.* p. 270, Bredovius in *Epist. Paris.* p. 9, et cl. Boissonade, in *Luc. Holstenii Epist. ad div.* p. 51-82; cujus vide fragm. supr. p. 210, 211. G. — [2] Bastii adnotationem adferam ad calcem *Peripli Ponti Eux. et Palud. Mæot.* G. — [3] Obiit Bredovius re imperfecta : cf. præfat. primo vol. præfixam. G.

ΚΑΙ ΤΑΔΕ

ΣΚΥΜΝΟΥ ΤΟΥ ΧΙΟΥ[a].

. . . . Ὀδησσὸν οἱ Μιλήσιοι
κτίζουσιν, Ἀστυάγης ὅτ' ἦρχε Μηδίας.
αὕτη Κρωβύζους Θρᾷκας ἐν κύκλῳ ἔχει[1].
Ἡ Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο
Κρουνοὶ, διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις·
ἔπειτα δὲ μετωνομάσθη Ματιόπολις·
καὶ ὕστερον, Διονυσιακοῦ ἀγάλματος
ἐκ τῆς θαλάττης προσπεσόντος τοῖς τόποις,
Διονυσόπολιν λέγουσι[2] κληθῆναι πάλιν.

[1] Ex Anon. *Peripl. Pont Eux.* p. 13, fin., vol. 1, ed. Huds. — [2] Sic Anon. Cod. teste Bast. in *Ep. crit.* p. 20. Vulg. deest λέγουσι.

SCYMNI CHII

FRAGMENTA[b].

. . . . Milesii Odessum condunt, dum Astyages regeret Mediam : illa Crobyzos Thraces habet circumcirca. Dionysopolis primum vocabatur Cruni (i. e. Fontes), ob propinquas aquarum scaturigines : deinde, mutato nomine, Matiopolis dicta fuit, et tandem, postquam Dionysi statua ex mari in hæc loca incidisset, Dionysopolim contra adpellatam fuisse ferunt. Hæc in

[a] Hunc titulum de suo dedit Holstenius. — [b] Hæc fragmenta Holsteniana primum latine vertit Holsten. ipse. Conf. Huds. supr. pag. 212. Sed versionem hanc paullo laxiorem, nunc græco sermoni ubique propiorem et revera novam editor reddidit.

Ἐν μεθορίοις δὲ τῆς Κρωβύζων καὶ Σκυθῶν
χώρας μιγάδας Ἕλληνας οἰκητὰς ἔχει[1].
. . . . τοῦτο δὲ
τὸ πολίχνιόν φασίν τινες μὲν βαρβάρων,
τινὲς δ' ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας[2].
. . . . Κάλλατις,
ἀποικία μὲν Ἡρακλεωτῶν γενομένη
κατὰ χρησμόν. ἔκτισαν δὲ ταύτην ἡνίκα
τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν Ἀμύντας παρέλαβεν[3].
Τομέοι ἄποικοι γενόμενοι Μιλησίων,
ὑπὸ Σκυθῶν ἐν κύκλῳ οἰκούμενοι[4].
. . . . (αὕτη) ἡ πόλις
Ἴστρος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔλαβε τοὔνομα.
. . . . καὶ ταύτην τὴν πόλιν
Μιλήσιοι κτίζουσιν, ἡνίκα Σκυθῶν
εἰς Ἀσίαν στράτευμα διέβη βαρβάρων
Τὸ Κιμμερίους διῶκον ἐκ τοῦ Βοσπόρου[5].

[1] Ex Anon. l. c. p. 13, med. Supr. τῆς Κρωβ. recte ex cod. Vulgo Anon. τοῖς Κρωβ. Cf. Bast. l. c. p. 31. — [2] Ex loc. eod. — [3] Ex Anon. p. 12, fin. — [4] Cod. ηνκύκλω (sic) οἰκούμενα. Holstenii emend. probat Bast. l. c. p. 30. — [5] Ex Anon. p. 12, med. G.

Crobyzorum et Scytharum regionis finibus (sita), incolas promiscuos Græcos habet. . . . Hoc oppidum (Bizonem), alii barbarorum, alii Mesembriæ coloniam fuisse contendunt. . . . . . . Callatis, Heracleensium quidam colonia facta, oraculo jubente : condiderunt autem illam, quum Macedonum regnum Amyntas obtineret. Tomi (urbs), Milesiorum facta colonia, a Scythis undique circumdata accolis . . . (Fluvius Ister, et ipsa) civitas Ister a flumine nomen accepit : et hanc Milesii condiderunt, quum Scytharum barbarorum exercitus ille in Asiam transiret, qui Cimmerios ex Bosporo (fugien-

. . . . ὁ Ἴστρος ποταμὸς
κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων,
τὴν ἐκϐολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος·
δυσὶ δὲ σχιζόμενος κ' εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥέει·
ἀμέλει δὲ ἄχρι Κελτικῆς γινώσκεται[1],
καὶ τῷ θέρει τὸν πάντα διαμένων χρόνον·
χειμῶνι μὲν γὰρ αὔξεται πληρούμενος
τοῖς γινομένοις ὀμϐρίοισι[2], καὶ ἀπὸ τῆς χιόνος
τῶν τηκομένων τε λαμϐάνων ἀεὶ πάγων,
ὥς φασι, τὰς ἐπιῤῥύσεις[3]· ἐν δὲ τῷ θέρει
τὸ ῥεῖθρον ἐξίεισιν[4] ὡσαύτως ἴσον.
Ἔχει δὲ καὶ νήσους ἐν αὐτῷ κειμένας
πολλάς τε καὶ μεγάλας μεγέθεσιν, ὡς λόγος.
ὧν ἡ μεταξὺ τῆς θαλάσσης κειμένη,
καὶ τῶν στομάτων, οὐκ ἔστ' ἐλάττων τῆς Ῥόδου.
Πεύκη δὲ λέγεται, διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἔχει

[1] Vs. 30 et 31 aliter componit Bast. l. c. p. 29. — [2] Cod. ὀμϐρίοισι, teste Bast. l. c. p. 29, 30; unde perperam Holsten. ὀμϐρείοισι. — [3] ἐπιρύσεις text. Rick. sed Anon. ἐπιῤῥ. — [4] ἐξείεισιν Anon.

tes) persequebatur...... Ister amnis ex locis ad solis occasum (remotis) devolvitur, exitum (in Pontum) quinque ostiis peragens; in duos vero (alveos) divisus, in Adriam etiam fluit: satis autem usque ad Celticam cognitus est, et æstate tota semper idem secum constat (i. e. eadem est usque undarum abundantia); nam hieme quidem imbribus invadentibus impletus tumescit, et excipiens, ut aiunt, torrentes glaciei nivibus liquefactæ: æstate vero, æquali fluento labitur. Continet etiam in se jacentes insulas multas et magnitudine spectabiles, ut ferunt: quarum una inter mare et ostia (fluvii) sita, haud minor est Rhodo: Peuce autem dicitur, propter

πευκῶν. μετ' αὐτὴν εἶτα πελαγία κειμένη
Ἀχιλλέως νῆσος[1] . . . .
Ἔχει δὲ πλῆθος χειροήθες ὀρνέων,
θέαν θ' ἱεροπρεπῆ τοῖς ἀφικνουμένοις.
Οὐ δυνατόν ἐστιν ἀπὸ ταύτης χώραν ἰδεῖν,
καίπερ ἀπεχούσης ἀπὸ τῆς ἠπείρου στάδια
τετρακόσι'[2], ὡς δὲ συγγράφει Δημήτριος[3].
Οὗτοι δὲ Θρᾷκες Βαστάρναι τ' ἐπήλυδες[4].
. . . . ὁ Τύρας ποταμός,
βαθύς τε ὤν, εὐβοτανός ἐστι ταῖς νομαῖς
τῶν ἰχθύων, διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων,
ταῖς ὁλκάσι τε ναυσὶν ἀνάπλουν ἀσφαλῆ.
Ὁμώνυμος δὲ τῷ ποταμῷ κεῖται πόλις
Τύρας, ἄποικος γενομένη[5] Μιλησίων[6].
Ἐπὶ δὲ ταῖς καθ' Ὕπανιν καὶ Βορυσθένην
τῶν δυεῖν ποταμῶν συμβολαῖς ἔστι πόλις

[1] Ex Anon. p. 11, fin., et pag. 12. — [2] Anonym. σλάδια υ'. — [3] Ex Anon. pag. 10, fin. — [4] Ex Anon. pag. 10, med. — — [5] Anon. Τύρας λεγομένη, ἄποικος M. — [6] Ex Anon. p. 9, fin.

piceas plurimas, quas continet. Post illam in alto mari jacens Achillis insula. . . . . . Habet autem mansuetas aves quamplurimas, et advenis spectaculum sacrum (exhibet). Terra exinde prospici non potest, quamvis stadia quadringenta tantum dividunt eam a continente, ut auctor est Demetrius. Ii (ad septentrionem Istri exeuntis accolæ) Thraces sunt atque Bastarnæ advenæ. . . . . . . amnis Tyras profundus herbidusque alendis piscibus, et situm mercatoribus (commodum) præbens, tutamque navigationem onerariis navibus sursum (vehendis). Hic cognominis fluvio jacet urbs Tyras, colonia facta Milesiorum. Insidet ostiis duobus Hypanis et Borysthenis, sese in unum conjungentium, condita

κτισθεῖσα, πρότερον Ὀλβία καλουμένη·
μετὰ ταῦθ' ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης
κληθεῖσα. ταύτην [τὴν πόλιν] Μιλήσιοι
κτίζουσι κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν·
διακοσίων δὲ καὶ τεσσαράκοντα σταδίων
τὸν ἀνάπλουν ἀπὸ θαλάττης [τῷ Βορυσθένει
ποταμῷ] ἔχει [1] . . . .
Οὗτος δὲ πάντων ἐστὶ χρησιμώτατος,
κήτη μεγάλα καὶ πολλά, καὶ καρποὺς φέρων
τοὺς φυομένους, νομάς τε τοῖς βοσκήμασι.
Ῥεῖν δ' αὐτὸν ἐπὶ μὲν ἡμερῶν λέγουσι πλοῦν
ὡς τεσσαράκοντα πλωτόν· εἰς δὲ τοὺς ἄνω
τόπους ἄπλωτός ἐστι καὶ οὐ περάσιμος·
ὑπὸ χιόνος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται [2].
Ἡ Ταυρικὴ δὲ Χερρόνησος λεγομένη
τούτοις συνάπτει, πόλιν ἔχουσ' Ἑλληνίδα,
ἣν Ἡρακλεῶται Δήλιοί τ' ἀπῴκισαν·

[1] Ex Anon. p. 8, et p. 9, init., ed. Huds. — [2] Ex Anon. p. 8.

civitas, prius Olbia vocata; deinde Græcis dicta denuo fuit Borysthenes. Hanc civitatem Milesii condunt, florente Medica potentia; ducentorum et quadraginta stadiorum navigatio sursum est (ad civitatem) [per Borysthenem fluvium] . . . . Hic (amnis) omnium utilissimus, magnis abundans plurimisque piscibus, frugumque copia atque lætis pascuis. Quem fluere aiunt per quadraginta navigationis dies, navibus ferendis idoneum: ad locos superiores minime navigabilis, vel vadosus est; nix enim et glacies (illud) impediunt. His (Tauris circa Criu-Metopon incolentibus) adjacet Chersonesus, Taurica dicta, civitatem græcanicam habens, quam Heracleotæ Deliique condiderunt: Hera-

τοῖς Ἡρακλεώταις γενομένου χρησμοῦ τινος
τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν ἐντὸς [1] Κυανέων,
ἅμα Δηλίοις Χερρόνησον οἰκῆσαι [2].
. . . . ἀπὸ δὲ Λαμπάδων
εἰς τὸ Κριοῦ μέτωπον, ἀκρωτήριον
τῆς Ταυρικῆς, ὑψηλὸν ὄρος, ἐστὶ στάδια
εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ἐν ταύτῃ τῆς Ταυρικῆς
χώρᾳ τινὲς λέγουσιν ἀφικέσθαι ποτὲ
κλαπεῖσαν Ἰφιγένειαν ἐκ τῆς Αὐλίδος.
Εἰσὶ δὲ τοῖς ὄχλοις μὲν οἱ Ταῦροι πυκνοί·
βίον δ' ἐνόρειον [3] νομάδα τ' ἐζηλωκότες,
τὴν δ' [4] ὠμότητα βάρβαροί τε καὶ φονεῖς,
ἱλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀσεβήμασι [5].
Ἀπ' οὖν Ἀθηναιῶνος ἄχρι τῶν Κυτῶν
Σκύθαι κατοικοῦσι· μετὰ ταῦτα Βόσπορος
ὁ Κιμμέριός [6] ἐστιν, [καὶ Κιμμερικὸν πόλις [7]].

[1] Anon. vulg. ἔχουσι ἐν τοῖς Κ. Sed cod. οἰκοῦσι. *Bast.* — [2] Ex Anon. p. 6. — [3] Sic recte Bast. l. c. p. 22, pro vulg. ἐνόριον. — [4] Vulgo τήν τ' ap. Anon. Sed τὴν δ' in Rick. text. et cod. Bast. — [5] Sic Rick. text. et cod. Bast. Sed Anon. vulg. ἱλασκ. τοῖς ἀσεβ. — [6] Anon. Κιμμερικός. — [7] Hæc, non ad verbum, ex Anon.

cleotis quippe præcepit oraculum quoddam, intra Cyaneas incolentibus Asiam, ut Chersonesum cum Deliis habitarent. . . . . a Lampadum (oppido) ad Criu-Metopon (i. e. Arietis frontem), Tauricæ promontorium, montem excelsum, sunt stadia centum et viginti: in hanc Tauricæ regionem nonnulli ferunt devenisse Iphigeniam, ex Aulide subreptam. Turbis autem abundant maxime frequentibus Tauri, vagam in montibus vitam adamantes: crudelitate cædibusque barbari, numina exorantes impiis sceleribus. Ab Athenæone usque ad Cytas, Scythæ habitant. Exinde Bosporus Cimmerius

ἐνταῦθα ναυσὶν ὅρμος τοῖς ἀφ' ἑσπέρας
ἐστὶν ἀνέμοις· ἐν τῇ θαλάττῃ δ' ἄντικρυς
νῆσοι πετρώδεις οὐ πάνυ μεγάλαι δύο
ἀπέχουσαι[1] ὀλίγον τῆς ἠπείρου[2].......
Ἔπειτ' ἐπ' αὐτῷ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος
λίμνης τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον,
τοῦ Βοσπόρου βασίλειον[3] ἐπωνομασμένον.
Ἄνωθεν δὲ τούτων ἡ Σκυθικὴ βάρβαρος
πρὸς τὴν ἀοίκητον συνορίζουσ' ἐστὶ γῆν,
καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένην.
Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
εἴρηκεν Ἔφορος, εἶτ' Ἀροτῆρας, πρόσω
Νευροῦντας ἄχρι γῆς ἐρήμου διὰ πάγων.
Πρὸς ἀνατολὰς δ' ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην
τοὺς τὴν λεγομένην Ὕλαν οἰκοῦντας Σκύθας·

[1] Sic cod. Bast. Vulgo ἀπέχουσιν. — [2] Ex Anon. p. 5. G. — [3] Sic Huds. recte. Cod. Bast. τοῖς Βοσπ. Ita et Rick. textus, i. e. Holsteniana lectio. Vulgo apud Anonymum legitur, τῶν B. βασιλέων. G.

est, et Cimmericum civitas. Ibi statio est navibus per ventos occiduos (advectis). In adversa autem maris parte duæ insulæ saxosæ, exiguæ, parum a continente dissitæ.... Deinde ad ipsum paludis Mæotidis ostium, jacet Panticapæum ultimum, Bospori regia cognominata. Supra hæc autem (mediterran. versus) est Scythica (regio) barbara, contermina terræ incolis carenti, et cunctis Hellenibus (i. e. Græcis) incognitæ. Primos autem Istri accolas esse Carpides retulit Ephorus; postea Aroteres (Aratores), ulterius Neurutas, usque ad desertam ob glacies terram. Orientem versus transeunti Borysthenem (refert ille obvios esse) Scythas, vocatæ

εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους τούτων [1] ἄνω·
ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον·
ὑπὲρ δὲ ταύτην ἔθνος Ἀνδροφάγων Σκυθῶν·
ἐπέκεινα πάλιν ἔρημον εἶναι ἐχομένην.
Τὸν Παντικάπη διαβάντι Λιμναίων ἔθνος,
ἕτερά τε πλείονα οὐ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δὲ ἐπικαλούμενα [2], εὐσεβῆ πάνυ,
ὡς οὐδὲν ἐμψύχων [3] ἀδικῆσαί ποτ' ἄν·
οἰκοφόρα δ', ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα
γάλακτι, ταῖς Σκυθικαῖς τε ἱππομολγίαις [4]·
ζῶσι δὲ τήν τε κτῆσιν [5] ἀναδεδειχότες
κοινὴν ἁπάντων, τήν τε ὅλην [6] οὐσίαν.
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν

[1] Sic recte Holstenius. Cod. Bastii (conf. vir. clariss. l. c. p. 14, 15), et edd. omnes τοὺς τῶν. — [2] Sic cod. Bast. Vulgo δὲ καλούμ. G. — [3] Sic Holsten. Sed cod. ὧν οὐδεὶς. Malit Bast. l. c. p. 16 : ὧν οὐδὲ εἷς ἔμψυχον. G. — [4] Sic cod. Bast. Vulg. ἱππημ. — [5] Sic cod. Bast. Vulgo Anon. κτίσιν. — [6] Cod. Bast. τήν τ' ὅλ.

Hyblæ habitatores; et iis conterminos Georgos esse superiorem versus (id e. mediterraneam regionem); deinde rursus desertum (patere) in magna spatia. Supra autem illud, gens Scytharum Androphagorum: ibi rursus desertum esse contiguum. Panticapen transgresso, (reperitur) Limnæorum gens, et multæ aliæ sine nomine, Nomadicæ tamen cognominatæ, religiosæ admodum, ita ut animantium nulli unquam nocere velint; (plaustris) autem domos vehentes, ut ait (Ephorus), et lacte victitantes atque scythicis equarum mulctibus. Vivunt etiam, communem omnium rerum possessionem et omnes opes (in medium) adferentes. Et contendit (Ephorus idem) sapientem Anacharsim ex Nomadicis illis fuisse, valde religiosis,

φησὶ γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων.
. . . . καὶ κατοικῆσαί τινας
εἰς Ἀσίαν ἐλθόντας, οὓς δὴ καὶ Σάκας[1]
καλοῦσιν. εὐσημότατον δ' εἶναί φησι τὸ
τῶν Σαυροματῶν καὶ Γελώνων, καὶ τρίτον
τὸ τῶν Ἀγαθύρσων, ἐπικαλούμενον γένος.
Ἀπὸ τῶν δὲ Μαιωτῶν λαβοῦσα τοὔνομα
Μαιῶτις ἑξῆς ἐστὶ λίμνη κειμένη·
εἰς ἣν ὁ Τάναϊς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν
τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως ἐπιμίσγεται[2]. . . . .
ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινός,
ἧς τὸ πέρας ἐστὶν ἄφραστον· ἔξεισι δὲ
δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην
Μαιῶτιν, εἰς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον.
Τὸ δὲ στόμιον τῆς λίμνης λέγεται Βόσπορος.
Τὸν δὲ Τάναϊν, ὅς ἐστιν τῆς Ἀσίας ὅρος,
τέμνων τε τὴν ἤπειρον ἑκατέραν δίχα,

[1] Anonym. Σάβακας. — [2] Anon. ἐπιμισγέσθω. Vid. Toup. ap. Bast. *Ep. cr.* p. 17.

horumque nonnullos, in Asiam postquam devenissent, ibi sedem elegisse, quos Sacas vocant. Clarissimam autem contendit gentem esse Sauromatarum, et Gelonorum, et tertium Agathyrsorum. Proxima autem jacet Mæotis palus, a Mæotis nacta nomen : in quam sese miscet Tanaïs, qui ab Araxe fluvio undas accipit; sed, ut prodidit Ephorus, ex lacu quodam, cujus terminus indicari non potest. Exit autem in vocatam Mæotim paludem cum duplici alveo, et (inde) in Cimmericum Bosporum. Os autem paludis vocatur Bosporus. Tanaïm, qui Asiæ terminus est, utrumque continentem secans in partes duas, primi incolunt

πρῶτοι νέμονται Σαρμάται δισχίλια
στάδι' [ἐπέχοντα[1]]...........
Εἶτα μετὰ Σαρμάτας τὸ Μαιωτῶν γένος
Ἰαζαματῶν[2] λεγόμενον, ὡς Δημήτριος
εἴρηκεν, ἐφ' οἷς καὶ ἡ Μαιῶτις λέγεται·
ὡς δ' Ἔφορος λέγει, Σαυροματῶν ἔθνος.
Τούτοις δὲ ἐπιμεμῖχθαι τὰς Ἀμαζόνας
τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ
ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμώδοντα[3] γινομένης
μάχης· ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται
Γυναικοκρατούμενοι.............

ΑΣΙΑ.

Τὸ δὲ στόμ' ἐκπλέοντι Κιμμερὶς πόλις,
ἀπὸ Κιμμερίων μὲν βαρβάρων κεκλημένη,
κτίσις δὲ τυράννων οὖσα τῶν ἐν Βοσπόρῳ·

[1] Anon. αὐτὸν Σ.δ'. στ. ἐπιχ. Cf. adnot. — [2] Omnes Ἰαξαμ. ap. Anon. Sed reperit Bast. (cf. l. c. p. 13) in ms. Ἰαζαμ. — [3] Huds. mendose Θερμοδ'. Fors. Θερμωδόωντα, ut stet versus. G.

Sarmatæ per stadia bis mille. Deinde post Sarmatas, Mæotarum gens, qui Iazamatæ vocantur, ut Demetrius retulit, ex quibus et Mæotis (palus) dicitur : sed, ut Ephorus ait, Sauromatarum gens (hic est). Cum iis Sauromatis commixtas fuisse ferunt Amazonas, quum olim ex pugna ad Thermodontem (commissa) illuc venissent : ex his vocati sunt Sauromatæ Gynæcocratumeni.

ASIA.

Egredienti autem os (Bosporani freti) Cimmeris urbs (fit obvia), a Cimmeriis quidem barbaris vocata, sed colonia tyrannorum in Bosporo (regnantium) : et

Κῆπός τ' [1] ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων.
Εἶτ' ἐστὶν Ἑρμώνασσα, Φαναγόρειά τε,
ἣν Τηΐους λέγουσιν οἰκῆσαί ποτε,
καὶ Σινδικὸς λιμήν, ἔχων οἰκήτορας
Ἕλληνας, ἀπὸ τῶν ἐγγὺς ἥκοντας τόπων.
Ταύτας περιέχει τὰς πόλεις διακειμένας
ἡ νῆσος κατὰ Μαιῶτιν ἄχρι Βοσπόρου,
χώραν ἀπολαμβάνουσα πολλὴν πεδιάδα·
Ἥτις τὰ μὲν τοῖς ἕλεσι, τοῖς τε ποταμοῖς
ἀδιάβατος, τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέραν,
ἃ δὲ τῇ θαλάσσῃ τῇ λίμνῃ τε γίνεται [2]
. . . . οἱ λεγόμενοι Μοσυνοικοὶ
τοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις καὶ ἔργοις βαρβαρικοῖς [3].
Φασὶ γὰρ ἐν ξυλίνοισιν ὑψηλοῖς τ' ἄγαν
πύργοις ἐνοικεῖν πάντας, ἐν φανερῷ δ' ἀεὶ [4]

[1] Anon. vulg. δ' ἀπ. Sed cod. Bast. τε ἀπ. — [2] γίν. vulg. deest ap. Anon. Sed in cod. Bast. τῇ τε λίμνῃ γίνετ. — [3] Anon. auctor *Descr. Pont. Eux.* t. III, p. 12, fin. Huds., unde sequentia hausit Holsten., habet Μοσ., ἔθεσιν ὁμοῖς, ἔργοις β. G. — [4] Anon. δ' ἂν ἐκ.

Cepus, a Milesiis condita. Deinde est Hermonassa, Phanagoriaque, quam Teios aiunt condidisse olim; et Sindicus portus, Græcos habens incolas, qui ex vicinis locis devenerunt. Has civitates hinc inde jacentes comprehendit insula ad Mæotin sita, usque ad Bosporum includens vastam planitiem: quæ impervia est partim ob paludes, et fluvios, et vada quæ sunt in adverso tractu, partim ob mare, et Paludem (Mæotin)..... (Juxta Cotyorum habitabant) dicti Mosynœci, moribus, legibus et factis barbaris. Aiunt enim, in ligneis et valde excelsis turribus omnes habitare, in aperto autem semper quælibet agere: eorum regem

ἕκαστα πράττειν· τὸν δὲ αὐτῶν βασιλέα
δεδεμένον, ἐν πύργῳ τε συγκεκλεισμένον
τηρεῖν ἐπιμελῶς, τὴν ἀνωτάτω στέγην
ἔχοντα· τοῖς φρουροῦσι δ' αὐτὸν ἐπιμελὲς
εἶναι, νομίμως ἵνα πάντα προστάττει ποιεῖν.
ἂν δὲ παραβαίνῃ, κόλασιν αὐτοῦ λαμβάνειν
φασὶ μεγίστην, μὴ διδόντας τὴν τροφήν.
. . . . Κερασοῦς
κλισθεῖσ' ὑπ' αὐτό[1]· καθ' ἃς ἔρημος κειμένη
[ἧς ἄντικρυς] παρήκει νῆσος, Ἄρεως[2]·
λεγομένη . . . .
Ἀπὸ Κοτυώρου ἕως τοῦ πλησίον Πολεμονίου
πρότερον[3] Τιβαρηνοὶ ᾤκουν, ἔθνος ὁμόχωρον,
πάνυ γελᾶν σπουδάζοντες ἐκ παντὸς τρόπου,
εὐδαιμονίαν εἶναι ταύτην[4] κεκρικότες.

[1] ὑπ' αὐτῶν Anon. p. 12. Cf. adnot. G. — [2] Anon. Ἄρηως p. 12; sed ulterius p. 13, Ἄρεως. G. — [3] Sic Holsten. Sed Anon. Ἀπὸ δὲ K. ἕως πλησίον Πολεμώνιον, πρότερον. — [4] Anon. εὐδαιμονίαν εἶναι αὐτὴν κ... pag. 12, init.

vinculis constrictum, et in turri inclusum, assidue invigilare, summum tecti fastigium occupantem : custodibus vero curæ esse, ut secundum leges (rex) omnia fieri jubeat. Si (leges) autem perfregerit, (custodes) aiunt ex illo pœnam sumere maximam, cibum denegando . . . . . (Post Pharmatenum fl.) Cerasus, ab iisdem (Sinopensibus) condita. Quarum (i. e. Cotyori et Cerasuntis) in conspectu [cujus (Cerasuntis) in conspectu] deserta jacens insula secus (litus) protenditur, Martis (insula) dicta . . . . A Cotyoro usque ad proximam Polemonium prius habitabant Tibareni, gens ejusdem regionis, qui risui modis omnibus stu-

. . . . Ἀμισὸς ἐν τῇ Λευκοσύρων [1]
γῇ κειμένη, τῶν Φωκαέων ἀποικία,
τέσσαρσι [2] πρότερον ἔτεσιν οἰκισθεῖσα τῆς
Ἡρακλείας, ἔλαβεν Ἰωνικὴν κτίσιν.
Κατὰ δὲ πόλιν ταύτην τῆς Ἀσίας σχεδὸν
στενότατος αὐχήν ἐστιν εἰς τὸν Ἰσσικὸν
κόλπον διήκων, τήν τ' Ἀλεξάνδρου πόλιν [3],
τῷ Μακεδόνι κτισθεῖσαν· ἡμερῶν δ' ὁδὸν
εἰς τὴν Κιλικίαν ἑπτὰ τῶν πασῶν ἔχει.
Τὸ τῆς Ἀσίας γὰρ λέγεται ἰσθμωδέστατον [4]
εἰς τὸν περὶ αὐτὸν ὄντα συνάγεσθαι μυχόν.
Ὁ δ' Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων
ἐκ τῆς Κιλικίας [πέντε ἡμερῶν ὁδὸν
εἰς Πόντον [5]]. [Ἔθνη δ' εἶχε][6] πεντεκαίδεκα

[1] Anon. in ms. Σελευκοσύρῳ, unde Huds. recepit Λευκοσύρῳ. — [2] Anon. τέσσαρσι γάρ. — [3] Sic Anon. sed text. Rickian. Ἀλεξανδρούπολιν. — [4] Anon. ἰσθμωδ. Mox ille ὁ δὲ Ἡρόδ. — [5] Hæc, πέντε.... εἰς Πόντον, de suo dedit Holst. ex Herod. 1, 72, fin. Ex Holsten. Huds. recepit in textum Anonymi. G. — [6] Etiam ex Holsten. hæc ἔθνη δ' εἶχε, quæ Huds. in Anon. textum inseruit, sed scribendo: πεντεκ. [ἔθνη ἔχει] κ. χ. G.

debant, felicitatem eam putantes maximam . . . . (Deinde) Amisus, in Leucosyrorum regione jacens, Phocæensium colonia; quadriennio ante Heracliam condita, ionicam originem accepit. Juxta hanc urbem fere, arctissimum est Asiæ collum, in Issicum sinum pertingens, et Alexandri (versus) civitatem, a Macedone (Alexandro) conditam. (Hoc collum) autem iter septem omnino dierum continet, ut in Ciliciam deveniatur. Asiæ enim hæc pars isthmo simillima coarctari dicitur, in sinum (desinens), qui hoc collum adluit. Herodotus vero errore laborare videtur, dicendo ex Cilicia [quinque dierum iter esse ad Pontum]. [Gentes

ἡ χερρόνησος· ὧν τρία μὲν ἑλληνικὰ,
Αἰολικὸν, εἶτ' Ἰωνικὸν, καὶ Δωρικόν [1]·
τὰ λοιπὰ δὲ τῶν μιγάδων χωρία βάρβαρα.
Κίλικες μὲν οὖν, Λύκιοί τε, πρὸς τούτοις δὲ καὶ [2]
Μάκαρες, Μαριανδυνοί [3] τε παραθαλάσσιοι
οἰκοῦσι, Παφλαγόνες τε καὶ Παμφύλιοι·
Χάλυβες δὲ τὴν μεσόγειον [4], οἵ τε πλησίον
Καππάδοκες, οἵ τε νεμόμενοι τὴν Πισιδικὴν,
Λυδοί [5] τε, καὶ πρὸς τοῖσδε [6] Μυσοὶ καὶ Φρύγες.
Ἀλλ' ἡ Σινώπη ἐστ' ἐπώνυμος [7] μιᾶς
τῶν Ἀμαζόνων, ὧν πλησίον χώρ' ἦν ποτέ·
ἣν τὸ πρὶν ᾤκουν εὐγενεῖς ὄντες Σύροι·
μετὰ ταῦτα δ', ὡς λέγουσιν, Ἑλλήνων ὅσοι
ἐπ' Ἀμαζόνων διέβησαν, Αὐτόλυκός τε καὶ

[1] Anon. Αἰολικῶν, εἶτ' Ἰωνικῶν, καὶ Δωρικῶν. — [2] Anon. καὶ πρὸς τούτοις Μάκ. — [3] Anon. Μαριανδυνοί. — [4] Anon. μεσόγαιαν. — [5] Anon. Λύδιοι. — [6] Sic Anon. Sed rickian. text. τοῖς δέ. Ceterum hæc a vs. 181 ad 203, sumuntur ex Anon. p. 9 et 10, Huds. G. — [7] Sic Holsten. sed Anon. Σιν. δὲ ἐπ. ἐστὶ μ. Et mox : . . . . χωρίον ἦν ποτὲ μὲν τὸ πρὶν ᾤκουν. . . . G.

autem] quindecim [habuit] hæc peninsula ; quarum tres græcanicæ (sunt), Æolica, deinde Ionica atque Dorica : at ceteræ provinciæ sunt mixtorum barbarorum. Cilices quidem, et Lycii; præter illos autem, Macares et Maryandeni, ad mare (omnes hucusque) habitant: Chalybes vero mediterraneam (regionem tenent), et (illis) proximi Cappadoces, et ii qui Pisidicam incolunt , Lydique , et præter illos Mysi Phrygesque. Sinope autem est cognominis uni Amazonum, quarum regio vicina olim erat : hanc (urbem) prius habitarunt Syri nobiles ; deinde vero, ut aiunt, Græcorum quotquot in Amazonas (debellandas) transierunt,

συν Δηλέωντι Φλόγιως [1], ὄντες Θετ͂ταλοί.
ἔπειτα δὲ Ἀμβρῶν τῷ γένει Μιλήσιος·
ὑπὸ Κιμερίων [2] οὗτος ἀναιρεῖσθαι δοκεῖ.
Μετὰ Κιμερίους Κῶος, πάλιν δὲ Κρητίνης,
οἱ γενόμενοι φυγάδες τῶν Μιλησίων.
Οὗτοι συνοικίζουσιν αὐτὴν, ἡνίκα
ὁ Κιμερίων στρατὸς κατέδραμε τὴν Ἀσίαν [3].
. . . . ὧν δὴ τόπων
ἄρξαι Φινέα τοῦ Τυρίου Φοίνικος· ὕστέροις
χρόνοις κατελθεῖν ἐξ Ἰωνίας στόλον
Μιλησίων, καὶ κτίσαι ταύτας τὰς [4] πόλεις·
ἃς εἰς Ἄμαστριν ὕστερον συνήγαγεν,
ἐπὶ τὸν τόπον κτίσασ᾽ ὁμώνυμον πόλιν
Ἄμαστρις· Ὀξάθρα [5] μὲν ἱστορουμένη

[1] Anon. Συνδηλεὼν καὶ Φλόγιος. Vide ibi adnot. Supr. in ms. ἐξ Ἀμαζ. Mox δὲ deest ap. Anon. — [2] Anon. Κιμμερ. duplici μ, sic et mox. — [3] Ex Anon. p. 8, Huds. — [4] Fors. τέσσαρας πόλεις. *Huds.* (ad Anon. p. 5). — [5] Anon. Ἀμάστριδος, ἡ Ὀξυάθρου.

Autolycusque, et cum Deleonte, Phlogius, (ex origine) Thessali: deinde autem Ambron, genere Milesius, (colonia Sinopen auxit); a Cimmeriis ille interemtus dicitur. Post Cimmerios Coüs, et iterum Critines, qui exsules a Milesiis expulsi fuerant. Hanc (Sinopen) condiderunt, quum Cimmeriorum turba Asiam vastaret. . . . His in locis (i. e. Amastri) imperasse (aiunt) Phinea, Tyrii Phœnicis (filium); postremis temporibus (huc) adpulisse ex Ionia Milesiorum classem, et condidisse has urbes (Sesamum, Cytorum, Cromnam et Teïum), quas in Amastrim serius commiscuit, in hoc loco civitatem sibi cognominem condendo, Amastris (regina); quæ Oxathræ Persici filia fuit, ut sermo

θυγάτηρ ὑπάρχουσ', ὡς λόγος, τοῦ Περσικοῦ,
τοῦ δ' Ἡρακλείας Διονυσίου γενομένη
γυνὴ τυράννου [1] . . . .
. . . . ὁ Παρθένιος [2]
πλωτὸς καταφέρων ῥεῖθρον ἡσυχώτατον.
. . . . ἐν αὐτῷ δὴ [3] λόγος
Ἀρτέμιδος εἶναι λουτρὸν ἐπιφανέστατον [4].
. . . . Ἡράκλεια, Βοιωτῶν κτίσις
καὶ Μεγαρέων· ἐντὸς δὲ ταύτην Κυανέων [5]
κτίζουσιν ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος,
καθ' οὓς χρόνους ἐκράτησε Κῦρος Μηδίας [6].
. . . . ὁ Σαγγάριος
ἐκ τῆς ὑπὲρ Θύνων [7] τε καὶ τῆς Φρυγίας
φερόμενος, ἔξεισι διὰ τῆς Θυνίας [8].

[1] Ex Anon. p. 5, 6. — [2] Sic Anon. Sed Rickian. text. Παρθένης, mendose. G. — [3] Anon. δέ. — [4] Ex Anon. p. 5, Huds. — [5] Sic Huds. et Holsten. Sed Anonym. ms. ἐντὸς δὲ ταύτης Κυανέων. G. — [6] Ex Anon. pag. 4, init. — [7] Sic Holsten. et Huds. Sed Anon. ms. οὗτος ὁ ποταμὸς (i. e. Sangarius) ἐκ τῆς ὑπερθίνου δὲ καί. G. — [8] Anon. Θυνιάδος, p. 3, med. ed. Huds. G.

est, et uxor Dionysii heracleensis tyranni. . . . . (Post Psilidem fluvium) Parthenius, navium capax, cujus delabitur placidissimum fluentum. In illo aiunt Artemidis (i. e. Dianæ) lavacrum esse celeberrimum... (Deinde post Lycum ad orientem) Heraclia, Bœotorum colonia et Megarensium : hanc intra Cyaneas condunt (coloni) ex Græcia profecti, iis temporibus, quibus regnum Mediæ tenuit Cyrus. . . . (Post Chelas civitatem ad orient.) Sangarius (fl.) ex regione delapsus, quæ super Thynos et Phrygiam (in mediterraneis jacet), per Thyniam (in mare) sese exonerat.

ADNOTATIONES

IN SCYMNUM CHIUM.

Σκύμνου . . . περιήγησις] De vi vocis περιήγησις cf. Hemsterhus. ad Lucian. t. II, pag. 501, Bip. (t. I, pag. 412, ed. Reitz.), et Creuzerum in *Hist. gr. Fragm.* p. 19.

Vs. 1. Ἀναγκαιότατον] Cod. Palat. ἀναγκαιότατος. *Hœschelius.* (Perperam et nullo sensu. *Huds.*)

Vs. 2. Θειότατε] In regia dignitate summum fastigium et divinitati proximum collocatum; regesque DEO orti ac ejus alumni habiti, imo et dii vocati, ac ceu dii culti. Pindar. Olymp. 1, epod. ult. Callimach. Hymno in Jovem, vs. 80. Homerus Hymno in Apoll. et Hesiod. Θεογον. v. 96. Homer. Iliad. α. vs. 179. et Hesiod. Θεογον. vs. 82. Homeri Odyss. Δ', vs. 621. Tzetzes Chiliad. 1, Hist. 19. Sic et Chiliad. 5, Hist. 1. Diodor. l. 1, pag. 82 (cap. 90). *Vindingius.*

Vs. eod. Νικομήδης] Prusiæ filius, Nicomedis urbis Nicomediæ conditoris nepos, rex Bithyniæ. Patrem Prusiam armis superatum, cum in templum Jovis confugisset, necavit, regnumque Bithyniæ nefaria cæde acquisitum suscepit. Diodor. Sicul. l. XXXII, eclog. 4. Appian. Mithridat. pag. 173, 174, 175. Postea regno a Mithridate pulsus, Romanorum armis restitutus fuit. Appian. Mithrid. pag. 183. seq. Tandem anno U. C. DCLXXX, olympiad. CLXXVI, 4, moriens populo rom. Bithyniam testamento reliquit. Breviar. Flori l. XCIII. Appian. Mithrid. p. 218. Eutrop. l. VI. Valde senem oportet mortuum fuisse: nam anno U. C. 587 (ut Petavio placet: sequentem ponit Funcius), senatui romano a patre commendatus, Romæque alendus relictus fuit. Livius, l. XLV, fin. Intervallum est annorum XCIII. *Vindingius.*

Vs. 3. Καὶ βραχέως] Cf. Dicæarchi vs. 10, et iterum nostrum vs. 15.

Vs. 4. Ψυχαγωγεῖν] Hic habet peculiare τὸ ψυχαγωγεῖν, quod active regat πάντα χρηστὸν, dum hujusmodi verba *subjectum* in se complectentia, ut ταυροσφαγοῦντες *(a)*, ταυροκτονοῦντας *(b)*,

(a) Æschyl. Sept. Theb. 43. *(b) Ibid.* 226, ed. Blomf.

θηρϐολοῦντα (a), ἱπποτροφῶν (b), συμφιλοκαλεῖν (c), nihil pone se active regant. Immo Lucianus (d) de Mercurio ait absolute ὅτι ψυχαγωγεῖ. Equidem apud Sophoclem reperio (e): καὶ μηλοσφαγεῖ θεοῖσιν ἐμμηνʼ ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις; et ap. Euripid. *Med.* 207: Θεοκλυτεῖ δʼ, ἄδικα παθοῦσα, Τὰν Ζηνὸς ὁρκίαν Θέμιν; et ap. Aristoph. *Plut.* 821: βουθυτεῖ ὗν καὶ τράγον. Similis fere redundantia mox cernitur in τοῖς θέλουσι φιλομαθεῖν vs. 10, ubi satis esset τοῖς θέλουσι μαθεῖν, vel τοῖς φιλομαθοῦσιν. Cf. Corayum ad Isocrat. t. II, p. 147.

Vs. 16. Ἔστι δʼ ἃ γράφω] Verum Morell., sequutus Hœsch., sic legit et distinguit: ἔστι δʼ ἃ γράφω τοιαῦτα τοῖς ἐν Περγάμῳ βασιλεῦσιν..., atque ad hunc modum interpretatur: *quæ porro scribo, paria sunt his regibus, qui Pergamum rexere. Hudson.*

Vs. 17. Τοῖς ἐν Περγάμῳ βασιλεῦσιν] Regum Pergamenorum genus, generisque seriem, et in principatu successionem, habes apud Strabonem, p. 623, 624. *Vindingius.*

Vs. 19. Τῶν Ἀττικῶν τις] Auctorem hunc fuisse Apollodorum Chronographum ostendit cl. Galeus, cap. VI Dissertationis de scriptoribus mythologicis. Constat etiam ex Strabone l. XIV, pag. 677, hunc ipsum Apollodorum Chronographiam edidisse versibus comicis, et terræ circuitionem inscripsisse. Vide Salmasii Exerc. plin. p. 495. *Huds.*

Vs. 20. Διογένους τοῦ Στωικοῦ] Diogenes hic stoicus ex Seleucia, Babylonius erat appellatus ob urbium vicinitatem, ut refert Diog. Laërt. lib. VI, firmatque Strabo l. XVI, p. 743. Auditor erat Chrysippi, ut est apud Ciceronem l. I de Divinat. Zenonis etiam Tarsensis in Stoa successor, qui Diogeni persuasit, ut philosophiæ se daret, teste Plutarcho de Virt. Alex. l. I. Cum Carneade et Critolao pro populo atheniensi nobilem Romæ legationem obibat, P. Scipione et M. Marcello consulibus, ut narrat Cicero l. IV Acad. Quæst., anno urbis DXCVIII, olymp. CLVI, 2. Vide Jonsium de Script. hist. phil. et Menagii Observat. ad. Laërt. *Huds.*

Cf. Cicer. *Fin. bon.* III, 10, et Schœll, *Hist. de la littér. gr.* 2.e éd. t. III, pag. 339, 340.

Vs. 23. Χρονογραφίαν] Videtur hæc *Chronographia*, quæ incipiebat a trojanis rebus, usque ad Dicæarchi ætatem perducta, et quæ 1040 annos complectebatur, quasi series fuisse mythicis rebus, quas continet *Bibliotheca.* Nam trojanum excidium attigerat Bibliothecæ auctor; cf. Schœll, *Hist. de la litt. gr.*

(a) Soph. *Philoct.* 166.

(b) Plutarch. *Discr. amic. et adul.* §. 10, vol. VII, p. 170, init. ed. Hutt.

(c) *Ibid.* §. 12, pag. 171, fin.

(d) *Dial. Deor.* p. 199, ed. Amstel. t. I, pag. 224, ed. Reitz.

(e) *Electr.* 274, 275, ed. Erf.

vol. V, p. 39. Sic recte hanc *Chronographiam* catalogo Apollodori operum adscripsit Fabricius *Bibl. gr.* lib. III, c. 27, t. IV, p. 298, 299, Harless.; cf. et lib. IV, c. 2, t. III, p. 35 edit. vet.

Vs. 35. Εὐμνημόνευτον] Cf. Dicæarch. vs. 19.

Vs. 36. Τὸ δ' ὅμοιον...] Morellus reddit : *Duxitque imaginem ex eo, quod est palam. Hudson.*

Vs. 37. θέλοι] Huds. male θέλει. De qua construct. conf. Matthiæ *Gramm. gr.* §. 523, 2.

Vs. 43. Ἐπιτρέχουσαν... χάριν] Hic videtur ἐπιτρέχ. esse *obviam, eminentem.* De qua voce cf. Stephani *Thesaur.* t. III, 1660, B. Adhibetur quoque in malam partem, ut in Athenæi hisce, p. 187, C : .. τὴν... ἐπιτρέχουσαν τῇ λέξει ἀρυθμίαν. Quæ male vertit Dalecampius sic : *inconcinna oratio subsultim ac inepte huc illuc excurrit*; sed rectius Schweigh. p. 224.

Vs. 44. Ὅταν ἱστορίαν λέξις] Ita cod. Casaub. et Vinding. Ὅταν ἱστορία καὶ λέξεις edidit Hœschelius. In notulis autem λέξεις reponendum esse voluit. Sic Morellus interpretatur : *Perfecta namque tum venustas undique est, res quando concinnusque sermo nectitur. Hudson.*

Vs. 48. Ἀττάλῳ] Inscripsit Chronica hæc Attalo, qui ob fraternam benevolentiam, et amorem erga Eumenem, cognominatus est Φιλάδελφος. De quo vide cl. Galeum, Dissert. de script. mytholog. p. 45, &c. *Huds.*

Vs. 51. Μόνος] An hæc laus conveniat huic Nicomedi plane dubito. Parricidam fuisse supra diximus. *Vindingius.*

Vs. eod. Προσφέρεις] Ita Vindingius. Antea προσφέρει obtinebat, et sic locum interpretatus est Morellus : *Dum relatum esset mihi unum e regibus, uti benignitate solitum regia. Hudson.*

Vs. 59. Τὸν ἐν Διδύμοις] Τὸν Διδυμῆ malit Vossius ad Melam pag. 83. Apollo enim iste (inquit) a Didymis, non Διδυμαῖος tantum, sed et Διδυμεύς vocabatur : adeo ut Διδυμῆ per apocopen pro Διδυμῆα, uti sæpe poëtæ, scripserit auctor hic. — Δίδυμα οὐδετέρως τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, Steph. Byzant. Vide Curtium l. VII, et Strab. l. XIV, et Suid. v. Βραγχίδαι. *Huds.*

Laudat Hœschel. in not. Lucian. *de Astrol.* (§. 23, p. 370, Reitz.), et *Dialog. Deor.* (XVI, §. 1, p. 244). Conf. Strab. p. 941, A, Plin. V, 29, Paus. VII, 2, p. 525, Lucian. *Pseudom.* §. 29, p. 236, et ibi Solan.; Tzschuck. ad Mel. I, not. exeg. p. 477, 478; Mannert. l. l. VI, III, pag. 252.

Vs. 60. Θεμιστεύοντα] Vox *imperantem* et *vaticinantem* significat. Vide Suidam v. θεμιστεύειν. *Huds.*

Vs. eod. Μουσηγέτην] Hoc titulo insignitur apud Orpheum,

Hymn. in Apoll. vs. 6. Diodor. Sic l. I, p. 16. (cap. 18), Strab. l. x, p. 468 (pag. 717, B, Alm.). *Vindingius.*

Vs. 75. Ἰδιότητας] id est, quidquid singulare fluvii præbent. Similes *ἰδιότητας* fluviorum pollicetur pseudo-Plutarchus in libello, Περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων.

Vs. 76. Τῶν δύ' ἠπείρων] Europæ sc. et Asiæ; nam orbe universo in duas partes a veteribus diviso, unico Europæ vocabulo Africam et Europam comprehendebant. Hac de re vide Berkelium ad Steph. voc. Ἤπειρος. *Huds.*

Cf. Larcherium ad Herodot. *(a)* et doctiss. Longuevillium ad Isocrat. *Panegyr. (b)*, et quos laudat Friedemann. ad Strab. t. VIII, p. 311. Nunc fas sit mihi recedere a sententia clariss. Letronnii, judicantis respicere hanc divisionem orbis ad auctores Homeri imitatores. Cf. adnot. in Scylac. pag. 574, 575. Recte vidit vir doctus hanc opinionem propriam esse alexandrinis poëtis; sed adjicere debuisset illam ex alexandrina scientia astronomica originem ducere. Agathemerus quidem *(c)*: Διαιρεῖται δὲ ἡ ὅλη οἰκουμένη εἰς ἠπείρους τρεῖς, Ἀσίαν τε καὶ Λιβύην καὶ Εὐρώπην· . . . οἱ μέντοι παλαιοὶ τήν τε Λιβύην καὶ τὴν Εὐρώπην, ὥσπερ μίαν οὖσαν, συναμφοτέρας ἐκάλουν ἑνὶ καὶ μόνῳ τῆς Εὐρώπης ὀνόματι. . . . *Veteres tamen Africam et Europam, velut quæ una esset, utramque simul uno et solo Europæ vocabulo adpellabant.* Sed qui sunt inter veteres, apud quos similem opinionem reperias! Habemus Lucanum *(d)*, Sallustium in *Jugurtha (e)*, Lydum *de Ostentis (f)*, S. Augustinum *(g)*; et inprimis Ethicum Cosmographum, cujus verba sunt *(h)*: *Totum quod ab Oceano cingitur, tres partes esse dixerunt, Asiam, Europam, et Africam reputantes. Nam plurimi, qui* RES DIVINAS EVIDENTIUS AGNOVERUNT, *duas tantum partes accipiendas suadent, id est, Asiam et Europam tantummodo: Africam vero censent Europæ finibus deputandam.* Ait ille hanc opinionem esse eorum, qui *res divinas evidentius agnoverunt*. Liquet ibi respici ad physicam astronomiam, cujus auctores Alexandrini tantum fuere. *Res divinæ* hic sunt eodem sensu, ac τὰ θεῖα apud Strab. init., ubi ait ille geographiam scientiam esse philosophi τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντος. Mox sese ipsum explanat Strabo, commendans τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων. Eodem sensu Lucanus: . . . *at, si ventos cœlumque sequaris, pars erit*

(a) *Trad. d'Hérod.* t. II, p. 195, 2.ᵉ *ed.* not. 52.
(b) Pag. 212; Paris, 1817.
(c) Lib. II, cap. 2.
(d) Lib. IX, vs. 411.
(e) S. 17.
(f) Cap. 55, pag. 192, C, laud. apud Scylac. pag. 502.
(g) *De civit. Dei.* XVI, 17.
(h) Geograph. Nubiens.

Europæ (Libya). Neque ego effugere volui locum antiquioris Isocratis huncce *(a)* : τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης, δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δὲ Εὐρώπης καλουμένης... At hoc in loco Isocrates, non tam geographicam orbis totius divisionem accuratam, quam habitati Græcorum orbis, id est, *Persarum imperii*, et occidentalium regionum quasi summam referendam curavit. Hic pro nihilo Libyam duxit, aut si Libyæ curam habuit, illam *IN ASIA* inclusit, utpote in Persarum imperio. En habeo Aristidem t. II, p. 168, 169, Jebb., pro me luculenter locutum : Λιβύην δ' οὐδεὶς λόγος ἦν ὁ διαιρῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας τότε, ἀλλ' ἦν ἅπαντα μία ἤπειρος, ὡς Πέρσαις εἶναι. Minime ante Alexandrinos vera astronomia innotuerat, et ab Hipparcho manavit notitia *longitudinum* et *latitudinum*, et respicit procul dubio ad *longitudines* hæc orbis divisio, quæ Libyam in Europa includit; nam eadem fere est utriusque continentis latitudo, et uterque fere iisdem parallelismis terminatur, si Scythiam excipias. Herodotus ipse hunc parallelismum intellexerat, IV, 42 et 45. At minime veteres philosophi, et ipse Pythagoras, veram physicam colebant, sed inanem prorsus; quod testatur Xenophon in *Memorab. (b)* Οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως, ᾗπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι, διελέγετο (ὁ Σωκράτης), σκοπῶν ὅπως ὁ... κόσμος ἔχει, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται τῶν οὐρανίων. Cf. ibi adnott. et laudata hæc Themistii *(c)*: Τῶν γὰρ περὶ Σωκράτους σχεδόν τι ἁπάντων περὶ τοῦ οὐρανοῦ φροντιζόντων... οὗτος ταῦτα μὲν οὐκ ἐνόμιζεν εὑρετὰ εἶναι ἀνθρώπῳ... Ego igitur valde opinor errare Agathemerum, quum illam bipartitam divisionem *veterum* esse contendit; non semel crediderunt homines summam scientiam in præteriti temporis latebris perditam, aufugisse. Verba autem Cosmographi, *qui res divinas evidentius agnoverunt,* intelligo de astronomica scientia recentiori. Immo aperte ostendit Herodotus veteres non potuisse hanc astronomicam distinctionem statuere, quum, IV, 42, init., pro suæ ætatis doctrina dixerit : Μήκεϊ μὲν γὰρ παρ' ἀμφοτέρας παρήκει ἡ Εὐρώπη, *siquidem Europa longitudine præter utramque (Asiam et Libyam) extenditur.* Et mox iterum, IV, 45, init. de Europa : Μήκεϊ δὲ γινώσκεται παρ' ἀμφοτέρας παρήκουσα. Ergo nullo modo potuerunt veteres *Asiam*, ceu orientalem orbis partem, *Europæ Libyæque*, ceu orbis dimidiæ occidentali, obponere.

Hecatæum tandem huc adferam, Herodoto anteriorem,

(a) In *Panegyric.* §. 48, p. 64, ed. Longuevill.

(b) *Memorab.* I, 1, §. 11, ed. Schneid.

(c) Pag. 318.

qui Libyam Asiæ, potius quam Europæ, adscribit. De quo sic cl. Creuzer. in *Hist. gr. Fragm.* p. 38: *Asiam autem et Libyam hoc sensu dixit Hecatæus noster, ut totius terrarum orbis eam partem, quæ meridiem versus pateret, universe haberet Asiam, eandemque dissectam fingeret Nilo fluvio in binas regiones, quarum alteram, sub oriente sole sitam, rursus Asiam vocaret, angustiore vi vocabuli, alteram, quæ in occasum pertineret, Libyam. Qua de re nuper monuit J. H. Voss. in* DER WELTK. DER ALT. p. 19.

Fuit forsan tempus, quum Europa et Libya uno tenore jungerentur, et nondum invadentibus Atlantici maris fluctibus disruptæ essent maris mediterranei fauces juxta Columnas. De quo vide Melam 1, 5, §. 3, et ibi laudat. auctt. a Tzschuck. p. 135, 136. Vide doct. *Dureau-Delamalle* in *Géogr. phys....* p. 347, sqq. et dissert. nostr. in Hannon. pag. 75. Conjicere licet hujus rei memoriam ad Homerum et ad Homeristas pervenire potuisse; unde Europam cum Libya jungerent. Sed jungitur Asia cum Libya, et tamen ceu duo continentes distinguuntur vel apud homeristas. Aliis igitur argumentis opus esset, ut opinio tali Homero et veterrimis scriptoribus jure tribueretur; ad meam igitur interpretationem redeo. Respiciunt ad hanc astronomicam geographiam tabulæ illæ, quas Spohnius adnexuit ad calcem *Nicephori Blemmidæ*, Lips. 1818, sumtas ex mss. pluribus, sæc. X, XI, XII et XIV, exaratis: et concinit cum sententia nostra, explicatio, quæ secundæ tabulæ subjecta erat, et quam refert Spohnius, p. 43:

Europa ab occidente usque ad septentrionem;
Asia ad septentrionem per orientem usque ad meridiem;
Africa a meridie usque ad occidentem extenditur.

Vs. 79. Ὁμοεθνεῖς] Opponuntur τοῖς μιγάσιν, qui sequuntur vs. 81. Ὁμοεθνεῖς enim dicuntur, qui ex eadem gente et natione simul habitant; μιγάδες vero qui e diversis gentibus et nationibus commixtis easdem sedes habent. Suid. μιγάδες, τὸ ἐκ πολλῶν ἄθροισμα. Hesych. μιγάδες, τὸ ἐκ πολλῶν ἄθροισμα ξένων. Noster infra vs. 300. μιγάδας βαρβάρους. et Scyl. Caryand. p. 2 (p. 237). Ἀπὸ δ' Ἰβήρων ἔχονται Λίγυες καὶ Ἴβηρες μιγάδες. *Vind.*

Vs. 81. Τίνα μιγάδων] Sic Scylax §. 3, pag. 237, distinguit Iberos μιγάδας. Hujusmodi sunt Λιβυφοίνικες vs. 196. Hæc vox respicit ad gentes cum advenis mixtas.

Vs. eod. Νομαδικά] Gentes quædam dictæ sunt Nomadicæ, vel Nomades, a permutandis pabulis, ut inquit Plinius: vel

quod vagæ pecorum pabula sequuntur, ut vult Mela. Vide Diodorum Sic. lib. II. pag. 133; lib. III, p. 165; et p. 182. Dionys. περιήγ. vs. 186. *Huds.*

Vs. 83. Βαρβαρ.] De quo vid. ad Dic. not. 185, p. 202.

Vs. 85. Βίοις] De qua voce cf. supr. p. 164.

Vs. 87. Πρὸς Εὐρώπην] Quamvis poëtice illud stare potest, fors. conjiciendum πρὸς Εὐρώπῃ.

Vs. 89. Φερομένων] Sermo latinus admittit hanc locutionem: *urbium quæ in illis esse feruntur.* De græco dubito. *Vinding.*

Fors. ἐχομένων, id est, *urbium sese excipientium.* Spiritus lenis emissio auribus librarii cujusdam, τῶ φ sonum imitari potuit; inde φερομένων. Cf. ad Stadiasm. §. 84. Similem mutationem suspicatus sum ad Dicæarch. vs. 72.

Vs. 92. Οἷς] ἧς in cod. Pal. Quod si placet, respiciet διέξοδον et περίοδον, et conjungetur cum κατακούσας, nam προσθήσεται exigit tertium casum. *Vind.*

Vs. 93. ὠφελ. ἅπασιν εὐχε.] Vid. Hœsch. in var. lectt. G. Videtur: ὠφ. ἄπεισιν..., allusum ad illud Homericarum Sirenum *Odyss.* (XII, 188): ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται, καὶ πλείονα εἰδώς. Cic. V, *de Fin.*: *Post variis avido satiatus pectore musis, Doctior ad patrias lapsus pervenerit oras. Morell.*

Hœschelii lectionem in interpretando secutus sum. G.

Vs. 94. Εἰ μήθ' ἕτερα] Sic lego, ut versus et sensus constet, pro εἰ μήθ' ἑτέρως φασίν, ut edidit Hœschelius, aut pro εἰ μήθ' ἕτερ' ὡς &c..., quod exstat in margine. *Vind.*

Vs. 100. Ἐπὶ τῆς ἰδίας] Sic lego ex margine pro ἐπὶ τοῖς ἰδίοις δὲ καταμένων, quæ sensum nullum habent. *Vind.*

Ἐπὶ τοῖς ἰδίοις δέ... versioni Morelli magis convenit: *at ædibus residens suis feliciter... Huds.*

Vs. 105. Ἕξει διαδόχους] Interpretatur Morellus: *Vigiles habebit famæ honestæ nuntios. Huds.*

Vs. 114. Ἐρατοσθένει] Eratosthenis Geographica passim citat Strabo, Plinius, aliique. Geographiæ librum tertium laudat Apollonii schol. ad lib. IV, vs. 259, et alibi. Vide Voss. *de Hist. græc.* et Harduin. ad indicem auctor. Plinian. *Huds.*

Cf. Eratosthenis *Fragmenta* ed. Seidel. Gött. 1789; et iterum a God. *Bernhardy*, Berol. 1822; et Fabricii Biblioth. græc. lib. III, c. 18, §. 14.

De geographia generali, recurrit noster ad Eratosthenem, quamvis anno circiter 150 ante Chr., Hipparchus meliorem et accuratiorem doctrinam instituisset. De quo adi cl. Gossellini *Recherches sur la géogr.* &c., tom. I, p. 1-4. Jam vidit

vir summus ægre in usum geographorum venisse supellectilem ab Hipparcho excogitatam (cf. Gossell. l. c. p. 4.); et illud etiam testatur, quod noster ad Eratosthenem etiamnum recurrat anno circiter 80 ante Chr., imo et Strabo Eratosthenis doctrinam contra Hipparchum defendere passim conetur.

Vs. 115. Ἐφόρῳ] Ephorum laudat noster, auctorem diligentissimum, ex quo origines urbium, κτίσεις, sumserit. Pariter Strabo (p. 713, A.): .... κάλλιστα δ' Ἔφορον ἐξηγεῖσθαι περὶ κτίσεων, συγγενειῶν, μεταναστάσεων, ἀρχηγετῶν. Adi Ephori *Fragm.* ed. Marxio. Cf. Casaub. ad Strab. p. 3, Almel. Ceterum noster iterum laudat Ephorum vss. 470, 545, et in *Fragm.* vss. 103, 130, 142.

Vs. 116. Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ] Διονύσιος ὁ τὰς κτίσεις συγγράψας, celebratur a Strabone, lib. XII, pag. 566 (p. 849, A, Almel.), et a Suida in v. Περιξιδίκη, et v. Τελμισεῖς. Primum κτίσεως (rectius κτίσεων) memorat Schol. in Apollonii lib. IV (vs. 264); immo primi et quinti ejusdem meminit Harpocrat. in v. Ἡραῖον τεῖχος et v. Ἡφαιστία. Vide Voss. de Hist. gr. *Hudson.*

Vs. 117. Δημητρίῳ τε Καλατιανῷ] Ita apud Strab. pag. 60 (p. 104, Alm.); aliis Καλαντιανὸς et Καλλατιανὸς dicitur. Non dubito tamen quin Καλατιανὸς vera sit scriptura, ab urbe Thraciæ Calati (ut ait Vinding.) Milesiorum colonia. Vide Steph. v. Κάλατις. Voss. de Hist. gr. et Menagium ad Diog. Laërt. l. 1, §. 38. *Huds.*

Cf. Menag. l. cit. pag. 22. Iterum laudatur hic Demetrius vs. 718, et in *Fragm.* vs. 49 et 140.

Vs. 118. Σικελῷ Κλέωνι] Forsan ὁ τῷ περὶ Λιμένων, cujus meminit Stephanus Byzant. v. Ἀσπίς. Scripsit et Ἀργοναυτικῶν libros, ut constat ex Scholiaste ad Apollonium pag. 28, ed. Steph. (ad lib. 1, vs. 587). Vide Voss. de Hist. gr. *Hudson.*

Vs. eod. Τιμοσθένει] Adi Voss. de Hist. gr. lib. 1, c. 17, et Harduinum ad indicem auctor. Plin. *Hudson.*

De Timosthene vid. præsertim Marcian. Heracl. p. 95, ed. Hœsch., p. 63, 64, ed. Huds.

Vs. 124. Καλλι-] Καλλισθένη dubio procul scriptum fuit. *Vind.* De hoc fuse Voss. in Hist. gr. (p. 40-42). *Huds.*

Vs. 125. Vulgo καὶ λίαν] Si hoc modo legamus, Timæum per gentile Σικελὸν recte intelligit Vinding. Mallem tamen Καλλίαν, si constaret Calliam Siculum fuisse Tauromenitam. *Huds.*

Credo legendum Καλλίαν; immo in linea superiori τὸ Καλλι haberi potest pro superscripta emendatione. Quis autem sit hic Callias, incertum. Meminit Calliæ cujusdam Diodorus

Eclog. pag. 492, fin., et *Excerpt.* pag. 561, ed. Wesseling., sed *Syracusani*, dum Scymnus suum ait esse ex Tauromenio. Forsan unus et idem est Callias utriusque; forsan alteruter fallitur de patria historici scriptoris.

Vs. 131. Ἵστωρ] *Inquirendi* sensum vox illa refert, qualem τὸ ἱστορίης Herodot. init. Cf. ibi Wessel., et Schneid. lex. v. ἵστωρ.

Vs. 132. Τῶν τε περὶ τὸν Ἀδρίαν, καὶ τῶν κατὰ τὸν Ἰόνιον] Distinguit noster Adriaticum sinum ab Ionio; Adriaticum nempe, sinus partem interiorem; Ionium, partem ori propiorem, et meridiem versus sitam. De quo adi nostra ad Scylac. (not. 139, p. 373). Perperam ego conjeci Strabonem hæc ex suo ingenio sumsisse, quum jam illud Scymnus dicat, immo Polybius II, 14. Ceterum hanc nostram conjecturam de antiquitate hujus adpellationis ad totum mare pertinentis, tuetur *Raoul-Rochette, Hist. des colon.* t. II, p. 94. Etiamnunc ego censeo illud mare, *Adriaticum* Herodoto I, 163, dictum, et *Ionium* Hellanico coævo, totam amplitudinem sinus amplecti ex antiquissimis temporibus. In posterum pars intima sinus, parum Græcis perlustrata, *Ionii* maris nomen eo potius amisit, quod Adria urbs circa Padum opibus et commercio valde inclaruerit, et suum nomen huic mari *exclusorie* dederit. Quum veteres auctores tamen alteram adpellationem exhiberent, voluerunt recentiores utramque conciliare, dicendo intimam sinus partem esse *Adriaticum* mare, meridionalem esse *Ionium*. Sed illud ex conjectura dixerunt, potius quam historia freti. Scylax autem videtur Hellanici et Herodoti adpellationem duplicem conjungere, Scymnus se ad recentiorum normam componere. Si quis Hellanici ap. Dionys. auctoritatem elevare vellet, diceret ille Dionysium recentiori adpellatione Ἰόνιος, hanc maris partem indicasse, quam Hellanicus ipse Ἀδρίαν vocasset. Sed superest etiam scylacei peripli auctoritas, qui veterum opinionum vestigia procul dubio repræsentat, et Dionysii verbis vim addit. — Ceterum, quum occidentales orbis regiones minus Græcis cognitæ essent, præcipuam in illis peragrandis curam noster posuit, qui Adriaticum sinum, Tyrrheniam, Hispaniam forsan (καὶ πρὸς ἑσπέραν ὅρους), et Libyam Carthaginemque perlustraverit. Hujusmodi suam prædicat Strabo (p. 177, fin.) diligentiam in perlustrandis locis quamplurimis.

Vs. 135. Καὶ Καρχηδόνος] Ibi vocula καὶ partem præcedentium *præcipuam* designat; de quo cf. ad vs. 139.

Vs. 138. Ἀτλαντικῆς] De qua adpellatione totum mare externum continente, cf. Spohn. ad Niceph. Blemm. p. 22, 23.

Vs. 139. Σταδίων ρκ΄] Plinius lib. III, procem. : *Quindecim M. passuum in longitudinem, quas diximus, fauces Oceani patent; quinque M. in latitudinem, a vico Mellaria Hispaniæ ad promontorium Africæ Album, auctore Turranio Gracili juxta genito. T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minus, 7000 passuum : ubi vero plurimum 10000. Tam modico ore tam immensa æquorum vastitas panditur.* Cum autem 125 *passus, hoc est, pedes 625, efficiant stadium,* teste Plinio lib. II, cap. 23, 10000 passuum conficient tantum stadia 80, adeoque angustius, etiam ubi latissime patet; 40 stadiis hoc fretum erit ex dimensione Livii et Nepotis, quam noster prodidit. Et si vel maxime ex Herodot. lib. II, p. 148, ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαι σταδίων ἑξάπλεθρον dicantur conficere, tamen parum supra 83 stadia ex 10000 pass. confient. *Vinding.*

Scylax pag. 236, init., unius diei itinere distare Columnas ait, et ad h. l. notavimus hoc intervallum esse Agathemero 80 stadiorum, *qua angustissimum est,* et Procopio 84. Immo ait Avienus *Or. marit.* vs. 372, hoc fretum esse, auctore Damaste, 7 stadiorum; et apud Scylacem *tantum patere, quantus æstus Bosphoro est,* id est, 7 stadiis, quod aliunde quam a Periplo Scylaceo nostro sumsit Avienus. Freto 3 millia, id est, 24 stadia, tribuit Dæmon apud Avien. l. c. 341, Euctemon 30, ap. Avien. l. c. vs. 350; Turranius Gracilis (ap. Plin. III, procem.) 5 millia, id est, 40 circiter stadia; Strabo (p. 1183, C) 60 stadia. Scribit Plinius, Vindingio supra laudatus, hoc fretum, *ubi plurimum est,* patere 10000 passibus, qui respondent 80 stadiis. Totidem numerat Marcianus p. 5, ed. Huds. En vero Scymnus, ab omnibus discrepans, stadia 120 exhibet. Sed minime diversa stadia apud nostrum intelligenda sunt, neque auctor erroris arguendus; nimirum de variis freti locis res agitur. Jam notavimus *(a)*, præeunte cl. Gossellino, os maris mediterranei ex veterum sententia collocandum esse inter ipsissimas Columnas, et Columnas collocandas in promontoriis *Calpe* et *Abyla.* Illuc respicit Scylax dicendo *(b)* : Ἡρακλεία στήλη, ἐν Λιβύῃ ἄκρα. Mox enim plura loca in freti litore disponit, antequam ad prom. *Soloëntem* deveniat, quod aperte habendum est pro hod. prom. *Spartel (c).* Concinit cum Scylace Herodotus *(d).* Alias recentiorum geographorum opiniones uberius exprimit præter Strabonem Marcianus *(e)*, et novam

(a) Adnot. in Hann. *Peripl.* pag. 125.
(b) Pag. 318.
(c) Cf. not. 12, in Hann. p. 125, 126.
(d) Cf. not. in Hann. loc. cit.
(e) *Peripl.* pag. 36, Huds.

geographiam adfert. Ait ille se initium Peripli ducere, ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ, *ab Herculeo freto*, nec vero, ut veteres, *a Columnis.* Nimirum non poterat Marcianus a Columnis incipere, quum *insulas* esse dicat, præeunte Euctemone apud Avien. *Or. marit.* 353, et insulas illas *extra fretum* collocet. Sic ille : Διεκπλεύσαντι δὲ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν, καὶ τὸν ναὸν τῆς Ἥρας [hod. *Trafalgar (a)*], . . . ἐκδέχεται μὲν ὁ Ὠκεανός. . . . Πρώτη δὲ ἡ νῆσος ἐν δεξιᾷ τὰ Γάδειρα κειμένη τυγχάνει, ἔνθα τὰς Ἡρακλείους στήλας εἶναι συνέστηκεν. Proxime adjicit Marcianus, *esse quosdam, qui juxta Calpen montem, positas esse Columnas contendant*, ἐνδοτέρω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν, id est, *intus angustias Herculeas*, ἔνδον, nec vero *intra angustias*, quod vulgo obscurius vertunt. Mox adjicit iterum Marc. *alios contra Columnas in insula Gadibus ponere*, οἱ δὲ τὰ Γάδειρα, τὴν νῆσον (τὰς στήλας εἶναί φασιν). Male hic Salmasius et Hudsonius emendant οἱ δὲ τά in οἱ δὲ κατά, et vertunt, *alii vero juxta Gades insulam*, dum sint ex Marciani mente Gades ipsissimæ Columnæ. Et tandem confitetur Marcianus, *plerosque* Columnas in Calpe collocare, et nihil obstare quin inde suum Iberiæ periplum ducere incipiat. Immo cum illo reponente fanum Junonis ad exitum occidentalem freti, concinit Mela *(b)*, plures urbes numerans in Europæ litore, *quæ usque ad Junonis promontorium oram freti occupant.* His conferenda Marciani verba : Διεκπλεύσαντι δὲ τὸν Ἡράκλ. πορθμὸν, καὶ τὸν ναὸν τῆς Ἥρας (οὗτος δὲ ἐν δεξιᾷ κατὰ τὸν ἔκπλουν τοῦ πορθμοῦ κεῖται). Inde liquet Marcianum collocare os freti ulterius ad occidentem, id est, juxta hod. *Trafalgar.* Neque ego possum non adsentiri viro cl. Gossellino de his luculenter disserenti in notis ad Strabon., *traduct. franç.* t. I, pag. 499, 500. Hæc autem eadem nunc est geographia Scymni, et quum sit latius ibi intervallum inter utrumque continentem, quam inter Calpen et Abylam, illud causa fuit, cur Scymnus διάρμα dixerit esse stadiorum 120. Apud Anton. *Itin.* sunt quidem 220 stadia a Belone ad Tingin *(c)*; sed obliqua est navigatio, et longior esse debet : hæc non infirmant numerum Scymni.

At quum de ipsissimis freti partibus inter Columnas, varii auctores inter se pro varia ætate discrepent, conjiciendum est cum doct. *Dureau de la Malle (d)*, os maris mediterranei

(a) Cf. Mannert. I, 300, fin. et Tzsch. *ad Mel.* II, not. exeg. pag. 557.

(b) Lib. II, VI, § . 9.

(c) Cf. Casaub. ad Strab. p. 205, Almel.

(d) In *Géographie physiq. de la Mer noire*, pag. 351, sqq. Cf. Gossell. ad Strab. t. V, pag. 457, n. 3.

magis ac magis vi fluctuum irrumpentium patuisse. Sic ille pag. 354 : *Nous voyons que ces mesures augmentent progressivement à mesure que ceux qui les ont prises se rapprochent de notre âge... Victor Vitense, né dans le cinquième siècle, trouvait déjà la largeur du détroit de 12 milles, et les Espagnols aujourd'hui comptent 14 milles de distance entre les points les plus rapprochés des deux côtés..... Pomponius Méla, qui avait visité souvent ces lieux, nous les peint d'une manière très-différente de ce qu'ils sont aujourd'hui, disant, III, c. 6, que le détroit est rempli d'une multitude de petites îles qui n'ont pas même de nom. Aujourd'hui ce bras de mer est tout-à-fait libre (a).*

Scymnus n'assigne à l'entrée du détroit du côté de l'Océan Atlantique, que 120 stades de largeur, ce qui, en prenant le plus grand stade, ne feroit que 11,320 toises; et il y a aujourd'hui entre le cap Spartel et le cap Trafalgar, 22,833 toises de distance (b).

Ceterum non liquet ubi fuerit *δίαρμα* 7 stadiorum, de quo Damastes et Scylax ap Avien.: illud esse potuit vel ad orientalem partem freti, vel juxta mediam partem, fere ubi hodie *Tarifa*. Euctemon ait suas Columnas esse *insulas*, 30 stadiis distantes, et ille concinit cum Marciano supra laudato; illorum autem fretum est ad occidentem juxta *Trafalgar*, sed intervallum 30 stad. non habendum est pro utriusque continentis distantia. Sin aliter, arctior foret numerus. Cf. nostra ad vs. 145. Turranius 5 millia (40 circiter stadia) a Mellaria ad prom. Album, id est, circa freti partem, ubi hod. *Tarifa*; nec video quomodo hic numerus sufficiat. Strabo respicit ad minimum freti spatium, qualecumque fuerit pro sua ætate, Scylax noster, Agathemerus, Marcianus, Procopius, sua 80 stadia collocant inter Calpen et Abylam. Scymnus autem circa *Trafalgar* suum *δίαρμα* ponit.

Vs. 141. Ἡ *μὲν* Λιβύης] De Columnis, et nominibus earum, tam græcis quam barbaris, vide Eustathium in Dionys. v. 64, et Salmas. *Exercit. Plin.* pag. 203. *Huds.*

Sed nihil commune habent hæc promontoria cum Columnis Herculeis, ex mente auctoris. Hæc Europæ *Acra* est *Trafalgar*; altera Libyæ respondet hod. *Spartel*, vel forsan prom. Hermæo Scylacis, paullo remotiori orientem versus *(c)*.

Ceterum suspectus mihi hic Scylacis locus (p. 321, fin.),

(a) Loc. cit. pag. 358.
(b) Loc. cit. pag. 353.
(c) Conf. Scylac. §. 111, pag. 319-321.

ubi *dies duo* numerantur a Columnis ad *Hermæum*, et *tres* ab Hermæo ad *Soloëntem*. Si propius est Columnis quam Soloënti, Hermæum, illud non obponi posse crederem promontorio Trafalgar. Conf. not. 10 in Hann. pag. 124, 125.

Vs. 143. Τριάκοντα σχεδὸν σταδίοις] Columnas Herculis navigatione diei inter se distare scribit Scylax Caryandensis, Περίπλου initio. *Vinding.* Navigationem autem unius diei a Græcis stadiis quingentis includi existimat Vossius ad Melam, pag. 241. *Huds.*

Haud intellexit Vindingius, non easdem esse *Columnas Herculeas* apud Scylacem et apud Scymnum. Scylax continentis ἄκρας innuit, *Calpen* et *Abylam*; Scymnus *insulas*. Nihil igitur vero repugnat, quod hæ duæ insulæ inter se distent 30 stadiis. Similia ait Euctemon apud Avien. *Or. marit.* 350, sqq. Cf. Marcian. p. 36, et nostra ad Scymn. vs. 139.

Vs. 145. Καλοῦνται... στῆλαι] Sic et Strabo lib. III, p. 170 (p. 258, C): Οἱ δὲ τὰς πλησίον ἑκατέρου (Calpes et Abylæ) νησῖδας, ὧν τὴν ἑτέραν Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσιν, Columnas Herculis dici putant. Marcian. lib. II, p. 36, conjungit τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν καὶ τὸν ναὸν τῆς Ἥρας. οὗτος δὲ, inquit, ἐν δεξιᾷ κατὰ τὸν ἔκπλουν τοῦ πορθμοῦ κεῖται. An ναὸς Ἥρας sit νῆσος Ἥρας, quæritur. Strabo (p. 260, B): Ἐπιφανέστατοι δὲ οἱ πορθμοὶ, καὶ τὰ ἐπικείμενα ὄρη, καὶ αἱ νησῖδες, πρὸς τὸ ἀποδηλοῦν ἐσχατιάς τε καὶ ἀρχὰς τόπων. *Vind.*

Cf. not. ad vs. 139. Ceterum, quum quærit Vindingius an ναὸς Ἥρας sit idem ac νῆσος Ἥρας ap. Strabonem, fallitur prorsus. Nam aperte in continenti Europæ insidet fanum Junonis; quod testatur Mela *(a)*, qui litora freti secutus, urbes numerat, *usque ad Junonis promontorium oram freti* (*occupantes*). Neque hæsitationi locum dabat Marcianus, mox ipse adjiciens:... (διεκπλεύσαντι) πρώτη δὲ ἡ νῆσος ἐν δεξιᾷ τὰ Γάδειρα κειμένη τυγχάνει, ἔνθα τὰς Ἡρ. στήλ. εἶναι συνέστηκεν. Non distincte laudasset *fanum Junonis*, et *insulam Gades*, ubi Herc. Columnæ, si insulam et fanum eadem esse intellexisset.

Vs. 149. Ἄκραν τὴν κατ' ἀντικρύ] Illud est, *promontorium obversum huic insulæ*, sive *Europæ litus vicinum huic insulæ*, quæ sita erat juxta europæam urbem Mænacen.

Vs. 150. Πρὸς ἥλιον δύνοντα] Verius *septentrionem versus*, quam ad occidentem.

Vs. eod. Πλοῦς ἐσθ' ἡμέρας Interpolator apud Scylacem *(b)*, sic: Τούτων (insularum Gadium) ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν

(a) II, VI, §. 9, Tzschuck. (b) §. 2, pag. 236.

ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν. Illud mire ostendit me non vane interpolationem apud Scylac. init. subodoratum fuisse*(a)*. Nempe vidimus *(b)* Scymnum Columnas collocare juxta hod. *Trafalgar*, et Scylacis Columnas esse juxta hod. *Tanger* et *Ceuta*. Ergo, minime convenit scylaceæ geographiæ intervallum unius diei, quod interpolator recentius, et ex recentioribus opinionibus, inseruit. Plus quam unius diei iter numerasset Scylax, qui *dies quinque* freti longitudini tribuit.

Vs. 152. Ἐρύθεια] Stephanus voc. Ἀφροδισιάς, hanc insulam collocat inter Iberiam et Gades: optimeque cum nostro (ut inquit Berkelius) a Gadibus diversam statuit, quam alii pessime ob vicinitatem cum Gadibus confundunt. Salmasius etiam ad Solinum pag. 201, pluribus adstruit, sitam fuisse inter ostia Bætis et Gades. Vossius existimat, aut nullam fuisse Erythiam insulam, aut vera esse quæ de hac Aristoteles in Mirabilibus scripsit, nempe Erythiam fuisse in Epiro. Vide Observat. ad Melam. lib. I, cap. 6. Vossii sententiæ favet Scylax, qui Erythiam in Illyriis ponit, p. 10, ed. Oxon. Valesius in not. ad Amm. Marcell. XV, 9 (p. 97), asserit Gadis insulam esse Erythiam, « nomine ipso originem suam indicante; quoniam Tyrii Gaditanorum generis auctores, ex locis Erythræo mari proximis profecti esse dicuntur. » *Huds.*

Quæ insula, laudata Hesiodo *Theog.* vs. 290 et 983, Plinio IV, 22, Festo Avieno *Or. marit.* v. 309 et 314, Straboni que p. 221 et 257, fin., ed. Almel. De quo cf. adnot. in Scylac. p. 332. Meminit quoque Erythiæ Herodotus in loco interpretibus haud satis intellecto IV, 8: .... Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακλείων στηλέων ΕΠΙ ΤΩ ΩΚΕΑΝΩ. Vertunt omnes *in Oceano*, et mendosum judicant τὸ ἐπί Valcken., Wessel., Larcherius *(c)*; sed significat ἐπὶ τ. Ὠ., *in aditu Oceani*. Conf. not. 426 ad Scylac., et *Add.* pag. 564, 565. Hic locus Herodoti, vim addit iis quæ statuere tentaveram. Ceterum de vocis Ἐρύθεια etym. vid. Boch. *Geogr. sacr.* col. 613.

Vs. 153. Βοῶν ἀγέλας] Strabo, p. 257, fin. Alm.: Ἐρύθειαν, .. ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην μυθεύουσιν. Ostendit Bochartus *Geogr. sacr.* col. 612, 613, qua confusione boves Geryonis illuc ex Illyria transvehantur.

Vs. 156. Προσπαπερίους Αἰθίοπας] Erasmus Vindingius vertit: *ad occidentem Æthiopas habitatores habere dicunt illam* (*in-*

(a) Conf. not. 10 ad Scylac. p. 331, 332.
(b) Supr. ad vs. 139.
(c) Tacet Schweigh. in not. et vertit quoque *in Oceano*.

sulam). Sic tenerent occidentalem tantum insulæ partem Æthiopes; sed non ita. Totam Erythiam, ex nostri mente, habitant Æthiopes *Proshesperii*, vel *Hesperii;* de quibus vid. Strabon. XVII, 1183, B. Habet quidem Strabo alibi (III, C), de urbe Gadibus : κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν 257, ἡ πόλις. Sed liquet hæc respicere ad insulam *Gades;* et pariter ac noster, Strabo distinguit insulas *Gades* et Erythiam. Ceterum cf. Holsten. ad Stephan. pag. 118.

Vs. 158. Ταύτης σύνεγγυς] Uno stadio distantem tradit Strabo, p. 257, fin. : πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην.

Vs. 159. Τυρίων.... ἐμπόρων] Hæc fere Scylacis instar, dicentis, pag. 236 : ἀπὸ Ἡρακλ. στηλῶν.... ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων. De quo vide nostra, pag. 332 ad Scylac.

Vs. 161. Ὅπου μέγιστα... κήτη] Uberius Strabo III, p. 214, B, C.

Vs. eod. Ἡμερῶν δυοῖν] Fallitur procul dubio noster de locorum natura. Nam Strabo (pag. 256, C) collocat insulam Gades juxta ostia Bætis amnis, τῆς ἐκβολῆς τοῦ Βαίτιδος πλησίον. Sic et Stesichorus apud Strab. pag. 221, B, videtur Erythiam collocare fere ex adverso Bætis fluvii, quum de Geryonis armento dixerit :... διόπι γεννηθείη σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας, Ταρτησσοῦ ποταμοῦ (ejusdem ac Bætis) παρὰ πηγάς. Ergo non distabat hic fluvius ab Erythia, *dierum duorum itinere.* Ceterum in errorem hujusmodi delapsum Artemidorum reperimus (ap. Strab. pag. 221, C), quippe qui dixerit, sacrum promontorium *a Gadibus dierum ϛ navigatione distare.* Quem ibi increpat Strabo. Nimirum longum fuit, donec innotuerit apud Græcos horum litorum vera topographia.

Vs. 163. Ταρτησσός] Duplex veterum de Tartesso antiqua existit opinio. Quidam intra duo Bætis ostia, qui et Tartessus olim dicebatur, eam sitam esse memorant, eamque a Tyriis postea Gaddir appellatam : alii Cartejam ad Calpen eam esse existimarunt, quæ olim Tartessos dicta est. De Carteja loquitnr Scymnus, cum a Gadibus bidui navigatione Tartesson distare ait, confundens duas Tartessos, Cartejam et Gaddir. Nam κασσίτερος ille ποταμόρρυτος ad Tartessum Bæticam pertinet, cui stannum plurimum defert amnis Tartessus, sive Bætis, ex monte Argentario. *Salmas.* ad Solinum, pag. 202.

Quæ civitas a Phœnicibus condita fuerat; et illud causa fuit, cur noster supra vs. 146-8, urbem *Mænacen* dixerit τῶν ἑλληνίδων πόλεων ἁπασῶν ἐσχάτην θέσιν habere. Ceterum videtur

noster amnem urbi ὁμώνυμον innuere, quod respiceret ad veterem geographiam. Strabo, p. 221, B: Ἐοίκασιν δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν, Ταρτησσόν. Cf. ibi Casaub. Ceterum fallitur Salmasius dicendo *de Carteia loqui* Scymnum; procul dubio Tartessum *Bæticam* innuit. De dierum duorum supputatione, quæ Salmasium offendit, adi nostra ad vs. 161.

Vs. 164. Ποταμόῤῥυτον] Cf. Strab. pag. 216, B: καταφέρονται δ' οἱ ποταμοί...

Vs. eod. Ἐκ τῆς Κελτικῆς] Strab. p. 221, A, tradit hunc fluvium profluere ex monte, ὃ καλοῦσιν Ἀργυροῦν.... et mox: Πολύβιος... τοῦτον ἐκ τῆς Κελτιβηρίας ῥεῖν φησί.

Vs. 165. Χρυσόν τε καὶ χαλκόν] Cf. Strab. p. 216-221, Almel.

Vs. 166. Κελτική...] Hic nostri locus, ut recte vidit Marxius in *Ephor. fragm.* pag. 145, explanat Ephori verba ap. Strab. pag. 304, B, de Celtarum terminis occidentem versus. Ceterum liquet hic τὰ ἑσπέρια innuere *septentrionem versus* in Oceani litoribus. Nam Herodotus II, 33: οἱ δὲ Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακλήων στηλέων. Immo mox (vs. 195, sqq.) depingit noster Sardoi maris litora a Libyphœnicibus habitata.

Vs. 168. Ὅπερ μέγιστόν ἐστι] Quatuor orbis gentes maximas statuit noster. Earum prima Indi, sub quibus comprehendit quotquot habitant a mari Rubro usque ad mare Eoum ab occasu in ortum. Secunda Æthiopes, sub quibus complectitur quotquot inter mare Mediterraneum et Æthiopicum oceanum et mare Rubrum a septentrione in meridiem habitant. Tertia Celtæ, sub quibus comprehendit quotquot ab Indis et mari Mediterraneo usque ad oceanum Occidentalem habitant. Quarta Scythæ, quibus tribuit quicquid ab Indis et Celtis septentrionem versus terrarum est. Vide Strabonem lib. I, pag. 33; et lib. II, pag. 130 (ed. Cas.). *Vinding.*

Locum hunc auctoris nostri egregie illustrat fragmentum Ephori, a Jac. Gronovio nuperrime editum, quod proximo volumine, Deo volente, dabimus. *Huds.*

Non datur hoc fragmentum promissum. De quatuor magnis populis, quos numerat noster, vide nostra ad vs. 174. Ceterum huic *maximæ genti occidentali*, Celtis, respondent *Ligyes* in Hesiodi loco apud Strabonem *(a)*, ubi *Ligyum* mentionem fieri, præeunte doctiss. Maltebrunio, valde suspicor, nec vero *Libyum,* ut voluerunt et Clericus in *Hesiod. Fragm.* p. 336, ed. 1701, et Corayus, quum jam supra *Æthiopes* laudentur,

(a) VIII, p. 300 (p. 460, D.): vulg. Αἰθίοπάς τε Λίγυς τε ἰδὲ Σκύθας ἱππημολγούς.

et videatur auctor tres gentes maximas numerare, quæ orbem impleant, ea ætate ubi India Græcis etiam ignota erat. Quatuor Scymnus recentior adfert, *Celtas, Indos, Æthiopas, Scythas.* Celtarum nomen adfert pro Ligybus, quia verum totius gentis nomen recentior noster cognoverit, dum litorales fere tantum Celtæ, id. e., *Ligyes,* veteribus innotuerint. Cf. nostra ad vs. 203. Laudat quidem Apollodorus, I, 9, §. 24, Ligyas et Celtas conjunctim *(a)*, quorum regionem præternavigant Argonautæ in Adriatico mari; illud autem nomen, recentius cognitum, ad geographiam argonauticæ ætatis vere pertinet, sed argonautica ætate Græcis nondum innotuerat. De quo Apollodori loco vid. nostra ad Scylac. pag. 554, sqq.

Vs. 174. Θερινῶν... ἀνατολῶν] De dimensione longitudinis terræ secundum ortum et occasum scribit Strabo, lib. II, pag. 108. *Vinding.*

Vix per transennam Vindingius Strabonem legerat, quem non intellexit. Tantum abest, ut de dimensione terræ *secundum ortum et occ.* Strabo scripserit, ut contra sic illam fieri posse neget. Verum enimvero minime respicit ad hunc metiendæ terræ modum, a Polybio usurpatum, hæc mentio *δυσμῶν θερινῶν*, vel *θερινῶν ἀνατολῶν* apud Scymnum. Noster enim tantummodo quatuor ventis præcipuis utitur, ut habitatæ terræ magnas divisiones statuat. Sunt Scymni *δυσμαὶ θεριναί*, quod dicitur gallice *nord-ouest; θεριναὶ ἀνατολαί, nord-est; χειμεριναὶ ἀνατολαί, sud-est.* Illud respicit ad tempora Alexandro M. posteriora. Cf. cl. Gossellini *Rose des vents,* p. CIV, et tab. ibi adnexam in Strab. gallic. vers. tom. I, init. Ceterum, nisi quod noster diserte dixerit Celtas habitare occidentem versus *usque ad occasum æstivum (nord-ouest),* et (vs. 176) *ad occidentem æquinoctialem (ouest),* et quod Indos ad orientem produxerit, usque *ad æstivum orientem (nord-est)* et *hibernum (sud-est);* reliqua omnino respiciunt ad antiquam opinionem geographicam Ephori (ann. 352 ante Chr.) de qua Strabo *(b)*: Ἔφορος... φησὶν... τὸ πρὸς τὸν ἀπηλιώτην Ἰνδοὺς ἔχειν· πρὸς νότον δὲ Αἰθίοπας· πρὸς δύσιν δὲ Κελτούς· πρὸς Βοῤῥᾶν ἄνεμον Σκύθας. *Ephorus dicit orientales partes ab Indis teneri, meridionales ab Æthiopibus, occidentales a Celtis, septentrionales a Scythis.* Fuit divisio alia etiam antiquior et homerica, quam Strabo refert *(c)*: ... κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων

(a) Ibi Claverius Λιβύων malit; sed perperam.

(b) Pag. 59, A, ed. Almel.

(c) Pag. 58, A.

δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς Βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν, ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος·.... οὕτω τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, τὰ πρὸς Ὠκεανῷ. *Secundum priscorum Græcorum sententiam, sicut notæ versus septentrionem gentes uno prius nomine omnes Scythæ, vel Nomades, ut ab Homero, adpellabantur; ita, quæ ad Oceanum, meridiem versus sita sunt (loca), omnia Æthiopiæ adpellatione notata fuerunt.* Homerus enim mundum in *boream* tantum et *notum* dividit. Plura dedit Ephorus; plura etiam quam Ephorus, noster, qui orientem occidentemque *æstivum* et *hibernum* distinguit; sed post Scymnum plura Straboni suppetunt, pro suæ ætatis doctrina, et habet Geographus p. 58, A, de septentrionalibus occidentalibusque partibus : ὕστερον δὲ καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων, Κελτοὶ, καὶ Ἴβηρες, ἢ συμμίκτως Κελτίβηρες, καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθ' ἕκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν. *At postea temporis, cognitis regionibus occiduis, Celtæ, Iberes, aut mixto nomine* CELTIBERES, *et* CELTOSCYTHÆ *dici cœperunt, quum prius ob ignorationem singulæ gentes uno omnes nomine afficerentur.* Hi *Celtiberes* et *Celtoscythæ* Strabonis, apud Scymnum nondum reperiuntur; et posteriores illi respondent Germaniæ hodiernæ populis, quos noster communi Scytharum adpellatione adhuc confundit. Sic Indorum nomine Scymnus gentes omnes complectitur orientales; et non distinguit Asiæ partem borealem, quæ jacet ad orientem veteris Scythiæ et ad septentrionem Indiæ. Neque de his multo plura Strabo cognovit.

Vs. 181. Ἔνυγρα] Vox quidem mihi suspecta est, quam tamen mutare nolui; referoque eam ad τὸ Σκυθῶν, sicut ἄπορα ad τὸ Αἰθιόπων. Immensis fluminibus et lacubus abundare terras septentrionales norunt geographiæ periti. De solitudine Scythica scribunt auctores: Strab. XVI, p. 737, Plin. VI, 17. *Vind.*

Optima lectio ἔνυγρα Est Scythia apud Herodot. IV, 47, ποιώδης τε καὶ εὔυδρος. Sed Herodot. in bonam partem adhibet τὸ εὔυδρος; noster vero, explicando cur tot et tanta sint deserta in Scythia, dicit in malam partem permulta esse ἔνυγρα; id est, *humidiora loca.* Cf. Philostr. *Vit. Apoll.* VII, p. 353, C, ed. Paris. 1608 :.... (Scythiæ) οὐ ῥᾴδιοι ποταμοὶ ὑπερβῆναι.... Supra pro vulg. ἔμπορ', aut Vindingii ἄπορα, recepi optimam emend. Longuevillii mei, ἔμπυρ', quæ Æthiopum regioni διακεκαυμένῃ aptius convenit.

Vs. 182. Χρῶνται δὲ Κελτοὶ τοῖς ἔθεσιν ἑλληνικοῖς] Locus singularis prorsus. Est ne Celtarum origo communis cum Hel-

lenibus. In nostris ad vss. 203, 265 et 267, conjeci Iberes pro gente pelasgica haberi posse. Sed ægre illud de Celtis dixeris. Videntur Celtæ omnino diversa gens esse ab Iberibus, et alii alios e sedibus expulisse *(a)*. Quid ergo! in promtu Pelasgos habent viri docti, quibus Græcos veteres cum gentibus omnibus quibuslibet ex principio conjungant. At ego hanc similitudinem morum, quam prædicat Scymnus, aut non ita veram esse suspicor, aut saltem respicere ad ætatem recentiorem, et ad populos qui cum Græcis per colonias et commercia mixti fuerant. Nam Phocenses massilienses, et Pelasgi asiani cum Tyrrhenis mixti *(b)*, forsan his regionibus aliquid græcarum artium et morum adtulerant. Sic Strabo, pag. 271, D, depingit Massilienses vicinis mores avitos tradentes: παρέδοσαν τὰ πάτρια, ὥστε ἑλληνιστὶ θύειν. Sed non proficiscitur hæc similitudo a stirpe communi.

Vs. 188. Στήλη βόρειος... ὑψηλὴ πάνυ] Calpen intelligit, alteram Herculis columnam ad Europam sitam, adeoque borealem: cum, quæ ad Africam sita est, sit australis. Plinio lib. 1, c. 5, *Calpe mons prœaltus* dicitur. Ptolem. l. II, c. 4. Κάλπη ὄρος καὶ στήλη τῆς ἐντὸς θαλάσσης. *Vindingius.*

Graviter, ni fallor egomet, hallucinatur Vindingius. Hæc στήλη est Alpium tractus, quem βόρειον dicit latiore sensu. Jam Herodotus II, 33: Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος... Sic noster vs. 194: λέγουσι δ' αὐτόθεν τὸν Ἴστρον ἀρχὴν λαμβάνειν τοῦ ῥεύματος. Ægre crediderim cum viro doct. *Maltebrun (c)*, respondere Istrum Herodoti fluv. hod. *Save,* et fontes illius collocandos juxta montem *Terklou.* Sic mons ille foret hæc στήλη βόρειος Scymni. Disertius Danubium depinxit Herodotus, quam ut de alio illum loqui credamus. Hæc στήλη βόρειος nostri, confuse respondet *Alpibus,* immo et *Pyrenæis;* nam ἄκρα, *quæ in* κυματῶδες πέλαγος *pertingit*, videtur in oceanum Atlanticum descendere, potius quam respondere Alpibus maritimis in mediterraneum mare desinentibus. *Maltebrunius* sic l. c.: *Les peuples celtiques occupaient la chaîne des Alpes, et le nom de* PYRÉNÉES, *correspondant aux noms celtiques et germaniques* BRENNER *et* FIRMER, *était appliqué à tous les pics colossaux*... Cf. Hœlzlin. *ad Apoll. Rh.* IV, 286, p. 294.

Vs. 191. Λήγουσιν... ἔσχατοι] Redundantiæ genus, ut vs. 482, συνάπτουσιν... ἐχόμενοι.

(a) In not. tamen ad Scylac. pag. 554, fin., laudavi dissertationem quamdam, cujus auctor ex Celtica colonias et multa quæ ad mores pertinent, in Italiam et in Græciam deduxit.

(b) Cf. nostr. ad vs. 216.

(c) Histoire de la géographie, tom. I, pag. 51, 52.

Vs. 192. Κελτῶν... ἔσχατοι Ἐνετοί τε] Sic Celtas ἐσχάτους (id est, ultimos ad septentrionem et orientem) et Venetos quasi vicinos conjungit noster. Nimirum Celtarum gentem producit usque ad Danubium, et Venetos ad meridiem Danubii collocat, sed habitantes quoque ἐγγὺς τῆς στήλης. Τε respicit ad habitationem juxta Alpes, sequens καὶ ad habitationem meridiem versus et Adriaticum mare, ab Istro.

Vs. eod. Τῶν ὀπίς] Hic invertuntur verba, et pendet τῶν ab ὀπίς. Forsan malueris τῶν pendere ab ὄσοι, quod parum mihi adridet. Mox dativum Ἴστρῳ usurpatur pro ἀπὸ τοῦ Ἴστρου.

Vs. 196. Λιβυφοίνικες ἐκ Καρχηδόνος] Plinius, lib. IV, c. 4, Libyphœnices in Africa ponit, ut et Ptolemæus, lib. IV, c. 3, ὑπὸ τοὺς κατὰ τὴν Καρχηδονίαν, nec auctorem scio, qui eos in Hispania collocet. Carthaginienses tamen et Phœnices multas in Hispaniam colonias deduxisse constat ex Plinio, lib. III, c. 1, et Strabone, lib. XVII, p. 832. Inter colonias præcipua est Carthago nova, quæ Straboni, lib. III, pag. 158 (Cas. P. 238, C, Almel. G.) dicitur κτίσμα Ἀσδρούβα; Plinio, lib. III, c. 3, *Pœnorum opus.* Mela lib. II, c. 6 (§. 7, Tzsch. G.):... *Carthaginem, quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit. Vind.*

Λιβυφοίνικες sunt generatim mixti Phœnices et indigenæ Libyes. Non tantus erat Phœnicum ipsorum et Carthaginiensium numerus, ut per se ipsos colonias multas mitterent; nam potius artes et vitæ melioris normam Phœnices quocumque adtulerunt, quam colonorum turbam. Meminit Λιβυφοινίκων in re simili Hann. Peripl. init. Cf. ad vs. 81.

Vs. 197. Ἀποικίας λαβόντες...] Sic ex margine editionis Hœschelianæ hos tres versus legimus: suntque ita in cod. Palat. (teste Hœschelio), nisi quod illic pro ὡς λόγος sit ὁ λόγος, et ἐπάνω pro ἄνω. *Vindingius.* (Cf. var. lectt.)

Vs. eod. Ἑξῆς] Paullulum obscurum illud ἑξῆς. Dixit noster Libyphœnices litora Sardoi maris tenere; adjicit ille contiguos esse Tartessios. Nempe Interni maris litora, a freto fere ad Iberum fluvium usque, Libyphœnicibus tribuit, et ex freto, litora exteriora Tartessiis. Adjicit noster: εἶτ' Ἴβηρες... Quum autem supra Tartessios proxime laudaverit, forsan id causa foret, cur lector Iberes Tartessiis contiguos sibi nunc effingeret, eo magis quod Scylax, cum aliis, Iberes e Columnis incipientes depingat, §. 2, pag. 236. Sed non ita. Iberes ab Ibero amne tantum incipiunt: sin aliter, ubinam collocaremus Libyphœnices illos in ora maris Sardoi habitantes? Sic diversus noster a Scylace: Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι Ἴβηρες.

Vs. 200. Βέβρυκες] Bebryces esse populos Narbonensis provinciæ ex Dione Cocciano refert schol. Lycophr. ad vs. 516. Vide Stephanum in voce, et Berkelii notas in eundem; ut et Scaligeri Animadversiones in Eusebium, p. 58. *Huds.*

Respondent ferme Bebryces incolis Galliæ Narbonensis, et Pyrenæorum montium, quod colligitur ex locis a Berkelio citatis ad Steph. Sed obiter emendandus Lycophr. schol. *(a)*: εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Βέβρυκες, ἔθνος Γαλατῶν, μεταξὺ Πυρήνης καὶ Κεραυνίων ὀρῶν. Quid hic *Geraunii* montes? Immo in ms. uno deest ὀρῶν. Fors. melius Κερρητανῶν. Strab. p. 245, B: ἔχουσι δ' αὐτοὺς (Pyrenæorum sinus internos) Κερρητανοί... De quo uberius Cellarius in *Geogr. ant.* t. I, p. 98, ed. 1703, et Mannert. *Geogr.* I, p. 413.

Vs. 201. Λίγυες.. καὶ πόλεις ἑλληνίδ'.] Sic et Scylax Caryand. pag. 2 (p. 237. G.): ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ ἔχονται Λίγυες μέχρι Ἀντίου. Ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλις ἐστὶν ἑλληνὶς Μασσαλία. At Strabo, lib. IV, p. 178, et Mela, lib. II, cap. 5, et Plinius, lib. III, cap. 4, Massiliam in Narbonensi provincia collocant. Sic et Dionys. Περιηγ. vs. 74. Latius igitur nostro et Scylaci patet Liguria, quam cæteris. *Vindingius.*

Cf. mox nostra ad vs. 203.

Vs. 203. Λίγυες.... καὶ π. ἑλλ.... Ἐμπόριον] Hic aliquid obscuri apud nostrum, de quo non satis curam habuit supra Vindingius. Videtur Scymnus Emporium collocare in Ligyum regione, dicendo: ἔπειτα... Λίγυες, καὶ... Ἐμπόριον, et ita intellexit Vindingius. Solet enim hæc forma dicendi, et usus talis copulæ καί, apud geographos de iisdem locis adhiberi *(b)*. Sed nunc aliter; et postquam Ligyas laudavit noster, occupantes litus regionis a Bebrycibus in mediterraneis habitatæ, id est, Galliæ hodiernæ partem maritimam et meridionalem, redit ille ad Iberiæ litora, et Emporii meminit, quam vere in Iberia collocat. Nam mox addit Scymnus (v. 206, sqq.) Phocenses in Iberiam venientes, ibi *Agathen* et *Rhodanusiam* condidisse. Mox Massaliam in *Liguria* collocat, sed primam urbem Liguriæ. Sic post annum 600 ante Chr., sed nescio quando, Iberia usque ad Rhodanum amnem pertingebat, et inde Ligyes incipiebant. Scylax innuit mox Ligyas ad occidentem et meridiem sese etiam extendisse, quum a Rhodano fluvio, usque ad urbem Emporium collocaverit *Ligyas et Iberas mixtos (c).* Sic quamvis Scymnus sit Scylace longe

(a) Ad vs. 1305, p. 998, ed. Müll.
(b) Cf. nostr. ad Scyl. not. 422, p. 442.
(c) Cf. Scylac. §. 3, pag. 237, et *Tabul. nostr. geogr. ad calc.*

recentior, antiquiorem scylacea geographiam ibi refert. Ceterum suspicor Iberiam latius ad orient. et septentr. patuisse antiquissimis temporibus. Thucydides, VI, 2, Sicanos, *Iberia oriundos* adserit; et Siciliam illi deveniunt ἀπὸ τοῦ Σικανοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐν Ἰβηρίᾳ, ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες. Quæ sit illa pars Iberiæ, ubi *fluvius Sicanus*, incertum prorsus : sed ægre crediderim Sicanum collocandum esse in hodierna Hispania. Ligyum vestigia saltem reperiantur necesse est in ea regione, *unde Iberes a Ligybus depulsi sunt.* Scylax quidem Ligyas quosdam collocat cum Iberibus mixtos ad occidentem Rhodani fluvii; sed monstravimus illud respicere ad sextum seculum ante Chr., et ad tempora scylaceæ ætati proxima. Sicanorum vero adventus ex Iberia in Siciliam, ad remotissima tempora pertinet. Fuit forsan tempus, quo magna gens, Iberes, occidentalem Europam impleret; in posterum invasit Celtarum gens, quorum litorales incolæ *Ligyes* dicti fuere. Sic doctiss. *Maltebrun (a) : .... On ne peut méconnaître ici le grand peuple des Celtes, dont les tribus maritimes portèrent, dans leur propre langue, le nom appellatif de LY-GOUR, c'est-à-dire, habitans des côtes.* Cf. nostra ad vs. 168. Magis ac magis invasit Ligyum gens, atque etiam apud geographos superstites latius ad meridiem, labentibus annis, descendit, quum Eratosthenes Hispaniam totam vocaverit *Peninsulam Ligusticam*, quod prorsus non excogitassent veteres. His perantiquis invasionibus forsan adludit Thucydides. Ego vero, potius *Sequanam*, fluvium Galliæ nostrum, in *Sicano* viderem, quam illum in Hispania ponerem; nec alienus a conjectura nostra Herodoti locus, V, 10, Ligyas quosdam laudantis ΑΝΩ ὑπὲρ Μασσαλίης οἰκέοντας. Cf. de Pelasgis et Iberibus nostra ad vs. 265.

Vs. 204. Ταύτην... οἱ πρὶν κρατοῦντες ἔκτισαν Ῥόδιοι] Vide Meursii *Rhodum*, lib. I, c. 28. *Hudson.*

De quo conf. *Raoul-Rochette, Hist. des colon.* tom. III, pag. 406, 407, et ibi laudatt. Strab. XIV, pag. 967, A, Almel., et Eustath. ad Dionys. vs. 504. De Rhodiis πρὶν κρατοῦσιν, cf. laudatos etiam Syncell. *Chronogr.* pag. 181, et Strab. I, pag. 100, A.

Vss. 206, 207. ἔσχον Φωκ.] Locum, ut ab Is. Vossio emendatum, hic adscribam : ... Φωκαεῖς. « Κατὰ βαρβάρους πρὸς Ῥοδανὸν ἔκτισαν πόλεις » Ἀγάθην.... Vide Berkelium ad Steph. pag. 14. *Huds.*

(a) *Histoire de la géographie*, t. I, p. 51. En obiit vir amplissimæ doctrinæ, Lutetiæ, januarii XIX ante calend. (vulgo 14.° die decembr.) ann. 1826.

Observandum quod Massaliotæ non sunt oriundi ex Phocensibus (ut quamplurimi existimarunt), sed ex Phocæensibus. Φωκίς est regio Græciæ, cujus metropolis Delphi, a qua Φωκεῖς. Φωκαία, vel Φωκαίη, urbs Ioniæ, ex qua Φωκαιεῖς, Phocæenses. *Scaliger* ad Euseb. p. 81. (Cf. Larcher. ad Herodot. tab. geogr. voc. *Phocéens*, et J. B. Gailii *Philologue*, t. XI, p. 25, 26. G.)

Vs. 210. Ἐν τῇ Λιγυστικῇ...] Vide Vossium ad Justini l. XLIII, c. 3. *Hudson.* (Sic Vossius l. c. p. 497, ed. Elzev.: Ἐν τῇ Λιγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν.... G.)

Vs. 212. Πρὸ τῆς μαχ. τ. ἐν Σαλ.... ἑκατὸν εἴκοσι] Nimirum anno 600 ante Chr. De Massiliæ ortu cf. *Raoul-Rochette, Hist. des col.* t. III, pag. 408, 409.

Vs. 214. Εἶτ' ἐστὶ] Cf. varr. lect. Expunxi εἶτ', quod erat prava scriptura sequentis ἐστί.

Vs. 215. Ἀντίπολις αὐτῶν ἐσχάτη] Hanc urbem Scylax Ἄντιον vocat, apud quem vulgata lectio reponenda est. Etymologiam vocis Strabo p. 272, A, adfert, dicendo Antipolim exstructam fuisse a Massiliensibus, velut ἐπιτείχισμα τοῖς Λίγυσι τοῖς τὰς Ἄλπεις οἰκοῦσιν. Illud videtur vim vocis ἀντὶ explanare, sive in τῷ Ἀντίπολις, sive in Ἄντιον.

Vs. 216. Μετὰ δὲ Λιγ. Πελασγοὶ... ἐκ τῆς Ἑλλάδος] Sic interpungit Hœschel. ἐσχ. μετὰ τὴν Λιγυστικήν. Πέλασγοι... Respicit procul dubio hæc migratio Pelasgorum, ad remotissima tempora, ann. scilicet 1370 circiter ante Chr. Antea, tota hæc regio usque ad Liguriæ fines, *Umbria* erat: sed, ut ait Plinius III, 5, *Umbros inde exegere antiquitus Pelasgi.* De Pelasgis in Italiam transeuntibus cf. doctiss. *Raoul-Rochette, Hist. des col.* t. I, p. 225, sqq. et 365. Certius cum Scymni loco hocce, adfirmare debuisset vir doctiss. hucusque Pelasgos pervenisse! Sic ille p. 243: *Je crois que l'on doit aussi regarder Luna, la dernière ville de l'Étrurie du côté de la Ligurie, comme une colonie des Pélasges aborigènes.* Immo Pelasgos producit noster ad occidentem usque ad urbem fere Antipolim, longe diversus a Plinio, apud quem Macra fluvius Liguriam terminat ad orientem. Quo nomine autem dicenda erat regio illa ab Antipoli ad Macram, antequam Pelasgi illuc devenirent? Refert Plinius *Umbros* fuisse, quos pepulerunt Pelasgi. Fuitne tempus, quum Umbria usque ad Antipolim pertingeret? Forsan tamen Pelasgi, Umbriæ præcipue regionem occupaverunt, sed simul aliquam insuper partem litoris occidentalis, quovis nomine tunc donatam. Immo innuit Strabo p. 272, A, olim Ligyas ultra

Antipolim habitasse orientem versus, quum tradat hanc urbem a Massiliensibus conditam fuisse, ceu præsidium adversus Ligyas *Alpium incolas*. Sed incertum quousque tunc Liguria pertingeret. Ut ut est, hoc litus, et Liguriæ antiquæ partem, Pelasgi usurparunt, quod ait ipse noster. In posterum pelasgicæ coloniæ (cf. *Rochett.* l. c. 1, 225 et 365) exceperunt in societatem tyrrhenicas ex Lydia colonias, illas quidem etiam ex origine *pelasgicas* (l. c. p. 352-361). Mox subacti a Tyrrhenis priores Pelasgi (p. 361, 362); et crevit Tyrrhenorum potentia in antiqua Umbria et in vicinis litoribus, donec a Romanis imminuta et deleta fuerit (Livius, V, 33). Statum rerum anteriorem romanæ dominationi depingit Scylax p. 237, dicendo Ligyas pertingere ad orientem *μέχρι Ἀντίου*, et (p. 238), Tyrrhenos pertingere *ἀπ' Ἀντίου* ad Romam. Ni fallor ego, Scylax eadem exprimit ac Scymnus. Ἄντιον perperam emendavi cum Gronovio in Ἄλπιον : nam Ἄντιον, et Ἀντίπολις minime inter se differunt. Respiciunt auctores ambo ad tempora Massiliæ conditæ posteriora, et anteriora romanæ in Tyrrhenia dominationi. Sed, quum anno 394 tantùm a. Chr. Veios Romani subegerint, et anno 310 Etruria domita fuerit, parum liquet quam ætatem illi innuant; ego vero Scymnum ad antiquiorem respicere, quam Scylacem, conjicio, ideo quod Scymnus *Pelasgorum* ibi colonias etiam proprio nomine stantes laudet (illud autem antiquitatis species est), Scylax contra Pelasgorum non meminerit, et Tyrrhenos valde auctos et potentes depinxerit, et a Tusco mari ad mare Adriaticum usque pertingentes. Scymnus eos in Adriatico litore non collocat, sed vs. 225, *supra Pelasgos*, id est, interiora versus loca ad orientem, Umbricos ponit. Forsan tamen ex iisdem fontibus hic locus utriusque manat; sed alia unus, alia alter diligentius exprimit.

Vs. 218. Κοινὴν Τυῤῥην. χώραν] Cf. Dionys. *Perieg.* vs. 347 : Τυῤῥηνοὶ μὲν πρῶτ', ἐπὶ δέ σφισι φῦλα Πελασγῶν, *primi (ex septentrione) Tyrrheni, post hos autem gentes Pelasgorum*. Sic Dionysius Pelasgos collocat Tyrrhenos inter et Latinos. Illud aperte tum contextus declarat, tum Eustathius (ad Dionys. 350), cujus verba sunt : ὅτι μετὰ Τυῤῥηνοὺς καὶ Πελασγοὺς τὸ τῶν... Λατίνων... ἔθνος. Illos contra cum Tyrrhenis miscet noster; sed distinguendos curat vir doct. *Petit-Radel*(a), cujus verba sunt : *C'est ici sur-tout que les monumens doivent éclairer l'histoire. Toutes les villes étrusques, et Populonium particulière-*

(a) Ap. *Raoul-Rochette*, *Hist. des col.*, tom. IV, pag. 389.

ment, sont entièrement bâties en pierres parallélogrammes; toutes les villes fondées par les Pélasges unis aux Aborigènes, sont en construction cyclopéenne : donc les fondations des Tyrrhéniens ne sont pas l'ouvrage des deux peuples, ni d'une époque contemporaine..... Là où commencent les établissemens tyrrhéniens, à Populonium, commence aussi (du côté du midi) leur système de construction.

Non video quid adversativi habeat hic δέ; fors. leg. κοινήν τε; nisi forte subaudiat Scymnus olim hanc regionem solos tenuisse Pelasgos, κατοικίσαι (subaud. μόνους), *sed* in posterum Tyrrhenos advenas excepisse.

Vs. 219. Ὁ Λυδὸς Ἄτυος ἔκτισεν] Vide Strab. (pag. 335, C, Almel.), Eustath. in Dionys. vs. 348, et Dionys. Halic. *Huds.*

Adde Herodot. I, 94. Cf. Rochett. l. c. t. I, p. 352, sqq., et *Bulletin des sciences historiques*, 1825, pag. 396.

Vs. 220. Ἐπὶ τοὺς Ὀμβρικοὺς] Videntur *Umbri*, vel *Ombrici*, totam septentrionalem Italiam olim ante Pelasgos et Tyrrhenos, latius tenuisse. Cf. Mannert. IX, I, 302. Plinius III, c. 14 : *Umbrorum gens antiquissima Italiæ existimatur.* Eos ad orientem tantum Tyrrheniæ collocat noster; sic et Scylax p. 244, qui etiam in Adriatico sinu Tyrrhenos iterum collocat ad septentrionem Umbrorum.

Vs. 221. Ἐν τῷ πόρῳ] Sic πόρος pro *maris parte quadam* adhibent veteres, amoto sensu nunc transnavigandi. Polybio, II, 14, 1, Ἰόνιος πόρος usurpatur pro *Ionio mari*; cf. nostra ad vs. 284. In Stadiasmo, §§. 208, 251, 277, *trajiciendi* sensum arctius πόρος exprimit.

Vs. eod. Πελάγιαι] Id est, procul a continente sitæ. Conf. vs. 551, *Fragm.* vs. 43, Strab. p. 53, Almel. et ibi Casaub., et p. 470, init. — Habet πλάγιαι ed. Vindob. mendose.

Vs. 222. Σαρδὼ μεγίστη... μετὰ τὴν Σικελίαν] Recte noster ante Sardiniam ponit Siciliam, secus quam Scylax, p. 56. *Vindingius.* De insularum magnitudine vide Strab. lib. XIV, p. 654, et Marciani periplum, p. 9. *Hudson.*

Cf. not. 3 ad Scylac. pag. 327, et adde enumerari apud Schol. Plat. (p. 45, ed. Siebenk.), septem insulas maximas hoc ordine : *Siciliam, Sardiniam, Cyrnum, Cretam, Eubœam, Cyprum, Lesbum.*

Vs. 224. Σειρηνίδες] Σειρηνοῦσαι Straboni p. 41, C, dictæ. Cf. ibi Casaub., Tzschuck. ad Mel. II, not. exeg. p. 418, et Mannert. IX, I, p. 750.

Vs. 225. Ἐπάνω] id est, mediterranea versus loca, et orien-

tem versus. Strabo, p. 347, B: Τῇ δὲ Τυῤῥηνίᾳ παραβέβληται κατὰ τὸ πρὸς ἕω μέρος ἡ Ὀμβρική. Sic ἄνω solet exprimere partes a mari remotas, ut ἐπάνωθεν Thucydidis II, 99, de *superiori Macedonia*. Perperam Palmerius, *Græc. ant.* pag. 79 et 80, his judicat inesse sensum *spectandi septentrionem versus*. Rectius Valckenarius ad Herodot. IV, 18. Immo videtur μεσόγειον τόπον ἔχοντες, non minus pendere ab Ombricis, quàm ab Ausonibus. Sed illud non vetat, quin Ombrica pertingeret etiam ad Adriatic. mare, usque Ravennam. Cf. Strab. p. 347, B, C.

Vs. 227. Οὓς ᾤκισεν... Λατῖνος] Sic noster ad trojana tempora tantum refert Ombricorum ibi habitationem; sed fallitur procul dubio.

Vs. 228. Αὔσων] Conf. Hesiod. *Theog.* vs. 1011, sqq., ubi pro Ἄγριον, Αὔσονα reponit Mannertus IX, 1, pag. 325, 326.

Vs. 233. Ἐν τῇ Λατίνῃ] id est, *in Latio.* Nam Strabo etiam (p. 335, A, Almel.) Latium vocat τὴν Λατίνην. *Vinding.*

Interpunctionem Hœschelii (vid. ejus not. p. 91) secutus sum.

Vs. 235. Ἐν Ὀπικοῖς] Distinguit noster Opicos a Latinis; Aristoteles tamen, *de Rep.* VII, 10, et Dionys. Halic. I, 58, Sylb., tradunt Latium partem fuisse Opicæ regionis. At, postquam invaluerit Romanorum, et latinarum urbium status, Latium ab Opica omnes distinxerunt. — Pro sua ætate noster ad meridiem Latinorum Campaniam ponere debuisset cum Strabone pag. 370, C; sed antiquitatem poëtæ affectant: et dum Strabo, p. 383, Opicorum regionem in priscis tantum fabulis memorat, Scymnus etiamnum Opicos ponit ad meridiem Latii, immo Cymam in Opica includit, duce Thucydide VI, 4. Illud est cur Strabo, p. 355, C, dicat *Oscos olim partem Campaniæ tenuisse.* Videtur autem sub bellum peloponnes. etiam stetisse Opicam, ad quam ætatem respicit Scymnus. Hæc Scylacei Peripli pars contra respicit ad ætatem recentiorem, quum Cyme Campaniæ urbs sit pag. 240; at illud paullo antiquioris habet ille, quod Latium inter et Campaniam *Volscos* ponat, eosdem fere ac *Opicos*, ut Sextus Festus *fragm.* p. 226, ed. Gothofr., innuit: *Obsce et volsce fabulantur, nam latine nesciunt.* Hic *obsce* et *opice* arcte conjunguntur, nec aliena est opica dialectus a volsca. Sed differt Scylax a Scymno, in eo quod prior diem unam præternavigationis Volscis tribuat, et Cymen in Campania ponat, Scymnus contra Opicos suos usque ad Cymen producat, *Campanos mediterraneos* faciat, et post Cymen Œnotrios collocet *litorales* usque ad Posido-

niam, posita apud Œnotrios Neapoli, et inde (vs. 299) *Italiam* vicinam faciat Œnotriæ ad meridiem. Recentiorem geographiam hic exprimit Periplus, sed anteriorem Campanorum auctæ potentiæ post ann. 341 ante Chr.

Vs. 237. Vulgo ἣν οἱ Χ.] Particulam οἱ omittit Morell. *Huds.* Quam voculam expungendam judicant quoque Boissonad. et Raoul-Rochett. in *Hist. des colon.* t. IV, p. 403, 404. Ceterum Pithecusam insulam proximam, etiam a Chalcidensibus habitatam fuisse testatur Strabo p. 379, C.

Vs. 238. Εἶτ' Αἰολεῖς] Est hallucinatio: semel enim condita a Chalcidensibus Cumanis, qui erant Æoles. *Scalig.* in Euseb. pag. 56. — Verum Scaligerum in errore versari ostendit Salmasius in Exercit. Plin. c. 2, p. 52. *Hudson.*

Cf. doctiss. *Raoul-Rochette, Hist. des col.* t. III, p. 109-111.

Vs. 240. Σαυνῖται] Sic videtur noster Samnites collocare in litore Cymen inter et Neapolim, quam Œnotriis adscribit; Scylax contra, p. 240, Neapolim pariter ac Cymen Campanis adscribit, et ad meridiem Campaniæ tantum ad mare locum Samnitibus tribuit, in ea parte Neapolim inter et Posidoniam, quam Scymnus Œnotriis adsignat. Adludit Strabo, p. 378, B, Samnitum ibi dominationi, dicendo Pompæam urbem, Sarno fluvio insidentem (et ad meridiem Neapolis), Oscorum primum fuisse, postea Tyrrhenorum et Pelasgorum, et *tandem Samnitum*: Μετὰ ταῦτα δὲ Σαυνῖται· καὶ οὗτοι δ' ἐξέπεσον ἐκ τῶν τόπων. Cf. etiam Strab. p. 382, A. Ex his ipsis locis incipit apud Scylacem Samnitum regio; forsan respicit ille ad tempora Straboni ibi laudata; forsan auctor Peripli hic innuit annum circiter 310um, quo Samnites nondum a Romanis debellati fuerant. Sed quis patiatur Samnites in litore ad septentrionem Neapolis reponi! Ego valde suspicor Scymni mentem non esse, ut Samnites litorales faciat, quamvis videatur Leucanos μεσογείους obponere Samnitibus, ceu litoralibus: nam historia hujus situs rationem nullam redderet, quod sciam.

Vs. 241. Αὐσόνων] Ait Strabo p. 355, C, Ausonas *olim*, πρότερον, habitasse haud procul a Circæo promontorio, sed nunquam ad mare, p. 356, A, τῶν δ' Αὐσονίων οὐδ' ἅπαξ οἰκησάντων ἐπὶ τῇ Σικελικῇ θαλάττῃ.

Vs. 242. Μεσόγειοι... Λευκανοί τε, Καμπανοί θ' ἅμα] Sic Campanos noster in mediterraneis locis includit, et litus quod nuper tenuerunt, Œnotriis tribuit vs. 243. Partem vero septentrionalem Campaniæ litoralis tribuit ille Opicis vs. 235-237; et concinit cum Strabone p. 355, C, apud quem Campaniæ

partem *Osci*, iidem ac Opici, olim tenuerunt: Καὶ τούτοις δὲ μετῆν τῆς Καμπανίας. Videtur hæc topographia respicere ad ætatem Thucydidi coævam. Nam, teste Diodoro XII, 31, anno tantum 438 ante Chr., Samnitum pars quædam in Campestri regione *Capuam* condidit, unde *Campani*. Sed tunc ad mare nondum pertingebant; et litus etiamnum tenebant Osci, amissa tantum illa parte ad septentrionem, quam Latini abstulerant. Cf. nostra ad vs. 235.

Quod adtinet ad Lucanos, ait Strabo pag. 349, C, et p. 390, fin., eos esse a Samnitibus oriundos, et (p. 389, A) adductos ab iis fuisse (in regionem nuper Lucaniam dictam), quæ olim Chonum et Œnotriorum erat. Postea Posidoniatas et eorum socios domuerunt (Strab. p. 391, init.); sed in principio non patuit Lucania ad mare: meminit Strabo peculiariter Lucanorum τὴν μεσογαίαν ἐχόντων p. 389, B. Illuc respicit Scymnus, et adludit Lucaniæ nascenti et arctis terminis inclusæ. Scylaceus Periplus etiam ibi posteriorem geographiam exprimit.

Vs. 243. Οἰνώτριοι] Suam Œnotriam Scymnus extendit ex Cyme, extrorsum relicta, ad Posidoniam urbem; illud est maxima pars posterioris Campaniæ. Sed olim multo latius patuit Œnotria; vide nostra ad vs. 299. Herodotus, I, 167, Œnotriam ulterius quam noster producebat, quum Hyelen, Posidonia remotiorem ad meridiem, Œnotriæ etiam adscriberet: Scymnus contra, vs. 299, *Italiam* Œnotriæ vicinam facit, et a Posidoniade incipientem; ergo Hyelen in *Italia* posuisset, non in Œnotria. Sic ibi respicit Scymnus ad ætatem Thucydidi inferiorem.

Vs. 245. Συβαρίτας ἀποικίσαι] Cf. *R. Rochette*, l. c. III, 244.

Vs. 246. Νεάπολις] De qua urbe Œnotriis adscripta, vide nostra ad vs. 235 et 242.

Vs. 248. Ὑπὸ τὰ Περσικὰ οἱ Φωκαεῖς] Recte primum urbis ortum ad trojana tempora refert *Raoul-Rochette*, l. c. III, pag. 120; sed ad tempus secundæ κατοικίας, vel ἐποικίας, respicit noster. Tradit Strabo, p. 377, A, Neapolim a Cumanis conditam fuisse, et mox auctam Chalcidensium aliorumque nova colonia: hæc pertinent fere ad ann. 1139 ante Chr., et quadrant cum Livio, VIII, 22, *Palæopolim* a *Neapoli* distinguente. Cf. et Mannert. IX, 1, 738. Sed hæc nihil habent commune cum colonia, quam laudat noster, solus, quod sciam. Herodotus, I, 164-167, Phocæenses Harpagi Medi servitutem fugientes deducit in Cyrnum insulam (anno 600 ante Chr.),

et 5 abhinc annis (anno 595). Hyelen condentes juxta Pandosiam. Tum forsan coloniam miserunt Neapolim Phocæenses; et quum* sileat Herodotus de Massilia tunc condita, quamvis illud sit extra dubitationem, silere etiam potuit de colonia Neapolim deducta : neque falsi damnandus noster.

Vs. *Ib.* Κερβέρειον] Mela, lib. II, c. 19. Gerberum ad specum Acherusiam apud Heracleam in Mariandynis ab Hercule extractum scribit; Plinius, lib. XXVII, c. 2, apud Heracleam Ponticam; Strabo, lib. VIII, pag. 363, ex antro prope Tænarum, Laconicum promontorium : sed ad Neapolim Italiæ noster; scilicet, quia Acherusia palus Cumis Italiæ, ideoque et Neapoli, vicina est, teste Plinio, lib. III, cap. 5, adeoque diversorum locorum appellatio eadem efficit, ut una res diversis locis gesta habeatur. Ad Avernum porro lacum oraculum fuisse, ubi vita functi responsa darent, eoque Ulyssem advenisse, adeoque Averno huic Necyæ homericæ fabulam priores scriptores applicasse scribit Strabo, lib. V, pag. 244. *Vind.*

Vs. 252. Hic videtur noster miscere ortum antiquum urbis, cum longe recentioris coloniæ adventu. Cf. ad vs. 248.

Vs. 255. Νήσους Αἰόλου] Totidem numerat Strabo, p. 422, B, Almel. Hæc adpellatio antiquior est; at Strabonis ævo dicebantur potius Λιπαραῖαι. Silet contra noster de hoc nomine.

Vs. 257. Καιόμενα] Vide schol. ad Apollonii Argon. l. III, v. 41, et Strab. lib. VI, p. 275 (ed. Cas.). *Hudson.*

Hæc insula *Hiera*, illa eadem est de qua Strabo, p. 423, A : Ταύτης δὲ (Λιπάρας) μεταξύ πως ἐστὶ καὶ τῆς Σικελίας, ἣν νῦν ἹΕΡΟΝ ἩΦΑΙΣΤΟΥ καλοῦσι,... διάπυρος. cf. Thucyd. III, 88. Hodierna *Vulcano.*

Vs. 262. Συγγενὴς Κνίδου] Strabo, p. 422, B : μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα, Κνιδίων ἄποικος. De quo uberius *R. Rochette*, l. c. III, 339.

Vs. 263. Ἑξῆς] Cf. varr. lectt. Non Morellus tantum, sed jam Hœschel. ἐξῆς; male.

Vs. 264. Βάρβαρα] Cf. Scylac. pag. 241, et not. 41, p. 341. De vi genuina vocis βάρβαρος, cf. nostra ad Dicæarch. p. 202.

Vs. 265. Ἰβηρικά] Cum nostro consentit Philistus apud Diodorum Sic. lib. V, pag. 286. Similiter et Dionys. Hal. lib. I, c. 22 (p. 17, ed. Francof.); et Strabo, VI, p. 270 (Cas.). *Hudson.*

Hanc *Ibericam* originem prætermittit doct. *Raoul-Rochette (a)*, dum varias variorum opiniones colligit de priscis Siciliæ incolis. Sed scribit Thucyd. VI, 2, Sicanos se indigenas

(a) *Hist. des colon.* I, 369, 370.

esse contendere, at revera *Iberas*, *ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια εὑρίσκεται, Ἴβηρες ὄντες, καὶ ἀπὸ τοῦ Σικανοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐν Ἰβηρίᾳ, ὑπὸ Λιγύων ἀνασλάντες.* Dionysius Halic. p. 17, l. 40 : . . . *Σικανοὶ, γένος Ἰβηρικὸν, οὐ πολλῷ πρότερον συνοικισάμενοι, Λίγυας φεύγοντες.* Illud idem testatur noster, et vim addit Thucydidis et Scylacis verbis, *Sicanos* et *Siculos* distinguentium (*a*). Sicani ex Iberia, Siculi ex Italia migraverant, et liquet illos aliunde venisse, quum Sicani occidentales Siciliæ partes, id est, Hispaniæ obversas, incolerent, et ibi Erycem et Egesten haberent temporibus trojanis (Thuc. VI, 2). *Siceli* contra ad orientales insulæ partes devenere, utpote ex Italia. Ceterum, quamvis Siculos alii ex Liguria oriundos (*b*), alii Pelasgos (*d*) esse contendunt, illud pro eodem haberi potest; nam Pelasgi Tyrrheniam et Liguriæ partem olim tenuerant (*c*), et potuerunt Ligyes Pelasgi in Italia media habitare. Immo valde suspicor, *Sicanos* et *Siculos*, quamvis distinguantur, nec immerito, apud Thucydidem, ex eadem stirpe manare, *Iberica*. Cf. nostra ad vs. 203 et 267.

Vs. 267. *Ὑπὸ τῶν Ἰβήρ. Τελινακρίαν κ.τ.λ.*] Nomen *Τελινακρία* est græcanicæ originis; et, si vere ab Iberibus profectum est, ex eadem stirpe ac *Hellenes*, Iberes procul dubio manabant. Ergo, aut damnandus hic noster de origine vocis *Τελινακρία*, quam inconsideranter excogitaverit, aut suspicandum pelasgicas colonias usque in Iberiam penetravisse, et græcanicam linguam illuc jam ante deduxisse. Forsan iberica gens, eadem ac pelasgica, Tyrrheniæ, Liguriæ, Galliæ et Hispaniæ litora tenuit, donec Tyrrheni, pelasgicum etiam genus (*e*), Italiæ partem dictam *Tyrrheniam*, usurpaverint (*f*), Celtæ Liguriam et Galliam maritimam, Phœnices Hispaniæ partem meridionalem; ita ut Iberes circa Iberum amnem inclusi tandem fuerint. De veteribus Iberibus vide nostra ad vs. 203 et 265.

Sed hanc ibericam originem non testantur Thucydides, VI, 2, et Dionys. Halic. l. c., qui dicant esse quidem *Iberas*, et ab illis Siciliam dictam fuisse *Sicaniam, olim dictam Trinacriam*. A Sicanis igitur *Sicaniam* nomen deducunt, verum priorem adpellationem *Trinacriam* non Sicanis tribuunt. Sed Thucydidis et Dionysii Halic. silentio non delentur Scymni verba; et potuere Iberes quidam Sicanis antiquiores, *Trinacriam* dicere, quod nomen Sicani mutaverunt. Ut ut est,

(*a*) Cf. not. 44 ad Scylac. p. 342.

(*b*) *Philist.* ap. Dionys. Halicarn. I, 22, p. 18, l. 10, ed. Francof.

(*c*) *Antioch. Syrac.* ap. Dion. l. c. lin. 18.

(*d*) Cf. nostra supr. ad vs. 316.

(*e*) Cf. *Histoire des colonies*, t. I, 352 – 360.

(*f*) Cf. nostra ad vs. 216.

liquet penetravisse illuc, aut linguam græcam, aut græcæ simillimam, quum græcum nomen, Hellenum, immo Siculorum Pelasgorum adventum prægrediatur; nisi forte vox Τεμακρία interpretatio sit barbaræ vocis, serius in græcum conversæ.

Vs. 269. Σικελῶ δυναστεύοντος] Philistus Syracusan. ap. Dionys. Halic. *(a)* sic de hac gente: ἔθνος... διακομισθὲν ἐξ Ἰταλίας,... ἄγγελος αὐτοῖς Σικελῷ. Τοῦτον δ' εἶναί φησιν υἱὸν Ἰταλοῦ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τούτου δυναστεύοντος ὀνομασθῆναι Σικελούς. De quo cf. *Raoul-Rochette*, l. c. t. I, p. 371, sqq.

Ceterum ætatem Sicelorum in Siciliam migrantium Hellanicus *(b)* collocat τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωϊκῶν; Philistus *(c)* anno 1350. Meminit etiam Dionysium Halic. Thucydidis, hanc migrationem collocantis πολλοῖς ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. Sed disertius Thucydides ipse Sicelorum adventum tradit esse annorum 300 fere, Græcorum coloniis adventantibus anteriorem. Si primum condita fuerit Naxus anno 736, ut plurimi volunt, Siculos Thucyd. in Siciliam adducit anno 1036 ante Chr. De quo cf. *Rochettium*, loc. cit. I, p. 368, sqq.

Vs. 271. Δεκάτῃ γενεᾷ μετὰ ταῦτα] Respondet triplex generatio centum annis, teste Herodoto, II, 142: sic Scymni supputatio Theoclis adventum in Siciliam referret ad annum 330um circiter post Trojam captam, id est, ad annum 879, si ex marm. Arund. Trojam captam ann. 1209 volueris, vel ad annum 869, si duce cl. *Saint-Martin*, hujus urbis excidium ad ann. 1199 ante Chr. retuleris. Sed plurimi contendunt Theoclem illuc devenisse anno 736 *(d)*. Si emendationem Cluverii, Δεκάτῃ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ, admiseris, annum circiter 709um habueris, quod a supradicto numero minus recedit. At violenta est emendatio: ceterum hic hæreo. Μετὰ ταῦτα, si mendo caret, redundare videtur post ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν. Sed de similibus satis dixi ad Scylac. *(e)*.

Vs. 272. Θεοκλέους στ. παρὰ Χαλκιδ. λαβ.] Cf. Thucyd. VI, 3, init. De quo uberius *R. Rochette*, l. c. III, p. 175, sqq.

Vs. 274. Ἴωνες, εἶτα Δωριεῖς] Iones illos judicat esse *Naxios* doct. *R. Rochette*, l. c. III, 176, 177; Dorienses ex Megaris.

Vs. 276. Ibi Scymnus (correctus a Cluverio, *Sic. ant.* I, 2 sqq.), Ephorum pro more compilavit. *Marxius* (in *Ephor. fragm.* p. 154).

Vs. eod. Οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὕβλαν] Thucyd. VI, 4: οἱ δ'

(a) Pag. 18, l. 14.
(b) Ap. Dionys. Halic. p. 18, init.
(c) *Ibid.* pag. 18, l. 10.
(d) Cf. Raoul-Rochette, loc. cit. t. III, pag. 175, sqq.
(e) Cf. *Indic.* p. 593, voc. *redund. adv.*

ἄλλοι (Μεγαρεῖς).... Μεγαρέας ὤκισαν, τὰς Ὑβλαίας καλουμένας. Sic illa civitas dicta *Hybla*, vel *Megaræ Hyblææ*; eadem analogia ac *Corsiæ* Scylacis in Bœotia, a Plinio dicuntur *Corsiæ Thebæ*. Cf. *Supplend.* ad Scylac. pag. 617, med. Ceterum seriem chronologicam, potius quam geographicam, hic sequitur noster.

Vs. 277. Ἐπὶ ζέφυρον τῆς Ἰταλίας] De quo cf. Strab. p. 414, B, et *Raoul-Rochette, Hist. des col.* t. III, p. 194.

Vs. 280. Ἀπὸ τῆς ὁμόρου λίμνης] Sc. quæ dicebatur Συρακώ, teste Stephano in voce Συρακοῦσαι. *Hudson.*

Vs. eod. Λαβόντες] Locum sic interpretatur Berkel. ad Steph. p. 686: *Hos Archias adsumens Corinthius, cum Doriensibus condidit eas, quæ a contermino stagno accepere nomen, nuncque Syracusæ ipsis dicuntur. Hudson.*

Vs. 282. Λεοντῖνοί τε] Ex Ptolemæo Λεόντιοι retinui. Sed et alio ubicine trimetrum fulciendum esset; ut si legeretur ἀπὸ Ναξίου, vel ἀπὸ Ἀξίου. *Morellus.* — Verum primus, quod sciam, restituit Cluverius in *Sicil. ant.* p. 38. *Hudson.*

Leontini, Chalcidensium coloni, ut ait mox noster. Cf. Polyb. VII, 6, Tzschuck. ad Mel. II, n. exeg. p. 858, et Mannert. IX, II, p. 300. Sed videtur ibi antiquissimum incolarum genus permansisse, quod jam conjecit Fazellus, Dec. I, lib. III, c. 3, quia Læstrygonum hæc sedes fuerit. Laudant Cellar. et Tzschuck., Plinium, III, 14, et Silium Italic. XIV, vs. 125, 126; quibus add. Lycophr. Schol. p. 109, ed. Steph.: Λαιστρυγόνες δέ εἰσιν, οἱ νῦν ἐν Σικελίᾳ Λεοντῖνοι.

Vs. 284. Πορθμοῦ] Non idem est πορθμός ac πόρος. Cf. Eustath. ad Dionys. vs. 143. Prior de *freto* vere adhibetur: vox πόρος exprimit maris partem latiorem, ut *Tyrrhenicum* πόρον vs. 221 et 253, *Ionium* vs. 360, *Creticum* vs. 549. Laudat noster, vs. 492, τὸν Σικελικὸν πόρον (cum emend. quidem nostra; cf. ibi varr. lectt.); sed ibi latius *mare* Sicelicum, non *fretum* innuitur. — Hic obiter quæsivi ap. Scylac. p. 408, qui auctores primi usurpaverint adpellationem *Saronici sinus*. En jam ante Callimach., habet Æschyl. *Agamemn.* 314, Σαρωνικοῦ πορθμοῦ, in loco qui Casaub., Tzschuck. ad Mel., Mannertumque, latuit. Adde Euripid. *Hipp.* 1200, et Aristid. t. II, p. 208, l. 3, Jebb. cum schol. apud quem leg. Σαρωνικὸν πέλαγος, pro Σαρδόνικον.

Vs. 285. Καλλίπολις] Situs hujus urbis incertus est. Cf. Mannert. IX, II, p. 439, et *R. Rochette*, l. c. III, p. 177, 178.

Vs. 286. Εὔβοια] Situs pariter ignotus, quamvis eam laudet Strabo pag. 419, A; conjicit Mannertus, l. c. pag. 279, eam

fuisse mediterraneam, et ad meridiem Ætnæ et *Nervosorum* montium Strabonis, p. 421, B.

Vs. 287. Μύλαι] Quæ civitas erat in latere septentrionali insulæ; cf. Scylac. pag. 242, et Strab. pag. 408, A. Thucydides tamen, VI, 62, et VII, 58, contendit Himeram *solam urbem græcanicam* esse hoc in litore: Mylæ tamen jam stabant Thucydidis ætate, quum Himera condita fuerit a Zanclæis *Mylas habitantibus* (Strab. p. 418, fin. et *Rochette*, l. c., III, 319, 320). Forsan Thucydidis ævo, Mylæ nondum vere *civitas* erant; quæ conjectura satis quadraret cum Theophrasti loco laud. ap. Scylac. p. 345, Mylas *ceu partem territorii messeniaci* habentis, et cum straboneis hisce p. 418, fin., οἱ ἐν Μυλαῖς Ζαγκλαῖοι. Aliquid simile conjicit *Raoul-Rochette*, l. c. p. 323. Scylax Mylas πόλιν vocat; sed illud est forsan recentioris geographiæ indicium. Ceterum ex his intelligitur, cur ætas conditæ hujus urbis sit incomperta, ut jam vidit Mannertus l. c. p. 276; nempe notandum erat tempus, quo *locus* fuerit, et quo *civitas* esse cœperit. Mylas, *Chersonnesum* tantum vocat Apollonii Schol. IV, 965, forsan ex archaïsmo.

Vs. 291. Μεγαρεῖς Σελινοῦνθ', οἱ..] Cf. Thucyd. VI, 4, et *Rochette*, l. c. III, 325, 326.

Vs. eod. Οἱ Γελῷοι δ' ἔχουσιν] Dicitur etiam Rhodiorum colonia: nempe quatenus Geloi condidere, qui et ipsi a Rhodiis oriundi erant. *Meurs.* in *Rhodo*, l. 1, c. 28.

Cf. Thuc. VI, 4, et *Rochette*, l. c. III, p. 363.

Vs. 292. Μεσσήνην δ' Ἴωνες ἐκ Σάμου] In quo loco Scaliger et Cluverius frustra pro Μέσσην, scribunt Μεσσήνην. Strabo (p. 560, Almel.), agens de *Messe* homerica, multa adducit similis *apocopes* exempla, quæ Eustath. ad dictum Homeri versum, p. 294, inde transcripsit. *Holsten.* (in *Steph.* p. 206).

Ex *Cyme* Opica profectos hujus urbis conditores contendit Thucyd. VI, 4. Strabo, p. 411, init., ait esse coloniam Naxiorum, Catanæ vicinorum; sed optandam Thucydidis auctoritatem judicat Rochettius l. c. pag. 284. Quidquid sit, ut concinat hic noster cum Strabone, forsan legendum est Ἴωνες ἐκ Νάξου, immo ut secum constare possit: nam supra vs. 282-285, dicit noster *Zancalen*, eamdem ac Messenen, coloniam esse *Naxi*. In secundo loco Naxiis tribuenda est etiam hæc colonia. Ceterum Naxios pariter esse quos *Ionas* vocat Strabo (p. 410, B), recte vidit *Rochette*, l. c. III, p. 176, 177.

Vs. 293. Συρακούσιοι] Lege Συρακόσιοι. *Hudson.* (in *errat.*)

Vs. 294. Ταύτην ἱερὰν] ἐξ αὐτῶν βάθρων ἀνέτρεψαν, inquit alicubi Dio Chrysost. *Hæschel.*

Illud idem referunt Thucydides, VI, 5, et Pindari schol. *Olymp.* V, vs. 16. Cf. *Raoul-Rochette*, l. c. III, 355, sqq. Sic ille p. 356 : *Scymnus semble appliquer cet événement à Messène; mais il est évident qu'il y a ici transposition dans son ouvrage.* Hæc non intelligo; nam *Camarina* supra proxime laudatur.

Vs. 297. Βάρβαρα] Vid. ad vs. 264.

Vs. 298. Καρχηδονίων] Cf. ad Scylac. not. 45, p. 342.

Vs. 299. Ἰταλία] Hic noster Italiam distinguit ab Œnotria; sed olim duplex nomen erat ejusdem regionis, teste Antiocho ap. Strab. p. 391, A, et Strabone ipso, p. 407, A : Antiochus ap. Dionys. Hal. I, c. 12, regem Œnotriorum *Italum* vocat. Immo, ut vidit Mannertus, IX, II, p. 91, nomen *Œnotria* (vini regio) ab Italiotis proficisci non potuit, et aliud nomen simul stetisse innuit. *Pelasgos* vere dici posse crediderim, illos qui ex Arcadia, anno 1527 ante Chr., in Italiam devenerunt *(a)*; sed quamvis duces hujus coloniæ *Œnotrum* et *Peucetium*, veteres declarant, ego suspicor hanc adpellationem recentiorem esse coloniæ adventu, et *Œnotrios Peucetios*que serius adpellatos fuisse priscos ex Arcadia colonos *(b)*. Nam non potuerunt coloniæ duces jam ante hoc nomen secum ex antiqua patria adferre, quod novam *locorum naturam* exprimit. Ut ut est, Œnotrios reperimus in insulis Œnotridibus Strabonis, p. 388, A; in ea regione, quæ nuper Latium fuit, a Tiberi fluvio scilicet ad Lirim (Dionys. Halic. l. 1, c. 9); in Sabinia (cf. Varron. ap. Serv. Æneid. I, 536, et *Raoul-Rochette*, l. c. I, p. 234); in regione circa Pandosiam (Strab. p. 393, C) : quod adtinet ad Œnotriam propriam *(c)*, arctiori sensu serius usurpatam, illam Aristoteles, *Politic.* VII, 10, continet in parte Bruttii recentioris meridionali, ad meridiem Scylacii et Lameti fluvii : Antiochus, ap. Strab. p. 391, A, B, totum Bruttium, id est, regionem a Lao fl. ad Metapontum, in veteri Œnotria includit, sed non Œnotriam in his terminis includit. Videtur Antiochus eamdem innuere Œnotriam, quam Strabo libri V initio, ubi *Italia prisca* a sinu Tarentino sese extendit ad Posidoniam. Sed ibi Strabo non dicit Œnotriam illud tantum fuisse, quod *Italia* dictum

(a) Conf. Raoul-Rochette, loc. cit. I, 225, sqq.

(b) Sic serius procul dubio *Peucetii* dicti fuerunt, ii quos reliquit in Japygia, cum fratre *Peucetio* duce, *Œnotrus*, ut ait Dionys. Halicarn. I, cap. 2.

(c) Conf. Raoul-Rochette, loc. cit. I, 245, sqq.

fuit. Minime Antiochum et Strabonem fugiebat, quantum ad septentrionem paterent veteres Œnotrii, quippe qui in Latio regnaverint. Ex Dionysio Halic. præcipue sumenda est antiquæ Œnotriæ amplitudo. Laudat ille, p. 10, med., Sophoclem auctorem, apud quem videntur hæc, *Οἰνωτρία τε πᾶσα, καὶ Τυῤῥηνικὸς Κόλπος, Λιγυστική τε γῆ*, totam tunc Italiam generatim amplecti; atqui Œnotriæ erit quidquid ad meridiem Tyrrhenorum jacet. Sed quousque ad meridiem Tyrrheni pervenerunt? Annon Œnotriæ ipsius partem illi ademerunt? Usque ad Posidoniam pervenisse Tyrrhenorum potentiam diserte ostendit *Raoul-Rochette*, loc. cit. 1, pag. 247; immo hucusque descendit Tyrrhenici maris adpellatio: inde consequitur terminos antiquos Tyrrheniæ arcte dari non posse, sed patuisse Tyrrheniam in litora quæ Œnotriæ dicta sunt. At videtur Œnotriæ nomen ad septentrionem patuisse usque Tiberim; et quum ex trojanis jam temporibus Tyrrheni ad septentrionem Tiberis remoti essent, exinde Œnotri videntur totam Italiam meridionalem amplecti, donec variæ gentes eos expulerint ad meridiem, et in eorum locum successissent. Autumat Dionysius Halic. pag. 11, lin. 22, Œnotrios forsan Umbris aliquam suæ regionis partem ademisse; sic potuerunt circa *Anconæ* situm pertingere Œnotrii in litore Adriatico. In posterum, *labentibus annis, Œnotria fuit quidquid novæ gentes nondum ademerant.* Respicit Strabo (p. 391, C) cum Antiocho ad tempora, quibus Œnotria eadem erat ac Italia, et pertingebat a Posidonia *ad Metapontum.* Scymnus *Italiam* ab *Œnotria* distinguit, forsan quia Œnotriorum imperium longe arctius tandem factum fuerat, antequam deleretur; et quia gentes plures inter se disceptabant de vicina regione, quæ etiam *Italia*, sed non amplius *Œnotria* dici poterat, ob imminutam Œnotriorum potestatem. Herodotus Œnotriam latius producit ad meridiem, quam Scymnus: at simul redire videtur noster ad remotiora tempora, quum Œnotriam producat ulterius ad septentrionem, quam Strabo supra, id est, ad Cymen urbem. Cf. nostra ad vs. 243. Scylacis Periplus hoc in loco longe recentiorem geographiam exprimit.

Vs. 301. Ἰταλοῦ] Italum fuisse *Œnotriorum* regem refert Antiochus Syrac., ap. Dionys. Halic. 1, c. 12; scilicet eadem fuerat olim Italia ac Œnotria. Cf. nostra ad vs. 299.

Vs. 303. Μεγάλη... Ἑλλάς] Quæ adpellatio ὕστερον excogitata est, ut ait noster; hanc eamdem *olim, τὸ πρότερον*, dictam ait pro sua ætate Procopius, *Goth.* p. 350, D. Polybius

primus, quod sciam, illa utitur; laudat etiam Mannertus Livium XXXI, 7, Just. XX, 2, Plin. III, 10, et Ptolemæum.

Vs. 305. Τέριναν] Quam *primum* a Crotoniatis conditam ait noster; sed ἐποικίαν potius dicere debuisset, aut *secundam* coloniam. Nam primus ortus Terinæ redit ad trojana tempora; cf. Lycophr. vs. 1008, et *Rochett.* l. c. III, 192. Ceterum de colonia Crotoniatarum illuc deveniente concinunt Phlegon ap. Steph. ad voc., et Plin. III, 10; sed, ut ait *Rochett.*, incertum quando. De scriptura vocis vid. ad Scylac. p. 340.

Vs. 307. Ἱππώνιον καὶ Μέδμαν] Hic locus adstruit emendationem Cluverii apud Scylac. p. 340; sed formam Μέδμα etiamnunc opto, utpote prosaicam et Straboni usurpatam. De Medama a Locris condita cf. et Strab. p. 394, B; de Hipponio, p. 393, C.

Vs. 308. Ῥήγιον] De qua urbe a Chalcidensibus condita cf. Strab. p. 395, B, et quos laudat *Rochette*, l. c. III, 279. De intervallo a Rhegio in Sicil. cf. nostra ad Scylac. p. 341.

Vs. 314. Πρώτους φασὶ χρῆσθ. νόμ. γεγραμμένοις] Idem Strabo (p. 397, fin. Almel. Cf. p. 398, B, C, G.) de Locris : πρῶτοι νόμοις ἐγγράπτοις χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί. *Scalig.* ad Euseb. p. 75. De Zaleuci legibus vide quos laudat Rochett. l. c. III, p. 196.

Vs. 315. Ἄποικοι... Ὀπουντίων] Tradit noster Locros Epizephyrios coloniam esse Opuntiorum, quod idem refert Ephorus ap. Strab. p. 397, C; sed *Ozolarum, ut nonnulli contendunt.* Hanc secundam sententiam fulcit Strabo l. c., et priorem damnat. De quo sic Rochettius, l. c. II, 321 : *Que devons-nous conclure de ces contrariétés? qu'il y eut à Locres deux colonies : la première de Locriens Opuntiens, et c'est celle qui suivit immédiatement la chute de Troie,.... et que sans doute Éphore avait en vue; l'autre, de Locriens Ozoles, d'une date beaucoup plus moderne, et c'est celle que connaissaient Timée et Strabon.*

Vs. 318. Ἐκ δὲ Κρότωνος] *Achæis* conditam Cauloniam tribuit Strabo p. 401, init.; sed contraria hæc conciliat doct. *Raoul-Rochette*, l. c. III, 190. De duplici adpellatione vide et Strab. l. c. — Male interpungit Hœsch... Κρότωνος· ἧς...

Vs. 322. Εὐτυχεστάτη] Videtur legendum εὐτειχεστάτη. Livius : *urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit.* Similiter apud Maximum Tyrium λόγῳ ια', pro Βαβυλῶνα τὴν εὐτυχεστάτην H. Wolfius legit εὐτειχεστάτην. *Hœschelius.* Sed nihil vetat retinere εὐτυχεστάτη. *Vindingius.*

Vs. 324. Μύσκελος] Vid. Suid. voc. *Myscelus. Hœschelius.*

Μοσυκλός, ut apud Strabonem et alibi, legit Salmas. *Huds.*

Vs. 325. Παιδιαία ἢ Θύειοι] Nunc ap. Scylac. pag. 242, redeo ad Cluverii emendationem ποταμοί pro ποταμός, ut duo fluvii hic sint Crathis et Sybaris, et sola *urbs* Thuria laudetur. Videtur Scymnus plurima sumsisse ex eodem fonte ac auctor hujus partis Peripli. Scymnus autem Thurios solum laudat, et mox tantum vs. 336 sqq., *dirutæ* urbis Sybaridis meminit; priori loco concinere videtur Periplus, et *urbem Thuriam* solummodo laudare voluisse.

Vs. 326. Ὅμορον. . . Μεταπόντιον] Respicit Scymnus ad tempora, quibus Heraclea nondum condita fuerat. Condita autem fuit anno 434 ante Chr. Cf. Diodor. XII, c. 36, fin., et *Rochett.* l. c. IV, 44. Scylax contra, p. 243, *Heracleum* ponit Thuriam inter et Metapontum, quod etiam recentioris ætatis est indicium. — De Achæorum colonia Metapontum deducta, vide *Rochett.* l. c. IV, 39, 40.

Vs. 329. Τάρας] De ortu hujus urbis, et de Partheniis, cf. Strab. pag. 427, 428, et Rochett. l. c. III, 235, sqq.

Vs. 333. Φυσικὸν εὐτύχημά τι] Supra occurrit vox εὐτυχεστάτη (vs. 322). Unde et hic forsan aliquis legendum esse suspicaretur, φύσει ἢ εὐτυχεστάτην. *Huds.*

Vs. 334. Vulg. Συναγ. . . ἐπ᾽ ἴσον] Si pro ἐπ᾽ ἴσον, quod satis friget, rescribas ἐπ᾽ ἰσθμόν, sensus erit *coarctata in isthmum*, et illud concinet cum Strabonis verbis p. 426, A : ὃν δὲ τῷ πρὸς τὸν μυχὸν μέρος ἰσθμὸν ποιεῖ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν. Sed legendum erit λιμένεσσιν ἐπ᾽ ut stet versus cum ἰσθμόν : conjicit vir doctiss. Boissonadus (vid. not. infr.) ἐπὶ στενόν, quod fere ad idem redit, et metro melius forsan consulit. Vide etiam συνάγειν de isthmo, vs. 509, et *Fragm.* vs. 191.

Vs. 335. Vulgo Ὑπὲρ αὐχένος ταπεινοῦ] Illa ὑπὲρ αὐχένος ταπεινοῦ ex conjectura Vindingii, Strabonem, l. VI, p. 278, urbis et portus situm describentem, sequuti. In codd. mss. corrupte πᾶσιν σκλεπείνην, et πάσῃ σ ἐπείνην καιτ. ἔχ.; adeo ut mallem substituere πᾶσι ἢ ἐπὶ ναῦ, aut simile quid, modo versus constaret. *Huds.*

Quid sibi vult hic ἐπὶ ante ναῦ ! liceat conjicere πάσῃ θ᾽ ὁλκάσι ταπεινὴν καταγωγὴν ἔχει. Laudat Strabo, p. 426, A, πλοῖα, id est, *onerarias naves;* et illud est cur ὁλκάδας dignoscere mihi videar. Conjecturam in locum sanandum amice mecum communicavit doctiss. Boissonadus hancce : συναγομένη γ. λ. ἐπὶ στενὸν δυοῖν, Πλοίοισιν αἰπεινὴν τὴν κατάγωγὴν ἔχει. Ingeniose : sed me offenderet, quod ita prædicaverit noster καταγωγὴν αἰπεινήν,

dum Strabo, l. c., dixerit :.. ἐκατέρωθεν ταπεινῆ ὄντος τῆ αὐχένος, ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος. Ut ut est, καταγωγή exprimit *appulsum navis*, ut in Stadiasmo, §. 107 : καὶ ἡ καταγωγή ἐστιν ἐπὶ τῇ πόλει δύσκολος πάνυ. Contrarium εὐτύχημα hujus portus prædicat Scymnus. Fateor equidem, quum noster situm urbis extollat intra duo maria, videri eum aliquid de navibus per isthmum transvectis cum Strabone dicturum. Sed τὸ ὑπερνεωλκεῖσθαι forsan innuit Scymnus voce καταγωγή, at minime exprimit. Haud male igitur Morellus vertit : *deductionem facilem habens*. Conjicit Longuevillius meus σκεπεινήν, vel σκεπηνήν.

Vs. 336. Ἦν καὶ πρότερον...] Hæc videntur aptius succedere debuisse post vs. 325 ; sed hic noster de urbe deleta Sybari mentionem facit, postquam Italiæ propriæ præternavigationem peregit. De qua civitate vide *Rochett.* l. c. III, 240, sqq.

Vs. 340. Μυριάδας δέκα] Immo numerum triplicem habet Diodorus, XII, c. 9; sed ille, qualiscumque sit, intelligendus est, ait ex Diodoro Rochettius, l. c. p. 242, de viris *jus civile* obtinentibus.

Vs. 346. Ζαλεύκου...] Cf. Ephorum ad Strab. pag. 399, A. De Zaleuco adi Diodorum, XII, c. 20. Ceterum quum *Locrorum legumlator* proprius dici soleat Zaleucus, quam Thuriorum, ostendit cl. Heynius in *Op. Acad.* II, 39, et ille laudatus Marxio in *Ephor. fragm.* p. 151, *Thurios Locrorum leges adoptasse*. Cf. Athen. XI, p. 508, Casaub.

Vs. 359. Ἑκατὸν ἔτεσιν...] Quod adtinet ad discrepantiam Eusebii et Scymni, de conditæ urbis hujus ætate, cf. Rochettium, l. c. III, 239 et 241, et inprimis Mannertum, IX, II, 216.

Vs. 360. Μετὰ τὴν Ἰταλίαν] Suam *Italiam* noster producere videtur a Posidonia (cf. vs. 244 et 299) fere usque ad Brundusium, sed ita tamen ut locus medius relinquatur Iapygibus inter *Italiæ* propriæ terminos et Brundusium portum, quem adscribit noster Œnotriis.

Vs. 362. Ἰάπυγες] Iapygas suos arcte collocat noster in *litore tantum orientali*, forsan a loco ubi Hydruntum fuit, ad Brundusium portum. Olim Iapygia patebat a fluvio Trentone, usque totum Tarentinum sinum; vide Mannert. IX, II, pag. 1 et 2. Ait ille apud recentiores scriptores terminum esse occidentalem Bradanum fluvium, juxta Tarentum ; sed tacet de Iapygia, qualem depingit Scymnus. Autumat Mannertus Illyricas colonias hanc Italiæ partem habitantes, sibi ipsis nomen *Iapygas* indidisse : immo conjicerem hoc nomen exco-

gitatum fuisse respectu situs ipsius regionis, et manare ab Ἰάς, et a πυγή. Aliud simul nomen diu habuerunt *Iapyges* quilibet, ut *Messapii* et *Peucetii.* Thucydides, VII, 33, collocat circa Metapontium *Iapygas Messapiæ gentis.* Sed illos, ceu gentem propriam adhibet noster.

Vs. eod. Οἰνώτρειοι] Iterum illic collocat Œnotrios, qui desierant juxta Posidoniam. Cf. ad vs. 243. Videntur hi Œnotrii, iidem esse, quos Peucetios dictos Œnotrus cum fratre Peucetio ibi reliquit. Cf. *Raoul-Rochette,* l. c. 1, p. 230.

Vs. 363. Μεσσηγίων] Videntur illi iidem esse ac *Messapii,* quos multi cum Iapygibus confundunt. Cf. varr. lectt.

Vs. 365. Μεσαίπατον] Id est, in medio litore hujus maris *Ionii.* Cf. nostr. ad vs. 386.

Vs. 367. Λυδοῖσιν.... ἐμφερέστατα] De Lydorum luxu et deliciis, vide Athenæum, l. XII, c. 3 (p. 515, Cas.). *Vind.*

Vs. 368. Ἀδριανὴ θάλ.] De qua adpellatione cf. ad vs. 132.

Vs. 369. Θεόπομπος] Strabo, p. 488, Theopompum auctorem bis laudat de rebus ad mare Adriaticum pertinentibus. De Theopompi fide vide Casaubon. ad Strab. p. 74 et 458, ed. Almel., et inprimis cl. Creuzerum de Theopompo rectius judicantem in *Præfat.* ad *Ephor. fragm.* ed. Marx. p. 7, sqq. Adi et Frommelii libellum *de Theopompi Chii epit. Herodot.* in Creuz. *Melet.* III, p. 135, sqq.

Vs. 370. Πρὸς τὴν Ἰονικὴν] Sic lego pro Ποντικήν. Quid enim Adria ad Pontum, quæ maria tanto intervallo sejuncta sunt? Strabo (p. 481, A, Almel.) scribit Polybium dicere ex Æmo monte, qui est ad Pontum, ἀμφοτέρας καθορᾶσθαι τὰς θαλάττας. Sed addit, οὐκ ἀληθῆ λέγων. καὶ γὰρ τὸ διάστημα μέγα τὸ πρὸς Ἀδρίαν, καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα (sic lego pro ἐπισκοποῦντα) πολλά. Multa sunt quæ aspectum impediunt. At fauces Adriatici et Ionii maris communes. Strabo, p. 488, init. *Vind.* (Cf. ad vs. 132. G.).

Vss. 372 et 373. Ἀψυρτίδας] Cf. Strab. p. 484, A, Plin. III, 26, et Cluverii *Ital. ant.* 1, 21, p. 214-216. *Electridum* nomen respicit forsan ad Eridanum vicinum, et ad ejus undas *electrum,* sive succinum, vehere dictas, teste Scymno ipso vs. 394. De *Liburnicis* vide Strab. l. c.

Vs. 379. Ἀὴρ διαλλάσσ.] Vertit Vindingius: *Aër discrepans vero circa Ponticum mare...* Sed, relicto tantum Ponto, mutari incipit aër apud nostrum.

Vs. 381. Νιφετώδης] Theocrit. *Idyll.* XXII, 28: .. καὶ νιφόεντος ἀντα περὶ στόμα Πόντου.

Vs. 386. Πεντήκοντα] Civitates fere 50 Venetis tribuit noster:

nempe inter Ombricos et Venetos nullas gentes collocat, dum Scylax, p. 244, 245, ibi posuerit *Tyrrhenos* et *Celtas*. Immo Scymnus civitates Venetorum collocat πρὸς τῷ μυχῷ; Scylax hunc μυχὸν apud Celtas posuit. Videtur Scymnus Venetos sat procul ad meridiem producere, quum supra vs. 365, Ombricos collocet in medio, μεσαίτατον, maris Ionii, et Venetos proximos *in Adriatico*. Conjicio tamen ab Ancona circiter apud nostrum incipere Venetos et Adriaticum mare.

Vs. 387. Πρὸς τῷ μυχῷ] Videtur noster concinere cum Scylace, apud quem p. 245, Adriæ *intima pars*, μυχός, ponitur ad meridiem Eridani. De quo sic Letronnius in *Journ. des Sav.* februar. 1826, p. 88 : *Les anciens n'ont jamais bien connu la configuration de cette partie des côtes du golfe. Il suffit, pour s'en convaincre, de jeter les yeux sur les cartes de la Méditerranée, dressées par M. Gossellin (Géogr. syst. t. II, tab. 1), pour représenter les idées de Polybe, de Strabon et de Ptolémée. On voit que les deux premiers, croyant que la direction générale de la péninsule italique était [presque] de l'Est à l'Ouest...., supposaient que la côte orientale formait un coude très-sensible, un peu au sud de l'embouchure du Pô.... C'est ce coude que l'on prenait pour le μυχός, ou fond du golfe.*

Vs. 388. Ἐκ τῆς Παφλαγ.] Cf. *R. Rochette* l. c. II, 362-364.

Vs. 390. Ἐνετ. ἔχονται Θρᾷκ. Ἴστροι] Concinunt Scylax, §. 20, p. 246, et Strabo, p. 330, B, et 483, B.

Vs. 393. Vulgo Ἴσμενοι καὶ Μέντορες] Sic lego (Ὕμανοι) pro Ἴσμενοι, ex Plin. IV, 21. *Vind.* (Cf. ad Scyl. p. 355, 356. G.)

Vs. 394. Videtur hic versus cum sqq. usque ad 400, melius succedere post vm. 389. Immo aliquid abrupti habent hæc: Ἠριδανὸς, ὃς.... — De electro et Eridano cf. *Dissertat.* viri doct. *Dilthey,* Darmstadt, 1824, et *Bulletin des sciences histor.*, mai 1825, pag. 375 - 377. De ἠλέκτρῳ cum triplici generis forma usurpato, vide Spohn. ad Nicephor. Blemm. p. 28.

Vs. 402. Πελαγόνων] Nihil simile reperio apud Scylacem. Estne quid commune cum *Pelagonibus* illis, et macedonicæ *Pelagoniæ* incolis!

Vs. 405. Πρὸς τὴν Πελοπόννησόν τε] Sic emendat Vossius ad Scylac. p. 556, 557 : πρὸς τὴν τε Πελοπόννησον ἐξισουμένη. « πόλεις δὲ αὐτῇ φησί. Ceterum hic concinit cum nostro Scylax.

Vs. 409. Ἐκβαρβαρωθῆναι] Ita Vinding. ex marg. Antea καὶ βαρβαρωθῆναι et vs. sq. ἔθνεσιν. *Huds.* (Cf. Scyl. pag. 247, 248. G.)

Vs. 412. Ἴσσα] Quam insulam non *Bulinis*, sed *Manio*

litori Scylax, pag. 248, tribuit. Colonia ibi syracusana respicit ad regnum Dionysii tyranni, ol. 118, 4 (304 ant. Chr.). Cf. *Raoul-Rochette*, l. c. IV, 86, 87.

Vs. 414. Ἰλλυρὶς μετὰ ταῦτα] Illyria jam ante incipit apud Scylacem a Liburnia, et Bulinos Hyllosque continet.

Vs. 425. Φάρος] De Pariorum ibi colonia, cf. Diodor. XV, 14, et Rochett. l. c. IV, 88. Videntur hæc Scymni etiam ex Ephoro sumta; cf. Marx. in *Ephor. Fragm.* p. 554.

Vs. 427. Μέλαινα Κέρκυρα] Laudata Scylaci p. 249, Straboni pag. 485, A, Plinio III, 26. Coloniæ Cnidiæ ætatem incertam conjicit Rochett. III, 342, respondere anno 630 ante Chr.

Vs. 429. Λυχνῖτιν] Strabo, VII p. 323 (Cas.), collocat in his partibus Λυχνίδον (sic lego pro λυχνίδιον) urbem; et p. 327, αἵ τε λίμναι, inquit, εἰσὶν αἱ περὶ Λυχνιδοῦντα. Casaubonus in margine scribit Λύφνιδον. Rationem non video. Lacus Λυχνῖτις dicitur, et urbs ad illum Λυχνίδὸς vel Λυχνιδός. Stephan. Λυχνίδος, πόλις Ἰλλυρίας, ἀρσενικῶς λεγομένη, καὶ λίμνη θηλυκῶς. Ἡρωδιανὸς Λυχνιτὸν αὐτὸν φησι· τὸ ἐθνικὸν Λυχνίδιος. καὶ Λυχνιδία λίμνη, ἢ Λυχνῖτις. *Vindingius*.

Vid. Berkel. ad Steph. et Palmer. *Gr. ant.* p. 205. *Huds.*

Meminit Strabo, p. 503, C, *Lychniduntis* cujusdam; vide et quos laudat ibi Casaub. De eodem lacu omnes intelligendi sunt, immo et noster: nam vox χώρα respicit ad continentem; nec vero ad insulam Corcyram nigram. Videtur hunc lacum innuere etiam Scylax p. 250, init.

Vs. 432. Διομήδεια] *Diomedea* Plinio, III, 26.

Vs. 433. Βρύγοι] Videntur propiores esse ad mare Ionium, quam ut cum Macedoniæ Brygis confundantur.

Vs. 437. Κάδμος] De Cadmo in Illyriam deveniente, cf. Pausan. IX, 5, p. 719, fin., et Athen. XI, p. 426, B, ed. Casaub. Laudat ibi Scylax *Cadmi rupes.*

Vs. 440. Ὠρικός] De condita hac urbe cf. Pausan. V, 22, et *Rochette* l. c. II, 375.

Vs. 443. Θεσπρωτῶν] Cf. Palmer. *Gr. ant.* p. 145, 232. *Huds.*

Vs. 444. Οὐ πολὺν τόπον] Unicuique dimidiam diem prætervnavigationis tribuit Scylax p. 253, 254.

Vs. 445. Κόρκυρα] Vindingius Κέρκυρα. In codd. mss. Κόρκυρα passim. Quam lectionem veram esse ex auctoritate nummorum indubiæ fidei et vetustatis, asserit cl. Spanhemius ad Callim. p. 428. *Hudson.*

Corcyram κατὰ Θεσπρωτίαν collocat noster : Scylax ex

parte obversam Chaoniæ facit p. 253. Vide nostra ad Scylac. pag. 208, et inprimis pag. 577. Thesprotia latius patuit post init. seculi 5.ⁱⁱ a. C., quod innuit Herodotus laudatus l. c. immo concinit cum Herodoto Strabo, p. 498, C, dicendo quidem Cassopios esse Thesprotiis adnumerandos, sed Molossos jam non collocando in litore septentrionali sinus Ambracici, quod agit Scylax. Thesprotiam cum Herodoto usque ad hunc sinum producit Stephanus Byz., qui Ambraciam *Thesprotiæ* civitatem facit.

Vs. 446. Μολοττοί.] Antiquæ geographiæ est, Molossos cum Scylace collocare in litore hujus sinus. Cf. not. supr.

Vs. 449. Ἵδρυμ' ἐστὶ πελασγ.] Strabo, lib. VII, hoc oraculum vocat Πελασγῶν ἵδρυμα, et ex Ephoro id accepisse dicit. Vide Palmerium in *Græc. ant.* p. 48. *Hudson.*

Vs. 454. Γόργος] Quem Gorgum vocat Scymnus, alii Tolgum vocant ut Strabo, VII, p. 325 (p. 500, Almel.). Epitome habet Γόλγον. Vide Palmer. in *Græc. ant.* p. 301. *Hudson.*

Vs. 459. Ita Thucyd. lib. I (c. 55; sed Corcyræos pro Acarnanibus laudat. G.) de Anactorii conditoribus. *Hudson.*

Vs. 460. Μετὰ τ... δ' ἡ Ἀκαρν. vulg. δ' ἡ Ἀκ.] Asperitates vocum similes vide in vss. 714 et 729. — Concinunt Scymnus et Dicæarch. vs. 47, in ponendis urbibus Argo et Anactorio extra Acarnaniam. Scylacis contra p. 256, Acarnania ab Ambracia incipit. Cf. Mannert. VIII, 63, et nostra supr. p. 150.

Vs. 461. Ἀλκμαίωνα] Cf. Thucyd. II, 102, Apollodor. III, 7, §. 5, et *Rochette*, l. c. II, 241, 242.

Vs. 464. Κορινθίων κτίσις] De ejus conditu cum Scymno consentit Herodotus (VII, 45). *Hudson.*

Insula est apud Scymnum Leucadia; *peninsula* apud Dicæarchum, vs. 48; sed jam ante insula Scylaci dicitur: et respiciunt Scymni verba ad Scylacis ætatem, nec vero ad suam. De quo vide nostra ad Scylac. p. 381, 382.

Vs. 471. Κατ' Ἔφορον δηλώσομεν] Profitetur igitur hic disertis verbis, quod eum fecisse in reliquis aliorum locorum comparatio ostendit. Et potest Scymni libellus maximam partem *pro compendio uberioris Ephori geographiæ*, præsertim in Græciæ descriptione, haberi; quem ducem nullibi deseruisse videtur, nisi quo aliorum auctorum, Herodoti, Timæi, Eratosthenis, Demetrii, expressam mentionem facit. Quæ observatio item cadit in Scymni fragm. ab Holstenio primum publici juris factum (i. e. Scymno adscriptum. G.). *Marxius* (in *Ephori fragm.* p. 158).

Vs. 475. Ἐκ τῆς Ἤλιδος] Cf. Ephor. ap. Strab. p. 647, B, Apollodor. I, 7, §. 6, et *Rochette*, l. c. II, 36.

Vs. 477. Ναύπακτος] Cf. Ephor. ap. Strab. p. 653, B, et *Rochette*, l. c. III, 7.

Vs. 481. Ἀπὸ τῶν πρὸς Εὐβ. Λοκρῶν] Cum nostro, Plutarchus *Quæst. græc.* §. XV, p. 294, Eustathiusque ad *Il.* II, vs. 531, pag. 210, testantur Locros occidentales esse ab orientalibus juxta Eubœam oriundos, et Locrum e patria trans Parnassum abiisse. Quum mox vs. 587 sqq., noster Locrorum reges primos dicat fuisse Amphictyona, Ætolum, Physcum, et quartum Locrum, concludit Mannertus, VIII, 118, Locri adventum in occidentalem Locridem fuisse quarta generatione post Deucalionem, Amphictyonis patrem, et quarta ante trojanum bellum. At, tacente Homero de Locris occidentalibus, conjicit Mannertus, præeunte Guilelm. *Schlegel* in *Geogr. Homer.* p. 18, 19, hanc gentem trojani belli haud participem fuisse. Dictum sit obiter : illud idem conjicerem de Ætolis, utpote mediterraneis et semi-barbaris; sed Mannertus adjicit Acarnanas quoque defuisse. Strabo tamen p. 709, B, hanc litoralem regionem, Ἤπειρον Homero dictam, recte judicat Ulyssi paruisse, et naves suas Trojam misisse. De quo vide nostra ad Scylac. p. 209, 210. Ceterum rem accurate tractat Mannertus de Ozolis. Vanum censeo, quod ait Strabo, p. 653, A, Homerum adludere Locris etiam occidentalibus, ideo quod laudaverit situm Locrorum, οἳ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίας; *illud, ait, innuit alios esse Locros.* Minime; nam ubique gaudet Homerus describenda locorum natura.

Vs. 482. Δελφοί] Delphos, ceu regiunculam per se stantem, noster distinguit a Locride et Phocide : Scylax in Phocide includit. *Archaismis* autem delectatur noster, et dividendis regiunculis, ut ad earum originem respiciat. Mox in συνάπτουσιν... ἐχόμενοι est redundantiæ genus, ut vs. 191.

Vs. 489. Idem plane Strab. (p. 614, C, Almel.) ex Ephoro: ὅτι μόνη τριθάλαττός ἐστι. *Huds.* (Conf. Holsten. ad Stephan. pag. 69. G.)

Vs. 492. Vulg. τι πέλον] Vid. varr. lectt. πέραν rescripsi. Cf. nostra ad vs. 284.

Vs. 497. Τὸν δὲ τρίτον] Τὸν δὲ τρίτον pro loci alicujus nomine a librariis suppositum esse suspicor. *Hudson.*

Minime : *tertium mare* exprimitur, quod spectat Bœotia τριθάλασσος. Primum est sinus Crissæus, unde naves Ionium versus sinum Siciliamque solvebant (vs. 490-492); secundum mare

situm ad meridiem Euripi (vs. 492-495); tertium, ad septentrionem Euripi (vs. 497-499). Vid. similem usum τῦ πέραν ap. Sophocl. Œdip. Col. vs. 8.

Vs. 502. Cf. Pausan. I, 39, et *Rochette*, l. c. III, 55, 57.

Vs. 507. Κορινθιακὸς... κόλπος] Videtur Scymnus hac adpellatione intelligere tantum partem intimam Crissæi sinus, quum supra vs. 472, 479, Ætoliam et sinus aperturam prætergressus, nomen nullum ei tribuat, et *Corinthium sinum* Megaridi tantum adjacentem faciat. Eodem sensu *semel* Corinthiacum sinum usurpare videtur Strabo, p. 583, A, dum ceteroquin (ignoscat Palmer, *Exerc.* pag. 302, contrarium adserens) totum sinum intelligit. De quo fusius ad Scylac. p. 561-564.

Vs. 509. εἰς ἄλ. συνάγουσιν] Cf. vs. 334, et nostra ad l.

Vs. 511. Strabo de Peloponneso, p. 515, B: κόλποις γὰρ καὶ ἄκραις πολλαῖς, καὶ τοῖς σημειωδεστάτοις χερρονήσοις μεγάλαις διαπεποικιλμένην.... Cf. et pag. 517, A.

Vs. 517. Κόρινθον] Corinthum in Peloponneso includit noster; sic et Strabo, p. 581, A, Pliniusque, IV, 3. Videtur ob pravam distinctionem capitum Scylax, p. 260, Corinthum ponere *extra Peloponnesum*; sed ibi, p. 567, monstravi uno tenore hunc locum scribendum esse. Quamvis Corinthus πόλις ponitur, antequam *initium* Peloponnesi laudatum fuerit, intelligendum est tamen Corinthum hic Megaridi adponi, seriei geographicæ gratia, sed *regionem* potius subaudiendam esse, in qua initium Peloponnesi et civitatis situm lector ad convenientem locum reponat. Scylax semet ipse explanat p. 269, §. 56.

Edidit *Rerum Corinthiacarum Specimen* Wagnerus, Darmstadt, 1824. Cf. *Bullet. des sc. histor.* 1825, p. 395.

Vs. 518. Vulg. πρὸς ἰσθ. πόρους] Emendavi τόπους. Nam nusquam Scymnus adhibet τὸ πόρος de continentis loco, ut latine *tractus* usurpatur. Ubique πόρος apud nostrum est *trajectus maritimus*, ut vs. 221, 253, et pass. Immo nullus, quod sciam, vocem πόρος adhibuit de loco continentis, quamvis Stephanus in *Thes.* t. III, p. 164 (p. 7376, ed. Lond.), scripserit: πόρος *dicitur etiam ora maritima.* Laudat scilicet ille Thuc. I, 120, cujus verba sunt... τοὺς.... μὴ ἐν πόρῳ κατῳκημένους. At ibi, ut recte ait Gottleb., ἐν πόρῳ est *juxta, apud*; cf. Matthiæ *Gramm. gr.* §. 577, Zeun. ad Xenoph. *Anab.* VI, 1, init., p. 394, et ib. p. 312, Spohn. ad Niceph. Blemmid. pag. 29-31, et nostra ad Scylac. p. 530. Sic in thucydideo loco τὸ πόρος sensum proprium *transitus maritimi* servavit, et scholiastam incautum latuit vis præpositionis ἐν, dum scriberet: ἐν πόρῳ· ἐν τῷ πα-

ϑάλαφ. πέραν καλεῖ τὰ ἐμπόρια. Dicere debuisset πόλεις ἐπὶ πόρῳ καλεῖ τ. ἐ. Sic locus ἐν πόρῳ, vel ἐπὶ πόρῳ potest esse continentis, sed non πόρος ipse, quod diceret noster, si vulgatam lectionem sequeremur. Vox contra τόπος Scymno usitatissima est in similibus; vid. pass. : neque aliam ille dicendi formam ibi adhibuit, quam Anonym. *Peripl. Pont. Eux.* p. 11, fin. Huds., vel ap. Scymn. *Fragm.* vs. 28 : Κατέρχεται (Ἴστρος) ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων.

Vs. 522. Τὴν ἀκτὴν] De ἀκτὴ cum sensu *peninsulæ*, vid. Voss. ad Scylac. p. 336, et nostra ibi p. 528. Hic propria et absoluta adpellatione τὴν ἀκτὴν Scymnus vocat hanc peninsulam, ubi Hermion et Epidauria jacebant, ut Ἤπειρος proprium regionis nomen fuit. Sic disertius etiam vs. 532. Ceterum Scylax quoque, p. 207, hæc non Argivis tribuit.

Vs. 526. Ἁλίκην] Cf. Thucyd. IV, 42, Strab. pag. 597, B, et quos laudat *Rochette*, l. c. III, 28. — Mox de Phalce, et ducibus aliis, vide Rochett. l. c. init. volum. tert.

Vs. 538. Ἀπὸ Μαλείας . . . ἄχρι τ. Δ. Ῥόδου παρεκτείνουσα] Vertit Vindingius, *usque ad Rhodum extensa;* sed aliquid insuper exprimit παρεκτείνουσα, longe diversum a προσήκουσα. Nimirum non vere *pertingit* Creta usque ad Rhodum, neque ἀπὸ τῆς Μαλείας vere proficiscitur; sed (cum sensu particulæ παρά) latitudinem habet, cujus extrema linea, a merid. ad septentr. producta, Rhodum fere attingeret. Illud respicit ad geographiam physicam, quæ ex Eratosthene, et præsertim ex Hipparcho invaluerat.

Vs. 541. Ἐτεόκρητας] Idem tradit Diodorus Sic. l. V (c. 64 et 80). Vide Meursii *Cretam*, lib. I, c. 2, 3. *Hudson.*

Vs. 543. Πρώτους. . . ἄρξαι] Vid. Thucyd. I, 4. Scylax, p. 264, non illud ipsissimum exprimit, sed Lacedæmonios *primum* laudat inter Græcos insulæ colonos.

Vs. eod. Vulgo ἄρξαι, θαλαττίας τε νήσων.] Sed quamvis Creta Aristoteli (*Politic.* II, 7) δοκεῖ καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν ἑλληνικὴν πεφυκέναι, καὶ κεῖσθαι καλῶς, nusquam Cretes Græciæ imperium olim obtinuisse traditur, at Græci maris, passim. Vide de eorum θαλασσοκρατία interprr. ad Herod. VII, 171, ad Thuc. I, 4, ad Euseb. p. 47, Wessel. ad Diod. V, 60. *Marx.* (in *Ephor. Fr.* p. 162). (Locum emendavi ad Marxii sententiam. G.)

Vs. 544. Νήσων. πόλεις κατασχεῖν] Thuc. I, 4 : καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε (Μίνως), καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο.

Vs. 547. Αὐτόχθονος] Sed αὐτόχθονα negat fuisse ex Stephano Scaliger, qui ex Jove et Ida nympha natum memorat. Verum

hoc nihil prohibet quin αὐτόχθων fuerit ; aliud quippe αὐτόχθων, aliud γηγενής. Athenienses αὐτόχθονας se esse jactabant, qui γηγενεῖς non erant. Indigenam fuisse regem illum volunt, qui Cretæ nomen dedit, non extraneum, sed in ipsa insula natum. *Salmasius* (in *Exercit. Plin.* c. 11, pag. 119). Vide Meursii *Cretam*, l. III, c. 1. *Hudson.*

Vs. 548. Πλεῖν ἡμέρας] Cf. Scylacem, §. 48, p. 264.

Vs. 550. Vulgo Ἀστυπάλαια] Omnino legend. Αἰγίλεια. Nam Astypalæa, Asiæ proxima, nullo modo collocari potest Cretam inter et Cythera, sed verius *Ægilia*, quod egit Scylax pag. 325, fin., ubi pro vulg. Αἴγιναν, recte rescripsit Dodwell. Αἰγιλίαν. Illud idem innuit Plinius, IV, 12; immo minime licet aliter nostrum legere, quum ipse adjiciat μετὰ δὲ ταῦτα, id est, procedendo *ad orientem*, jacere *Æginam*, nec ante illam potuerit orientaliorem Astypalæam ponere. Quod adtinet ad colonos illos *Megarenses*, Astypalæam deductos, illud fere miratur Rochettius his verbis, III, 158 : *Cette colonie (de Mégariens à Astypalée), dont Scymnus de Chio nous révèle l'existence, paraît être une des plus anciennes que Mégares ait produites.* Sic caret auctoribus aliis hæc Astypalææ οἴκισις, quam Ægiliæ ego tribuerem. Ceterum habet Stephanus formam Αἰγιάλεια; Herodotus, VI, 107, Αἰγίλειαν; *Ægliam* Plinius, IV, 12. Stephani formam admisi, ut metro convenientiorem.

Vs. 553. Οἰνώνη] Ita appellatam fuisse etiam agnoscunt Strabo et Stephanus Byzantius. *Hudson.*

Vs. 555. Αἴγιναν] Ὕστερον δὲ Αἴγινα ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἀσωποῦ τῆς μὲν θυγατρὸς Αἰγίνης, Αἰακοῦ δὲ μητρός. Steph. Byzant. *Hudson.*

Vs. 559. Πελασγοὺς πρῶτον] Cf. Palm. *Gr. ant.* p. 46. *Huds.* Vid. Herodot. I, 56, et VIII, 44, et *Rochett.* l. c. I, 140.

Vs. 560. Πελασγούς... Κραναοὺς καλεῖσθαι] Illud adstruit sententiam vv. dd., *Cranaum* regem nunquam exstitisse judicantium; cf. *Raoul-Roch.* l. c. I, p. 126, not. 2. Nam epitheton est, quo Pelasgorum Atticorum antiquitas exprimitur. Vanum igitur, quod conjicit Kœnius ad Herodot. VIII, 44, pag. 639, ed. Wessel.

Vs. 562. Ὑστέροισι δὲ χρόνοις, Ἐρεχθέως... ἡγουμένου] Minime noster temporis intervallum ullum subaudit inter Cecropa et Erecthea; nam compertum est Erecthea regnum ex Cecrope accepisse. Cf. Herodot. VIII, 44, laudat. mox ad vs. 564; Isocrat. *Panath.* pag. 258, et *Rochette*, l. c. tom. I, p. 126.

Vs. 564. Ἡρόδοτος] lib. VIII. Vide Meurs. *de Regno Athen.* lib. II, c. 11. *Hudson.*

Herodoti VIII, 44, hæc verba sunt : Ἀθηναῖοι δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοί, οὐνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος, ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐκδεξαμένου Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχήν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. Cf. ibi Walcken. Adi et Eustath. ad Dionys. vs. 423, p. 78, Huds.

Vs. 565. Κάμψαντι...] Hic et in similibus usurpatur partic. præs., aut aoristi, pro plusquam perfecto tempore. Sic Scylax p. 284, init. : ἐν δὲ τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ εὐθὺς εἰσπλέοντι, εἰσὶν ἐπ' ἀριστερᾶς Σκύθαι. Idem, p. 291. fin. : Ἔστι (ἡ Μυσία) τὸ ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Ὀλβιανοῦ κόλπου ἐκπλέοντι εἰς τὸν Κιανὸν κόλπον μέχρι Κίου. Adhibetur ἐκπλέοντι cum sensu, *postquam egressus fueris.* Strabo disertius his verbis, p. 188, C : Εἰσπλέουσι τοίνυν τὸν κατὰ στήλας πορθμὸν, ἐν δεξιᾷ μέν ἐστιν ἡ Λιβύη μέχρι τῆς τοῦ Νείλου ῥύσεως· ἐν ἀριστερᾷ δὲ ἀντιπόρθμιος ἡ Εὐρώπη μέχρι τοῦ Τανάϊδος. *Intrantibus fretum apud Columnas, ad dextram Libya est usque Nili fluxum.....* Liquet hic εἰσπλέουσι eodem sensu, quo supra ἐκπλέοντι; immo vulgo vertunt, *Ingressis fretum....* quod vis ipsa loci poscebat.

Vs. 567. Μάκρις] Strabo (p. 682, A, Almel.) : Διὰ... τὸ μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Μάκρις ὠνομάσθη. Agathemerus (1, 5) : Ἔστι γὰρ μακρά· διὸ Μάκρις ὠνομάσθη. Scholiast. ad Apollon. (vs. 394) : Ἡ γὰρ Εὔβοια καὶ Μάκρις ἐκαλεῖτο διὰ τὴν θέσιν. *Huds.*

Vs. 569. Ἀπὸ... Ἀσωπίδος... λαβοῦσα τοὔνομα] *Poetis vulgo Asopis dicta.* Plin. *Nat. hist.* l. IV, c. 12. *Hudson.*

Vs. 571. Λέλεγας] Cf. Rochettium, l. c. I, 207, 208.

Vs. 572. Πάνδωρον κτίσαι] Ambæ (sc. Eretria et Chalcis) ante bellum trojanum ab Atheniensibus ἐκτίσθαι λέγονται. Post bellum trojanum Æclus et Cothus Athenis profecti, ille Eretriam, hic Chalcidem ᾤκησε, Strab., l. X, p. 446, D, 447, ed. Casaub. Ibid. ᾤκισε legit Berkel. (Immo jam Hœsch. Vide mox. G.) *Hudson.*

Pandorus Erechthei filius est etiam ap. Apollodor. III, 15, §. 1. Illi conditam Chalcidem tribuit noster; Strabo contra Cotho, Æcli fatri.

Vs. 574. Αἴκλον] Quem laudat Strabo, p. 495, init., 683, A, et 685, B; et Plutarch. *Quæst. græc.* §. 22. Refert Strabo, pag. 685, Æclum condidisse Eretriam. Ut sensus idem ex Scymno eliciatur, legendum est Αἴκλον δ' Ἐρετρίαν, Ἀθηναῖον γένει· nam vulg. Αἴκλον τ' Ἐρετρίαν τ', videtur Æclum ostendere quasi conditorem cum Pandoro communem et Chalcidis et Eretriæ. Sic autem intricatior esset oratio.

Vs. 575. Κόθον] Ap. Strab. (p. 685, Almel.) *Cothus* scri-

bitur Chalcidem condidisse. Leg. enim ᾤκισε, non ᾤκησε. *Hæsch.*

Vix dubito quin cum ed. Vindob. rescribendum sit Κόθον. Non patitur versus Κόθωνα, nec potest Κόθων hic pro nominat. casu haberi : pro acc. att. ægre haberem, quamvis reperiam τὸν Ἄθων ap. Herodot. VI, 44 (vid. ibi Wessel.). Incauta igitur est dubitatio Palmerii ad Strab. p. 683, Almel., vel potius in *Exercitt.* p. 325. — Tradit Strabo, p. 685, Cothum condidisse Chalcidem; noster contendit Chalcidem Pandori opus fuisse, sed Gerinthum Cothi. Ceterum Cothus ubique cum Æclo laudatur; cf. citt. auct. ad vs. 574.

Vs. 577. Περραιβῶν κτίσις] Cf. *Raoul-Rochette,* l. c. tom. II, p. 284, sqq. Ceterum ibi etiam per archaismum nomen Ἱστιαία cum Scylace et Thucydide, VII, 57, noster adhibet, sua ætate in Ὠρεός mutatum. Vide nostra ad Scylac. p. 416.

Vs. 580. Στάφυλος] Ap. Diodor. V, 79, *Pamphylus* dux est hujus coloniæ; sed, ut vidit Rochett. l. c. II, 158, Scymni lectionem tuentur Plutarch. in *Thes.* §. 20, pag. 19, Hutt., et schol. Apollon. III, 748.

Vs. 584. Πελασγιῶται] Cf. Rochett. l. c. I, 274. Quæ insula Dicæarcho, vs. 147, Πελασγία dicitur.

Vs. 585. Χαλκιδεῖς] Cf. *Raoul-Rochette,* l. c. t. III, p. 202, 203.

Vs. 586. Κνημιδῶν Λοκροί] De latitudine litoralis hujus regionis concinunt inter se Scylax et Strabo. Prior, p. 273, scribit Locrorum præternavigationem esse 200 stadiorum. Strabo, p. 650, C, dicit ex Bœotiæ finibus incipere Opuntium sinum, et eum patere 40 stadiis (p. 651, A), usque ad Cynum. A Cyno interpolator ibi ait esse 50 stadia ad Cnemidem; sed hæc, δέχει δὲ τῆς... usque ad σαδίους, mendosa sunt, tum quia seriem geographicam rumpunt a meridie ad septentr. ductam, tum quia mox Strabo ipse (651, C) a Cyno ad Alopen 90 stadia numerat, et inde 20 ad Cnemidem. Sunt igitur a finibus Bœotiæ ad Cnemidem 130 stadia. A Cnemide ad portum Thronio adjacentem Strabo (652, A) 20 stadia habet; et tandem adjicit ille esse a Thronio ad Scarphen 30 stadia. Quum autem mediterranea sit urbs Thronium, plus illa distabat a Scarphe, quam portus ipse; sed quæ supererunt ibi stadia, nos perducent ad *Nicæam* et ad Thermopylas, quo devenit Strabo (652, B) sine stadiasmo dato. Sic sigillatim stadia 200 circiter habet geographus a Bœotiæ finibus ad Thermopylas, et concinit cum Scylace. Mannertum, VIII, 115, hic non intelligo, qui stadia 280 apud Strabonem, et 400 apud Scylacem vidit.

Vs. 587. Ὧν πρῶτος... Ἀμφικτυόνων] Cf. Claverium, *Prem. T. de la Gr.* I, 93; Raoul-Rochette, *Hist. des col.* II, 15 et 16; Mannert. VIII, 117.

Vs. 590. Λέλεγας] Cf. Dicæarch. vs. 71 et ibi adnot.

Vs. 591. Ἑξῆς.... Δωριεῖς] Concinit cum veteribus fere omnibus noster, Locros perducendo usque ad Doridem, neque Phocidem in hoc litore Locros inter et Dorienses collocando. Scylacis contra Periplus p. 274, Phocenses *ad hoc mare* pertingentes describit, quibus civitates *Thronium, Cnemidem,* &c. tribuit. Immo, ut ait Palmerius, *Græc. ant.* 566, Æschines videtur Scylaci astipulari, qui in orat. *de fals. leg.* p. 301, t. III, Reisk., *Thronium* et urbes ibi Locridis alias, Phocensium potestati subditas refert. Immo Strabo, p. 637, B, *Phocidem antiquitus ad Euboïcum mare pertingentem* exprimit. Sed recte vidit Palmerius eas urbes interdum fuisse sub Phocensium imperio *(a)*, potius quam in Phocide ipsa, et Æschinis ac scylacei Peripli divisionem respicere ad ol. 106. Huc quoque respicit Homer. schol. Villois. in *Catal.* vs. 42, p. 76, cujus verba sunt: Εὔβοια, νῆσος παρακειμένη τῇ Ἀττικῇ, καὶ Εὐβοίᾳ (leg. Βοιωτίᾳ), καὶ Φωκίδι καὶ Λοκρίδι. Gallide igitur Palmerius l. c. in hac Scylacei Peripli parte, geographiam Scylaci posteriorem odoratus est. Scymnus vero respicit ad geographiam antiquam pariter et recentem; nam usque totum litus illud amplexa fuit Locris, si tempora tertii *belli sacri* excipias.

Vs. 592. Ἐρινεόν...] Cf. Scylac. §. 63, p. 274.

Vs. 595. Τούτων δ' ἄποικοι] Herodot. VIII, 31, sic: ἡ δὲ χώρη αὕτη (Doris juxta Meliadem) ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. Thucydides, III, 92:... καὶ Δωριῆς ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων. Meminit et Scylax *(b)* Doriensium illorum, quos vocat *Limodorienses.* Immo videtur ille suos Dorienses mari proximos ponere, quod offendebat cl. Palmerium. Cf. not. ad Scylac. p. 420. Ego, quum Plinii verba, non satis apta ad rem, laudaverim, melius erat exhibere locum Herodoti, VIII, 31, luculentum: (Doriensium regionem, ex Trachinia, id est, *ex litore* profecti, invadunt Thessali proditores) Τῆς γὰρ Δωρίδος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτῃ κατατείνει, ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κῃ εὖρος, κείμενος μεταξὺ τῆς τε Μηλίδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης. Sic non *ad verbum*, sed vero proxime Scylax scribere potuit: ἐν τούτῳ κόλπῳ εἰσὶ οἱ Λιμοδωριεῖς. Ceterum de Doriensium primis sedibus vid. doct. *Raoul-Rochette*, l. c. t. II, p. 63-68.

(a) Conf. Diodor. XII, 44, et XVI, 60. (b) §. 63, pag. 274.

Vs. 596. Ἡράκλεια] Quæ civitas belli peloponnesiaci tempore condita fuit, auctore Thucyd. III, 92; et, dictum sit obiter, quum hujus urbis meminerit Scylax, §. 63, p. 274, illud etiam respicit ad ætatem, genuinæ compagi libri posteriorem. — Nonnulli volunt *Heracleam* in locum *Trachinis* successisse; sed distinguunt Scylax et Strabo, pag. 655, B, Heracleam a Trachine. Nempe Scylacis et Herodoti ætate (cf. Herod. VII, 176) jam stabat Trachis, sed *locus* potius habitatus κατὰ κώμας, quam *urbs*. Thucydides enim, III, 93, init., refert colonos Spartanos in Trachiniam devenisse, et *hanc urbem* ξυνοικίσαι. Illud de *vicis in urbem coalescentibus* intelligendum est *(a)*. Immo Thucyd. III, 92, habet ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς, *de novo instruxerunt urbem mœnibus.* Non dicit aperte Thucydides hanc Heracleam diversam esse ab *antiqua urbe Trachinie*, quia fere vicus tantum erat hæc Trachis; sed diserte distinguunt illas Scylax, Strabo, et cum illis doct. *Raoul-Rochette* (loc. cit. IV, p. 59). Scymnus contra vs. 598, de Heraclea : ... ἣν οἱ Λάκωνες... πρότερον ἔκτισαν. Mox expulsis Lacedæmoniis (Diodor. XIV, 82), et prioribus incolis (Trachiniæ) in urbem redintegratis, fere periit forsan vicus Trachis, et fuit tempus, quum scriptores crediderint Heracleam in ipsissimum locum Trachinis veteris successisse, et unam eamdemque ex duobus fecerint. Mihi videtur Diodorus Siculus (XII, 59) in hunc errorem delapsus esse, quippe qui non recte intellexerit Thucydidem, non satis aperte duplicem urbem distinguentem. Inde causa cur scripserit Diodorus : ... Λακεδαιμόνιοι τὴν Τραχῖνα καλουμένην ᾤκισαν, καὶ μετωνόμασαν Ἡράκλειαν. Sed non mutatum fuit nomen Τραχὶς in Ἡράκλεια, sed posterius illud tunc primum urbi novæ inditum. Vide tamen Mannertum, VII, 615, aliter judicantem.

Vs. 597. Λάκωνες μυρίους οἰκ.] Conf. Thucydid. III, 92, Diodor. XII, 59, et *Raoul-Rochette*, loc. cit. tom. IV, pag. 56-59.

Vs. 599. Πύλαια] Omnino diversa hæc *Pylæa* a *Thermopylis*. Jam distinguit Herodotus, VII, 176, *Thermopylas* a *Pylis*, sive *portis:* cf. J. B. Gailii *Philologue*, t. XII, p. 127. Sic Strabo, p. 656, A, meminit Thermopylarum, et mox (656, C) adjicit : Ἔξω δὲ Πυλῶν εὐθὺς ὁ Σπερχειός. Usurpat noster

(a) Cf. ad Scylac. not. 202, pag. 392; et adde Plutarchi (*de Exsil.* §. 17, pag. 386, Hutt.) hæc verba de Theseo, δι' ὃν οἰκοῦσι νῦν εἰς Ἀθήνας ἄνθρωποι. Hæc mendosa judicant vv. dd., et conjicitur μετοικοῦσι: sed exprimit τὸ εἰς Ἀθ. vim subauditam conveniendi in locum muris cinctum.

poëtice τὰ Πύλαια pro Πυλαί. Vid. Voss. ad Scylac. p. 480. De his litoribus cf. venerandi patris *Atlas*, planch. 20 et 28.

Vs. 601. Κόλπ. δὲ Μαλιακὸς ἐν τῷ μυχῷ] In libb., tam editis, quam mss., sic distinguitur locus « Κόλπος.... « Ἐχῖνος· οὐ πόλις ἐστὶ τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις « Ἐχῖνος· καὶ... Pro Ἐχῖνος in ultimo versiculo Ἐχινόεις legit Scal.; sed vocem ab eo frustra sollicitari existimat Vindingius. (Vid. nostra ad vs. 603. G.) *Hudson.*

Haud perperam ait Mannert. VII, 515, Maliacum sinum patere ab urbe Thronio ex merid., ad Echinum orientem versus. Illud idem, ni fallor, vere innuit noster, quamvis Heracleam et Pylæam videatur extra sinum ponere, præsertim adjiciendo: Κόλπος δὲ... ἐν τῷ μυχῷ. At vs. seq. in hoc ipso sinu Echinum etiam collocat, nec potuit sinum ad orientem latius extendere, dum ad meridiem tantum coarctaret. Ergo μυχός ille Scymni, Heracleam et Pylæam procul dubio amplectitur. Neque a Scymno absimilis Scylax, pag. 274, qui, relictis Thronio et Cnemide, incipientem sinum septentrionem versus faciat, Echinum usque, ad orientem. Sed non vidit Mannertus non concinere omnes de Maliaci sinus magnitudine, quum Strabo Alopen urbem jam in Maliaco sinu ponat, et illum contiguum esse dicat Opuntio sinui. Strab. p. 651, C.

Vs. 602. Ἐχῖνος... τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις] Silent omnes, quod sciam, de ortu urbis hujus, et ego hæreo anceps. Nam veteres omnes tradunt *Spartum*, vel *Spartonem*, filium esse Phoronei, et Inachi nepotem. Cf. Claverium *Prem. T. de la Gr.* II, 192, et *Raoul-Rochette*, l. c. tom. I, pag. 160. Serius quidem Dorienses ex Thessalia meridionali in Peloponnesum invadunt, et urbes doricas circa Maliacum sinum relinquere potuerunt: sed illud respicit ad ann. 1190 circiter ante Chr.; Echinus vero stabat ante Trojam captam, quum, teste Strabone (p. 662 fin.), Achilli paruerit. Neque Sparto hanc urbem conditam noster tribuisset, ob doricam tantum originem. Forsan pertinet condita Echinus ad annum fere 1880 ante Chr.; sed nullam historicam rationem hujus migrationis reperio.

Vs. 603. Ἐχῖνος καὶ ἐναλίων] Conjeci Σπερχειός, καὶ τῶν Μαλιέων. Scylax, pag. 274, 275, de iisdem locis : Σπερχειὸς ποταμός... εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Μαλιεῦσι.

Vs. 604. Ἔπειτ' Ἀχαιοί] Concinit Scymnus cum Scylace de terminis Phthiotidis. Nam Scylax ultimam urbem Maliensium Echinum habet, ἐσχάτη δὲ Ἐχῖνος. Haud absimilis noster Achæos incipientes ab Echino exprimit.

Vs. eod. Φθιωτικοί] Scaligeri conjecturæ (cf. varr. lectt. ad

loc. G.) favet Strabo, lib. IX (p. 662, B, Almel.), qui dicit *Achivos vocari Phthiotas universos. Huds.*

Cf. Thucydid. VIII, 3; et vid. not. 327 ad Scyl. p. 423, 424; not. 178 ad Dicæarch. *Vit. Græc.* Adi et *Raoul-Rochette, Hist. des col.* tom. II, p. 110.

Vs. 605. Πήλιον] Uberius de Pelio monte Dicæarchus in libello supr. p. 140, sqq. Vide ibi not. 203.

Vs. 607. Χώρα] Id est, Thessalia, quam noster cum Scylace (§. 65, 66) in mediterraneis locis includit, Magnetibus totam oram tribuens a Pagasetico sinu ad ostia Penei.

Vs. 612. Τήν τε... λίμνην] Liquet hæc pendere ab ἔχουσι vs. 608. Cf. Strab. p. 666, fin. Almel.

Vs. 613. Ἀθαμανία] De Athamanibus, Dolopibus, Perrhæbis, aliisque gentibus quas hic laudat Scymnus, vid. *Rochett.* l. c. II, 283-293, et Mannert. VII, 522, 527, 538 et pass.

Vs. 614. Habet Huds. συνοικίζοντα ἔθνη.

Vs. 615. Αἰνιάνων] Conf. Mannert. VII, 628.

Vs. 619. Μακεδόνας γηγενεῖς] Noster collocat circa Olympum Macedones autochthones. Perobscura sunt Macedoniæ incunabula. Et primum nullam agnoscit Macedoniam Homerus; conf. *Iliad.* XIV, 225, sqq., et Mannert. VII, 421. Immo refert Herodotus, VIII, 137, 138, conditores fuisse macedonici regni tres Argivos principes, Temeni filios, eosque habitasse ad Bermium montem (id est, circa Berœam). Justinus, VII, 1, primos Macedones Ædessæ, vel Ægarum, incolas facit. Ut ut est, sat recens est illud Macedoniæ regnum. Sed laudat Herodot. I, 56, ἔθνος Μακεδνὸν quoddam circa Pindum, et Macedones conjungit cum Doriensibus Peloponnesum invadentibus: immo Dorienses suos ex *Ossa* et *Olympo* in Peloponnesum ruentes depingit, VIII, 43. Inde subintelligendum est fuisse ibi quoque Macedones, ubi tum Dorienses. Sic non discrepat a vero Scymnus, qui Macedones γηγενεῖς ponit circa Olympum, et concinit cum Fragm. Hesiodi apud Constant. Porphyr. *Them.* II, 2, laudantis duos Jovis et Thyiæ filios,

υἱὲ δύο, Μάγνητα, Μακεδόνα θ' ἱππιοχάρμην,
οἳ περὶ Πιερίην καὶ Ὄλυμπον δώματ' ἔναιον.

Mannertus falsum hoc fragmentum judicat, VII, 422, quia virum *Macedonem* tam antiquum reperiat, et inde Macedoniam quamdam, Macedoniæ conditæ anteriorem, admittere

cogatur. Sed videntur exstitisse Macedones multo ante adventum Temeni filiorum, obscura forsan gens, donec argivi principes novum vere, sed non novæ adpellationis regnum creaverint. Respicit Scymnus perantiqua Macedonum incunabula; sin aliter Herodotum potius sequerer, VIII, 138, novi regni primas sedes collocantem circa Bermium montem.

Vs. 620. Interpungit Hœschelius post Πελαγόνων, ego pergentem orationem reliqui. Nam quid regeret vox ἔχει in sequentibus, si ἔθνος τὸ Λυγκηστῶν in præcedenti phrasi includitur? Neque mihi placet quod dedi: malim ἔθνος... Πελαγόνων ἔχει, παρά τε τὸν Ἀξ... Ceterum suspicor hæc παρὰ τὸν Ἀξιόν, innuere partem Macedoniæ diversam a præcedentibus, et respicere ad Thucydidis verba hæcce de priscis Macedoniæ regibus: Τῆς δὲ Παιονίας παρὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν, στενήν τινα καθήκουσαν ἄνωθεν μέχρι Πέλλης καὶ θαλάσσης ἐκτήσαντο. II, 99.

Vs. 621. Τῶν Πελαγόνων... [τῶν κειμένων]...] Sensus est Macedoniam complecti Lyncestas, Pelagonas, eosque qui habitant ad Axium, fl. et Bottiæos, quique habitant ad Strymonem. Strabo, lib. VII, p. 326, Casaub.: Καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ Λυγκηστὸν, καὶ Πελαγονίαν, καὶ Ὀρεστιάδα, καὶ Ἐλιμίαν, τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἐκάλουν. De Axio Strabo in Excerp. lib. VII: Εἶτα ὁ Ἀξιὸς, διαιρῶν τήν τε Βοττιαίαν καὶ τὴν Ἀμφαξῖτιν γῆν. Vide Tzetzen chiliad. 10 Histor. 316, et Ptolem. lib. III, cap. 13. De Strymone Scylax Caryand. p. 27 (Huds.): Μετὰ δὲ Μακεδονίαν Στρυμὼν ποταμὸς, οὗτος ὁρίζει Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην. *Vindingius.*

Vs. eod. Παρὰ τὸν Ἀξιόν] Sic in cod. Casaub., et ed. Hœschel.; παρὰ τὸν Ἀξίονα, cod. Pal., unde vocem Ἀξίονα corrigendam ex Strabone, et in Ἀξιόν mutandam esse conjecit Hœschel. *Huds.*

Hic fluvius suum alveum mutavit, et nunc ostia habet quatuor leucis remotiora a Thessalonica ad Lydiæ ostia, ubi paludes sunt, in quas sæpe miscentur Lydias et Axius.

Vs. 622. Καὶ Βοττιαίων] (Olim) perperam καὶ Βουτιατῶν, pro Βοττιατῶν. Mss. hoc loco legunt Κοττιάτης. Sed in iisdem C, ut κ, sæpe pingitur. *Holsten.* (*in Steph.* pag. 10).

Hic explanandus noster de situ, quem macedonicæ genti cuique tribuit. Collocat Scymnus Bottiæos in ora sinus Thermaïci ad orientem Axii fluminis, et juxta Chalcidicen. Antiqua Bottiæa regio, qualem Herodotus depingit, erat maritima ad meridiem amnis Lydiæ. Sic ille, VII, 127: Ἐπίσχε δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ (Ξέρξεω).... ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης πόλιος.... μέχρι Λυδίεώ τε ποταμοῦ καὶ Ἁλιάκμονος, οἳ οὐρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαΐδα τε καὶ

Μακεδονίδα... *incipiens ab urbe Therma... usque ad Lydiam et Haliacmona, qui amnes agrum Bottiæicum Macedonicumque terminant.* Hic liquet τῷ συνεῖζουσι sensum inesse *utramque regionem ad septentrionem terminandi,* nec vero *dividendi,* quod contra exprimit auctor Epitom. Strab. (p. 509, Alm.) voce διαιρῶν. Immo tradit Thucydides, II, 99, Bottiam, se vivente, usque ad Chalcidicen pertingere; illud autem innuit antiquam Bottiam non tam late ad orientem patuisse, et lucem adfert Herodoto, illam ad meridiem Lydiæ includenti. Scymnus contra veteris Bottiæ oblitus, Bottiæos tantum laudat recentiores, qui, ut ait Thucydides, Chalcidensibus contigui sunt, οἳ νῦν ὅμοροι Χαλκιδέων οἰκοῦσι.

Vs. eod. Τῶν τε περὶ τὸν Στρυμ.] Thucyd. II, 99, de priscis Macedoniæ regibus, hæc : .... καὶ πέραν Ἀξίου, μέχρι Στρυμόνος, τὴν Μυγδονίαν καλουμένην, Ἠδῶνας ἐξελάσαντες, νέμονται.

Vs. 624. Πέλλα] Situm Pellæ, juxta lacum disertius exprimit auctor Epitom. Strab., p. 509, ed. Almel., et ἀνάπλουν scribit esse 120 stadiorum. Cf. Livium, XLIV, 46. Ceterum, quum apud Scylacem (cf. p. 277 et 572) reperiatur corrupte Πολάγιλις, anceps fueram utrum rescribendum esset Πέλλα πόλις cum Salmasio, an πόλις Αἰγαί cum Vossio, pag. 427, 428 ; nec non malueram Αἰγαί. Sed ait Scylax ad hanc urbem quamlibet esse ἀνάπλουν; testatur autem Strabo hujusmodi anaplum esse ad Pellam. Immo locorum explorator accuratissimus *Cousinery,* testatur naves per Lydiam ad lacum supra dictum pervenisse, et a lacu per canalem quemdam ad urbem Pellam, quæ paullo remotior erat ad septentrionem. Nusquam contra video *anaplum* fuisse ad Ægas vel Edessam; et illud minime fieri potuisse adserit *Cousinery,* quamvis flumini cuidam hæc urbs imposita fuerit. Ceterum considerandum, Strabonis Epitomen initium fluvii Lydiæ ducere tantum a lacu ipso, juxta Pellam jacente; et lacum ex uno Axii brachio undas sese exonerantes accipere : ergo, secundum abbreviatoris mentem, nullus est Lydias in mediterraneis ultra Pellam. Sed aliter locorum naturam hodiernam depingit *Cousinery.* Refert ille Lydian in duplicem alveum dividi, et insulam efficere, ubi Pella forsan fuit. Ut ut est, Pella vere est, quam apud Scylacem dignoscamus oportet; minime contra *Ægas.* Illud autem respicit ad ætatem Philippo posteriorem, quum ab illo βασίλειον Pella facta fuerit. Testatur Dio Chrysost. jam, se vivente, Pellam deletam fuisse (p. 402, B, ed. Morell. Lutet. 1604).

Hic obiter : Fluvium Haliacmonem Macedoniæ aliter alii

collocant. Herodotus, VII, 127, tradit Haliacmonem et Lydian in *eumdem alveum confluere*. Scylax vero, pag. 277, Lydiæ et Haliacmonis ostia, quamvis proxima, distinguit, et urbem Alorum interponit. Strabonis Epitome *(a)*, quam Ptolemæus ducem sequitur *(b)*, a meridie ad septentrionem procedendo; collocat *Dium*, *Haliacmonem* fluvium, *Pydnam*, *Methonen*, *Alorum*, *Lydian* amnem. Sic collocat Strabonis Epitome Haliacmonem ad meridiem Pydnæ, dum hunc amnem Herodotus et Scylax ponunt ad septentrionem Pydnæ et Methones. Illud omnino mendosum judicat *Cousinery*. Discrepant tantum inter se Herodotus et Scylax, in eo quod posterior Lydian et Haliacmonem distinguat, et interpônat Alorum: sed ambo consentiunt in removendis Haliacmonis ostiis ulterius ad septentrionem, quam pro recentiori geographia reperitur. De quo silent Cellar. et Mannert. Ceterum videntur hujus litoris flumina, ob inclinationem quamdam soli, sua mutasse ostia, quod Axius præcipue passus est. Cf. ad vs. 621.

Vs. 625. Θεσσαλονίκη] Olim *Therma*. Vid. Strab. Epitom. p. 509, et ibi Casaub.

Vs. 627. Αἴνιον] Scylaci, p. 278, init, Αἴνεια dicta. De qua urbe ab Ænea trojano, ut aiunt, condita, vid. Heyn. *Excurs.* I ad *Æneid.* III, vol. II, pag. 562, et *Raoul-Rochette*, l. c. tom. II, p. 352. Sed Ænii ortum tribuit Scymnus Corinthiis; illud autem respicit ad posteriorem coloniam illuc a Corinthiis adductam, Cypseli forsan ætate *(c)*. Hic Scymni locus doctissimum *Raoul-Rochette* latuit, dum secundam coloniam in hanc urbem deductam, Eretriensibus ex conjectura tribueret l. c. III, 205. Immo non duplicem coloniam distinguit Mannertus, VII, 466; sed suspicatur conditori corinthio nomen fuisse *Ænian*.

Vs. 628. Cf. varr. lectt. Nostram lectionem poscunt et series orationis et metrum.

Vs. 629. Κασσάνδρεια] Cf. Mannert. VII, 461, 462. — Dele virgulam post μετὰ ταῦτα.

Vs. 630. Ἐν. .μέσῳ.] Non caruit tamen portu hæc civitas, quum Livius, XLIV, 10, classem laudet *ab Antigonea profectam*.

Vs. 631. Vulgo ὕστερον] Legendum puto λεγομένη, et ὕστερον intelligo de loco (recte, G.), post Antigoniam sitam

(a) Pag. 508, fin., et 509.
(b) Conf. Casaubon. ad Strab. pag. 508.
(c) Conf. Raoul-Rochette, l. c. t. III, pag. 200.

esse Olynthum, quamvis Olynthus urbs Thraciæ, et Antigonia urbs Macedoniæ, dicatur. *Vindingius.*

In lat. vers. lege melius : *Olynthus vero ulterius*....

Vs. 634. Παλλήνη] *Civitas* dicta Scymno, Stephano Byz., Plinio, IV, 10, Pseudo-Didym. ad Hom. *Il.* A, 574, et schol. Villois. ad *Catal.* vs. 81, p. 77. De qua *urbe*, quum sileant veteres, dubitare videtur Mannertus, VII, 464. Sed prætermiserat vir doct. Scymni locum, ex Ephoro sumtum, et quem deleri quivis non patiatur. Attamen ex Thucyd. I, 64, non ita facile concludas exstitisse Pallenen *urbem*, cui inter alios patrocinantur Gottleb. ad loc., et cl. Barker. *dissertat. de Pallene et Pellene*, in *Classic. Journ.* june 1826, pag. 258-263.

Vs. 635. Φλέγραι] Idem in *Excerptis e Strab.* l. VII (p. 510). *Hœschel.*

Vs. 643. Ὁ Διονύσου.... Θόας] Homer. *Il.* XIV, 230 : Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε, πόλιν θείοιο Θόαντος. Ibi laudat Heyn. schol. : τὴν ὑπὸ Θόαντος πολισθεῖσαν. Respicit hæc Thoantis cognatio cum Dionyso ad mysteria Cabirorum ; Bacchum enim Sabazium ait Cic. *de Nat. Deor.* III, 23, filium esse unius e Cabiris.

Vs. 644. Ἀθηνῶν ἀποικ.] Cf. Plutarch. *Quæst. græc.* §. 21, p. 389, Hutten. ; et *Rochette*, l. c. III, 435.

Vs. 646. Ἀνδρίων ἀποικία] Cf. Thucyd. IV, 84, et Rochett. l. c. III, 210, 211.

Vs. 647. Διώρυξ] Plinius, lib. IV, c. 10 : *Fretum, quo montem Athon Xerxes rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum* MD. Perfossum montem a Xerxe auctores sunt, Herodotus, VII, p. 391 (c. 21), Diodor. XI, c. 2, Plutarchus περὶ εὐθυμίας, p. 315 (p. 470, Francof. §. X, Hutten.), Tzetzes chiliad. I Histor. 32. Ammiano Marcellin. lib. XXII, pag. 469 : *Athos in Macedonia, mons ille præcelsus, navibus quondam Medicis pervius* dicitur. Livius etiam, lib. XLV, c. 30, hunc montem in Macedonia collocat. Sic Hesych. Ἄθως, ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ. Et Ptolem. lib. III, c. 13 : Χαλκιδικῆς.... Ἄθως ὄρος in Macedonia. Sed Stephano : Ἄθως, ὄρος Θρᾴκης. Vide et Excerpta ex Strabon. l. VII, p. 330, 331. *Vindingius.*

Vs. 648. Ἑπτὰ σταδίοις] Cf. Mannert. VII, 450, 451.

Vs. 652. Ἀργιλίους] Vide Marcianum Heracl. p. 62, ed. Oxon., Steph. Byzant. voc. Βέργη ; et Voss. *de Hist. gr. Huds.*

Vs. 655. Οἰσύμη] Ita primus, quod sciam, correxit cl. Bochartus ad Steph. Byz. Prius ubique lectum erat ἡ σύμη πόλις, nisi in cod. Pal. qui habet ἡ συμὴ πόλις. *Hudson.*

Cf. Holsten. in Steph. p. 232.

Vs. eod. Θασίων] Οἰσύμη, Θασίων ἀποικία, Thuc. p. 275, ed. Oxon. (IV, 107). *Hudson.*

Macedoniam Herodotus ad meridiem Haliacmonis includit, VII, 127; illam Thucydides, II, 99, perducit *ultra Axium, usquè ad Strymonem*, orientem versus, et iisdem terminis continetur apud Scylacem, p. 279. Videtur Scymnus suam Maced. latiorem etiam facere, quum in ea posuerit Amphipolim et Œsymen, quas Scylax in Thracia collocavit.

Vs. 657. Ἀπὸ τῆς Μακέτας] Partem Macedoniæ quondam Μακετία dictam refert Eustathius ad Dionys. vs. 427. Vide etiam Steph. v. Μακεδονία, et Constant. Porphyrog. lib. II, de Them. *Hudson.*

Vs. 658. Νεάπολις] Cf. Mannert. VII, 218.

Vs. 659. Ἦν βάρβαροι] Cf. Herodot. II, 44, et Liebel. ad Archilochi Fragm. p. 7.

Vs. 660. Φοίνικες] Cf. Herodot. II, 34.

Vs. 662. Legendum forte, ut iambus sibi constet: ἀπὸ τ. Θ. καὶ τὸ ὄνομ', ὡς νῦν ἔχει. *Liebel.* ad *Archilochi Fragm.* p. 7, Lips. 1812.

Sed emendatione non eget locus; haud vidit vir doct. se omisisse secundum καὶ, ante νῦν.

Vs. 664. Μέχρι τῦ... Ἴστρου] Sic Scylax, p. 279. Ceterum noster adjicit τοῦ Ποντικοῦ, Scylax τοῦ ἐν τῷ Εὐξείν., quia tum credebatur hic fluvius exire etiam in Adriaticum sinum. Cf. Scymn. *Fragm.* vs. 30, et nostra ad Scylac. p. 352. — Mox malui Θρᾷκες; nam penderet Θρᾴκην a νεμόμ., nec posset παρεκτείνουσι regere χώραν.

Vs. 666. Ἀπ' Ἀβδήρου] Idem memoratur in Excerpt. Strab. (p. 511; Alm.). *Hæschel.* — Cf. Apollodor. II, 5, §. 8, et Stephan. Byz. voc. Ἄβδηρ.

Vs. 669. Τήϊοι] Diserte distinguit *Rochette*, l. c. III, 401, 403, primam coloniam Clazomeniorum (Herodot. I, 168), et secundam Teiorum ann. 491 ante Chr. Cf. Herodot. loc. cit., Strabon. pag. 953, B. Vide etiam loc. laudatt. ad Scylac. p. 433, not. 384.

Vs. 671. Ταύτης δὲ ἐπέκεινα] Conf. varr. lectt. Conjeceram ταύτης δὲ ἀπ' εἶτα, fere haud absimile ab ἔπειτ' ἀπὸ vs. 479, vel ab ἔπειτ' ἀπὸ vs. 568; sed consentiunt omnes in ponenda Abdera ad Orient. fluvii. Ergo emendandus est locus potius ad sensum, quam ad verisimilitudinem lectionis.

Vs. 674. Λίμνη Βιστονίς] Non lacum, sed *fluvium* ibi laudat

Scylax; ceterum videtur hic fluvius, qualiscumque sit, sese exonerasse in paludem Bistonicam. Vid. nostra ad Scylac. p. 433, et Mannert. VII, 213.

Vs. 676. Κίκονας] Horum meminerunt Homerus (*Odyss.* X, 39), Herodot., Stephan. Byz., et alii. *Hudson.*

Tradit Diodorus, V, 79, Maroneam occupatam fuisse a Cretensi *Evame*, Minois commilitone; Roehettius, l. c. II, 160, *Cretensem coloniam* omnino intelligit, quod a Scymni verbis discreparet, nec illius curam hic nullam habet. Quum autem mendo immunis hic sit noster, concludendum est, aut Ciconas Cretensibus advenis sese miscuisse, aut Maroneam jam ante stetisse a Ciconibus *vicinis* conditam; nam Evames, teste Diodoro, hanc urbem *accepit*, potius quam *condidit*. De *Ismaro* cf. Homer. *Od.* X, 39, et Steph. ad voc.

Vs. 677. Χίων... ὕστερον] Conjicit Rochett. l. c. III, 404, illud respicere ad ætatem coloniæ Teïorum Abderam devenientis.

Vs. 678. Σαμοθράκη... Τρωϊκή] De qua insula cf. Holsten. *in Steph.* p. 280, et uberiora colligentem Tzschuck. in Mel. II, not. exeg. pag. 661, sqq. Vox Τρωϊκή exprimit quidem communem originem esse Samothraces insulæ, ac trojanæ regionis; sed non parere Samothracen trojanæ dominationi. Nam mox innuit noster, asianæ Trojæ incunabula in hac insula potius esse quærenda, quam Samothraces in Asia.

Vs. 679. Ἀναμεμιγμένην] Cf. vs. 692-694. De priscis hujus insulæ colonis adi Dionys. Halic. I, c. 61, Diodor. V, 46, Apollodor. III, 12, et Tzschuck. ad Mel. II, not. exeg. p. 661, Mannert. VII, 247, 248, Rochettiumque l. c. I, 256.

Vs. 682. Ἰασίωνα] Cf. Holsten. ad Steph. p. 91.

Vs. 683. Δυσσέβημά τι] Fulmine ictus occubuit (ut ait Apollod. lib. III, 12, §. 1), quod Cererem deperivit, eique vim inferre voluit: cui consentit Dionys. Halic. l. I. Hisce quæ tradit Scymnus, similia plane habentur in Epitome Strabonis, lib. VII, pag. 110 nostræ ed. (p. 511, Almel.). Vide Berkel. ad Steph. v. Δάρδανος. *Hudson.*

Vs. 685. Θανεῖν] Huds. κλανεῖν.

Vs. 692. Hœschel. interpungit post αὐτοῦ.

Vs. 696. Ἀποίκους.... Αἰολεῖς] Cf. Eustath. ad Dionys. vs. 538. Vide et Vales. ad Ammian. Marcell. XXII, 8, p. 237, Lugd. Bat. 1693, et Rochett. l. c. III, 131.

Vs. 698. Καρδία] ἡ Καρδιανῶν πόλις Pausan. (lib. I, c. 9; sed Καρδία quoque *ib.* c. 10. G.). *Hudson.*

Ad quam ætatem pertineat colonia Clazomeniorum, incertum, judice Rochettio, l. c. III, 381; dux erat Hermocrates quidam, auctore schol. Demosth. ad orat. *de Pace*. De colonia Atheniensium secunda adi Herodot. VI, 34, sqq., et Mannert. VII, 186.

Vs. 702. Λυσιμάχεια] Desiit post Lysimachum *Gardiæ* mentio, et *Lysimachia* in locum prope et memoriam successit. *Cellarius* in *Geogr. ant.* I, p. 844.

Cf. Livium XXXIII, 38, Mannert. VII, 200, sqq., et inprimis *Rochett.* l. c. III, 382, 383.

Vs. 704. Λίμναι] Cf. Anaximenem Lampsac. ap. Strab. p. 941, et Stephan. ad voc.

Vs. 706. Ἑξῆς Ἐλαιοῦς] De scriptura vocis vide ad Scylac. pag. 436. Apud Scylacem p. 280, Alopeconnesum inter et Eleuntem ponitur Ἄερσαπλος. Sed vanum est hoc nomen; immo ἑξῆς post Proconn. est Eleus ap. Scymnum. Ego igitur nunc pro Ἄερσαπλος cum Palmerio repono Ἀνάπλους. Auctor enim ejusdem Peripli, quum ad os Bospori devenit, hæc adjicit: Ἀνάπλους καλεῖται ὁ τόπος... De quo vide etiam ad Scylac. pag. 218 et 441.

Vs. eod. Τηϊκὴν ἀποικίαν] Hanc coloniam *Ephesiis* tribuit Pythocl. ap. Plutarch. *Parall.* tom. II, pag. 316; sed discrepantiam conciliat *Rochette*, l. c. III, 140, utramque gentem in eadem colonia conjungendo.

Vs. 708. Σηστὸς καὶ Ἄβυδος] Nullus hic offenditur quod Abydus laudetur, dum civitates Europæ numerat Scymnus. Apud Scylacem contra, pag. 280, ubi legitur in simili loco Ἐλαιοῦς (leg. Ἐλαιοῦς) Ἄβυδος, Σηστός, Vossius vult deleri τὸ Ἄβυδος, alii mutari in Μάδυτος, quod ego admisi. Etiam apud Scymnum rescribo Μάδυτος. Hic duas urbes Scymnus conjungit Æolum colonias; Eustathius autem ad Dionys. vs. 515, ait *Sestum* et *Madytum* esse æolicas colonias. Scymnus contra solus, Abydum æolicam coloniam diceret, immo in loco ubi ratio geographica læderetur. Strabo contra, p. 879, A, et 833, D, Abydum *a Milesiis* conditam refert. Fateor ego Madytum fuisse ad meridiem Sesti, sed hanc quasi perturbationem poposcit metrica ratio. Ceterum de situ Madyti, ἐπὶ τῷ σιτοπώλιον jacentis, cf. Herodot. VII, 33, et nostra ad Scylac. p. 438.

Vs. 709. Στενοτάτου] Sic Hœsch. et Morell. recte. Sed Huds. et ed. Vindob. στενωτ. contra metri legem. De qua superlativi forma cum ο brevi, cf. Buttmann. *Gramm. gr.* §. 65, p. 263, ed. 1819, et post illum Matthiæ *Gr.* §. 126, p. 250, ed. 1825.

Vs. eod. Αἰολέων... κτίσις] Ἄβυδος Μιλησίων ἐστὶ κτίσμα, inquit Strabo (pag. 883, C, D). *Hœschel.*

Vs. 710. Εἶτ' ἐστὶ Κρηθωτή] Scylax, pag. 281, Sestum inter et Crithoten collocat urbem *Cressam*, Plinii *Cissam.*

Vs. 711. Μιλτιάδην κτίσαι] Cf. *Rochette*, III, 383.

Vs. 713. Σαμίων ἀποικία] Cf. Plutarch. *Quæst. Græc.* t. II, pag. 303 (S. 47, pag. 408, Hutten.), et *Roehette*, III, 361, 362.

Vs. 714. Ἐχομένη ἡ Σηλυμβρ.] Hiatus similes vide vss. 460 et 729. — Non *contiguam* Perintho Selymbriam facit Scylax pag. 281, sed interponit ibi Δαμινον, quod alii aliter rescribunt. Forsan Scymnus hunc locum prætermittit, utpote non *urbem*, sed τεῖχος tantum; de qua voce vide nostra ad Scylac. pag. 377, et citt. ap. Steph. *Thes.* ed. Lond. col. 9205, C. — De ætate hujus urbis a Megarens. conditæ, adi Rochettium, l. c. III, 276, 277.

Vs. 716. Μεγαρέων... Βυζάντιον] Cf. Herodot. IV, 144, et quos laudat Rochett. III, 297. Hanc urbem prætermisit auctor scylacei Peripli, de quo ibi vide variorum sententias, p. 217, 218.

Vs. 718. Δημήτειος] Jam laudatus vs. 117.

Vs. 721. Στόματός ἐστι πλησίον] Os Ponti ad fanum Jovis Urii collocat Arrianus in *Peripl. Pont. Eux.* pag. 25, ed. Oxon. *Hudson.*

Cf. Scyl. p. 281. fin., et Gyllium *de Bosph. Thrac.* I, 2.

Vs. 722. Βυζαντίων χώρα] Cf. Voss. ad fragm. Pont. Eux. p. 164, ed. Gronov.

Vs. 723. Αἰγιαλός τις Σαλμυδησσός] Stephano Σαλμυδησσὸς est κόλπος τοῦ Πόντου; Straboni, lib. I, pag. 52, προσχώσεις, non quidem τὰ περὶ τὸ στόματι τοῦ Ἴστρου, quod putavit Strabonem scripsisse Casaubonus, quem ideoque reprehendit immerito in notis, contenditque *Salmydessum nihil ad Istrum pertinere: imo fluvium esse* ait *Sophoclis et Lycophronis scholiastarum auctoritate*; neque enim illa τὰ περὶ τὰ στόματα τοῦ Ἴστρου referenda ad Salmydessum arbitror, sed tantum ad τὰ λεγόμενα στήθη, καὶ ἡ Σκυθῶν ἐρημία. Eodem modo accipe, quæ scribit idem Strabo, lib. I, pag. 50: Καὶ γὰρ νῦν ἤδη τεναγίζειν τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου, τόντε Σαλμυδησσόν, καὶ τὰ καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν, τὰ περὶ τὸν Ἴστρον, καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν. Certe Salmydessum procul ab Istro esse, vicinumque Bosphoro, constat ex Sophocl. Antigon. v. 1081 (vs. 956, sqq. Erf.) et Lycophr. v. 1285. At fluvium esse vix mihi persuaserit Ca-

Salmydessus. Strabo certe, lib. VII, pag. 319, vocat αἰγιαλὸν sicut noster: cui et Ptolemæus assentitur, lib. III Geogr. cap. 11, ubi tamen Ἁλμυδησσός legitur. Urbs porro quæ hoc in loco collocatur a Mela, lib. II, cap. 2, *Halmydessos* dicitur; a Plinio, lib. IV, cap. 11, *Almedessos*. Suidæ Σαλμυδησσός, πόλις Θρᾴκης. Existimo ego Salmydessum vocari et littus Ponti ab ingesto a quodam fluvio cœno exaggeratum, et urbem illic sitam; neque enim sibilus et adspiratio diversas efficiunt voces. Vide Casaubon. in Strabon. lib. I, pag. 50, annotat. p. 32. Urbs, vel ora maritima, potest intelligi apud Herodot. lib. IV (c. 93): Οἱ μὲν γὰρ δὴ τὸν Σαλμυδησσὸν ἔχοντες Θρήϊκες. Certe Σαλμυδησσός urbs Thraciæ, in qua habitarit Phineus, est Apollodoro, l. I (c. 9, §. 21). *Vindingius.*

Cf. Strab. p. 86, atque ibi Casaub., et inprimis p. 492, A, ubi sic: ἔστι δ' οὗτος ἔρημος ΑΙΓΙΑΛΟΣ καὶ λιθώδης, ἈΛΙΜΕΝΟΣ.,. ΣΤΑΔΙΩΝ ὅσον ἙΠΤΑΚΟΣΙΩΝ. De voce αἰγιαλός vide nostra ad *Stadiasm.* §. 3. Sic liquet Salmydessum non *urbem* fuisse, nihilque mirum quod Scylax de eo sileat, dum locos ad nauticam rem pertinentes potius collegerit. Eadem cogitanda de *importuosa Thyniade* ap. Scylac. omissa.

Vs. 724. Ἐπτακόσια] Cf. Strab. pag. 492, A. Habet sigillatim 850 Arrian. *Peripl. Pont. Eux.* fin.

Vs. 727. Εἶτ' εὐλίμενος] Sic malui, præeunte Vossio ad *Fragm. Pont. Eux.* pag. 183, Gronov. Hanc enim lectionem innuit ἐλίμενος cod. Pal., aut ἐλίμενος cod. Cas., potius quam ἀλίμενος Vindingii et Hudsoni. Immo Strabo, pag. 492, A, hanc litoris partem non includit in ἐρήμῳ αἰγιαλῷ καὶ ἀλιμένῳ, qui circa Salmydessum tantum jacet. Non importuosa igitur vocari debet.

Vs. 728. Ἀστικῆς Θρᾴκης] Cf. Mannert. VII, 33, 147.

Vs. 729. Μεθ' ἣν... ἡ Ἀπολλωνία] Quæ sequuntur, usque ad finem paginæ, habes in Periplo Ponti Euxini, p. 14, ed. Oxon. *Hudson.*

De ortu hujus urbis vide *Rochett.* III, 386 sqq.

Vs. 736. Προσηγορίαν.... Εὔξεινον] Rescrib. Voss. προσηγορίας... Εὐξείνου. At sæpe τυγχάνω regit quoque accus. Cf. Valcken. ad Hippol. pag. 257, et quos laudat Schæf. ad Steph. *Thes.* col. 9332, ed. Lond. — De qua adpellatione cf. nostra ad Scylac. pag. 430.

Vs. 738. Μεσημβρία] De duplici colonia cf. *Rochette,* l. c. III, 275.

Vs. 739. Τῇ Θρᾳκίᾳ Γετικῇ τε] Potest autem dupliciter hoc

capi, quod finitima sit Mesembriæ vel Thraciæ pariter ac Geticæ terræ, vel Thraciæ Geticæ; nam Getæ Thraces habiti. Strabo, lib. VII (p. 453, Almel.): Οἱ τοίνυν Ἕλληνες τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον· ᾤκουν δ᾽ ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου, καὶ οὗτοι, καὶ οἱ Μυσοὶ, Θρᾷκες ὄντες καὶ αὐτοί. Mela, lib. II, cap. 2: *Quidam Thraces feri sunt, et ad mortem paratissimi, Getæ utique.* Herodot. lib. IV, c. 93: Οἱ δὲ Γέται, ... Θρηΐκων ἐόντες ἀνδρειότατοι. *Vindingius.*

Vs. 740. Ταύτην δὲ] Voss. δὲ ταύτην.

ADNOTATIONES IN SCYMNI CHII FRAGMENTA.

Hæc fragmenta mihi, sicut Gronovio et Bastio (conf. supr. pag. 309, sqq.), videntur non ex manuscripto Scymni ullo genuine profecta, sed exscripta ab Holstenio ex anonymi *Peripl. Pont. Eux.*, qui sua forsan ex ipso Scymni opere quæsiverat. Cf. nostra ad vs. 23, 47, 73, 89. Interdum anonymus plura suppeditat; quam fragmenta Scymno adscripta; sed a versu 162, solus fragmentorum collector pergit, et, stante anonymo, excerpta persequitur. At ex alio anonymo auctore *Peripl. Pont. Eux.*, vol. III, ap. Huds., reliqua sumsit Holstenius, quæ ex Scymno quoque profecta fuisse reputabat. Sed totum hoc fragmentum versibus distinguere debuisset vir doctus, postquam semel Scymno illa tribuisset. Forsan illud totum peregisset ille, nisi imperfectum opus reliquisset. Ut ut est, prius fragmentum disjecta membra metricæ orationis multo magis servavit, quam posterius vol. III, ubi plurima poeticam distinctionem effugiunt, et bene multa videntur ex Arriani *Peripl. Pont. Eux.* manare.

Vs. 1. Ὀδησσόν] Scylaci, §. 68, p. 282, Ὀδησσόπολις dicta, aliis Ὀδησσός, ut Strab. p. 491, B. De condita hac urbe anno circiter 572 ante Chr., vid. Berkel. ad Steph., Rochett. l. c. III, 389. Cf. Tzchuck. ad Mel. II, not. exeg. p. 93. Hos versus aliter disponit Vossius in adnot. ad Fragm. Pont. Eux., p. 161, ed. Gronov.; sic et bene multos.

Vs. 3. Κρωβύζους] Cf. Herodot. IV, 49; Strab. p. 490, B; Stephan. ad voc., et Etymol. magn. voc. Ζάμολξις.

Vs. 4. Διονυσόπολις.] De variis hujus urbis nominibus, vid. Stephan. ad voc. et Tzschuck. ad Mel. II, *not. crit.* p. 90.

Vs. 6. Ματιόπολις] Cf. Voss. ad Anon. l. p. 160, ed. Gronov., ad p. 13, Huds., vol. I.

Vs. 8. Ἐκ τ. θαλ. προσπίπτοντος] Conf. Stephan. loc. cit.

Vs. 11. Μιγάδας Ἕλληνας] Præcipuos Milesios. Cf. *Raoul-Rochette*, loc. cit. III, 390.

Vs. 13. Τὸ πολίχνιον] Hoc oppidum, cujus nomen excidit, est Βιζώνη, quod jam vidit Vossius ad anonym. Pont. Eux. p. 159, Gronov. (pag. 13, Huds.). Illud idem conjicit *R. Rochette*, loc. cit. III, 304, vossianæ adnot. inscius. Sed eo minus de emendatione dubitari potest, quod hæc fragmenta sunt anonymi ipsissima verba, quorum partem tantum omisit exscribendo Holstenius.

Vs. 15. Κάλλατις] Vide Vossium ad fragm. *Pont. Eux.*, pag. 157, 158 edit. Gronov., pag. 12 edit. Huds.; Mannert. VII, 129.

Vs. 23. Καὶ ταύτην τὴν πόλιν] Hic notandum eadem hæc verba, et proxima post ἔλαβε τοὔνομα, legi ap. anonym. *Peripl. Pont. Eux.* pag. 157 Gron., p. 12 Huds.; nec ullam lacunam esse, quam impleat Periplus ille anonymi, dum uberiora mox ex illo suppetunt. Sic iterum atque iterum liquet non aliunde hæc nostra manare, quam ex anonymo laud., qui summam rerum ex metrico syntagmate quodam mutuatus erat, forsan Scymni. Cf. supra, p. 309, sqq. Interruptio metricæ orationis etiam ex eo nascitur, quod series geographica non eadem sit apud utrumque; anonymus enim procedit ab oriente ad occidentem et ad meridiem, Holstenius contra, ut Scymni Periegesin incœptam persequeretur, ex occidente ad orientem procedit (a). Sic anonymi oratio, quam perturbabat vir doctus, senarios versus integros non suppeditavit, et eum impulit, ut lacunas relinqueret, forsan serius quoad posset, implendas.

Vs. 27. Ἴστρος] Hæc et sequentia aliter componit Voss. ad fragm. laud., pag. 156, ed. Gronov., ad p. 11, Huds.

Vs. 30. Κ' εἰς τὴν Ἀδρίαν] De quo vid. nostra ad Scylac. p. 352 et 353.

Vs. 33. Χειμῶνι... αὔξεται] Recedit noster ab Herodoto, IV, 48, scribente: ἴσος αἰεὶ αὐτὸς ἑωϋτῷ ῥέει καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος. Cujus rei causam adfert Herodot. mox c. 50.

Vs. 49. Ὡς δὴ... Δημήτειος] Apud anonym. *Pont. Eux.* p. 10. fin. Huds., hæc, ὡς δὴ... non respiciunt ad præcedentia, sed ponuntur initio phrasis alterius incipientis.

Vs. 52. Εὐβόπαιος] Εὔβοπος malit Bastius *Epist. crit.* p. 26.

Vs. 53. Τῶν ἰχθύων] (Cf. Voss. ad fragm. *Pont. Eux.* p. 152,

(a) Cf. Scymn. fragm. vs. 44 cum loco anonym. respondente, et vs. 51, 79, et pass.

ed. Gronov., ad p. 9, Huds. G.) Τῶν τ' ἰχθύων legit Jac. Gronovius, et locum hoc modo interpretatur : *amnis Tyras profundus herbidusque pecudum pascuis, et piscium mercatui dans copias.* Vide notas ad Harpocrat. p. 53. *Hudson.*

Vs. 54. Ὁλκάσι τε ναυσὶν] Triremibus et majoribus navigiis per mare veteres navigabant, sed minoribus mercatores ad interiora emporiæ flumen adversum subibant. De quo vid. Scylac. §. 24, p. 249, et adnot. ad l. p. 360.

Vs. 57. Ἐπὶ δὲ ταῖς...] Cf. Voss. ad fragm. *Pont. Eux.* p. 150, Gronov., ad p. 8, ed. Huds. — Sic Herodot. IV, 18 : οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι.

Vs. 65. Ποταμῷ ἔχει] Hic locus, et series verborum, fulcit ea quæ contendunt Gronov. ad fragm. *Peripl. Pont. Eux.* p. 150, et Bastius supra p. 309. Immo, quum apud anonym. reperiam, ... σ̓ταδίων (240) τὸν ἀνάπλουν ἀπὸ τ. θαλάσσης ἔχει. Τῷ ποταμῷ Β... κ. τ. λ., valde suspicor hæc τῷ ποταμῷ, usque ad μίλια λϛ΄, posteriori manu inserta fuisse. Illud ostendit, primum quod *milia* non proxime posita sint post *stadiorum* numerum, ut fieri solet, et secundum, quod pravo græcismo post ἀνάπλουν, sequatur dativus τῷ ποταμῷ, pro ἀνὰ vel κατὰ ποταμόν.

Vs. 73. Ἡ Ταυρικὴ δὲ Χερρόνησος] Primum fuit nomen Chersonesus proprium hujus parvæ peninsulæ, ad meridiem Tauricæ Chersonesi jacentis, de qua Strabo p. 474, A : ἔκκειται γὰρ ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἄκρα μεγάλη, ... μέρος οὖσα τῆς ὅλης Χερρονήσου; et multo serius fuit tota terra ibi *peninsula* dicta. Verum enimvero videtur noster ex contextu totam recentiorem peninsulam innuere; sed minime. Nam quærenda est nostra series rerum apud anonym. *Pont. Eux.*, qui hæc verba, ἡ Ταυρικὴ δὲ Χερρόνησος.... collocat, postquam ab oriente ad occidentem procedendo, ad Criu-Metopon devenerit. Inde fere tantum sua incipit Taurice. Noster autem, anonymo consimilis, suam Tauricam occidentem versus contrahit, et *Chersonesum Tauricam* hanc esse innuit, cujus isthmus *Ctenunte* et *Symbolorum portu* coarctatur, et cujus meminit Strabo (cf. J. B. Gailii *Atlas*, pl. 102, 103). Herodotea nempe ætate Taurica pertingebat tantum in occidentali litore a Carcinitide ad promontorium Criu-Metopon, et inde paullulum ad orientem. Cf. nostra ad Scylac. not. 426, 427 et 431. Herodotus ait veterem Scythiam patere (ad orientem) usque Carcinitin. Τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης, τὴν.... χώρην... προκειμένην τὸ ἐς Πόντον... μέχρι Χερσ. *Tum contiguam hinc regionem* (ut bene Schweigh.), *in Pontum descendentem, habitant Tauri usque Chersonesum urbem.*

Hic de urbe agitur, recte judicante Wesselingio, et perperam Schweigh. totam peninsulam intelligente. In locum Herodoti totum acute penetravit cl. Wesseling. in adnot., sequentibus satis adductus : .. Ὡς εἰ τῆς Ἀττικῆς ἄλλο ἔθνος, καὶ μὴ Ἀθηναῖοι, νεμοίατο τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακόν. Consentit cum Herodoto Scylax. Sed forsan erravi quum scriberem ad Scylac. pag. 445 : *Sic a promont. Criu-Metopo desinit Taurica Scylacis.* In quo parere credideram Herodoto Tauricam producenti μέχρι Χερσονήσου τῆς Τρηχέης. At non hic desinit illa, sed ad orientem etiam pertingebat fere usque ad Theudosiam. Sic Strabo, p. 475, A : ... μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἡ Ταυρικὴ παραλία. Et ulterius pag. 476, init. de Theodosia : οὗτος δὲ ὅρος ἦν πρότερον τῆς τῶν Βοσπορανῶν καὶ Ταύρων γῆς. Et Scylax quidem, relicta Taurica, primam urbem Theudosiam τοῖς πάλιν Σκύθαις tribuit pag. 283. Herodoto igitur et Scylaci concinit hic noster. Cf. nostra ad vs. 90, et Voss. ad Anon. pag. 145, Gronov., ad pag. 6, Huds.

Vs. 75. Ἣν Ἡρακλεῶται Δήλιοί τε] Cf. *Raoul-Roch.* loc. cit. tom. III, p. 304, sqq.

Vs. 81. Ὑψηλὸν ὄρος] Illud ὄρος ap. anon. delendum judicat Hudsonus, imo uncis includunt in hisce *fragmentis* Rickius (fors. ex Holstenio), et Hudson. iterum. Sed potest ὑψηλὸν ὄρος haberi pro adpositione præcedentium.

Vs. 82. Εἴκοσι καὶ ἑκατόν] Non 120, sed 220 stadia a Lampadum urbe ad Criu-Metopon numerat anonym. auctor (p. 144 Gron., p. 6 Huds.) Sed ibi pro ρκ΄ rescribit Holstenius, Εἴκοσι καὶ ἑκατόν, quod in *suis*, potius quam *Scymni* fragmentis recepit. Nec perperam : nam apud Strabonem argumenta reperimus, quæ hanc emendationem tuentur. Scribit geographus (pag. 475, A), a Symbolorum portu ad Theudosiam esse stadia circiter mille. Atqui ait anonymus (pag. 143, 144, Gronov., pag. 20 Huds.) a Theudosia ad Athenæona esse stad. 200; ab Athenæone ad Lampada 600; a Lampade ad Criu-Metopon 220. Ex hac supputatione stadia 1020 haberemus ex Theudosia ad Criu-Metopon, dum Strabo vix tot numeraverit usque ad Symbolorum portum. Si contra a Lampade cum Holstenio 120 stadia tantum numeraveris, 920 erunt a Theudosia ad Criu-Metopon, et centum fere supererunt, ut ad Symbolorum portum pervenias, et Strabonis supputationem impleas.

Vs. 84. Κλαπῖσαι Ἰφιγένειαν] Cf. Herodot. IV, 103, et *Raoul-Rochette, Hist. des col.* III, 304, 305.

Vs. 89. Τῶν Κυτῶν] Non Κύται, sed Κύτεια Scylaci dicta, ex Vossii emendatione. Vulgo habet Scylax Κύδεια, et illud δ forsan pertinet ad antiquam adpellationem urbis, Κυδιάται, de qua vid. anonym. *Pont. Eux.* pag. 142 Gronov., pag. 5 Huds.; et pariter hæsitantem Vossium ad l. anonym. c. Ceterum Ptolemæo est Κύταιον, Plinio *Cyte*, quod redit ad nostrum.

Ut ut est, hæc Ἀπ' οὖν Ἀθηναιῶνος... versus scilicet 89, 90, 91, ex anonymo, p. 142 Gronov., p. 5 Huds., proficiscuntur, ubi aperte interpolata sunt, quamvis rationem geographicam non lædant : nam series orationis ibi rumpitur, et post μίλια δ' proxime ponenda sunt ἀπὸ δὲ Κυτῶν...

Vs. 90. Σκύθαι...μετὰ τ. Βόσπορος] Apud Herodotum, IV, 100, ad orientem Taurorum habitant Scythæ *quidquid regionis pertingit usque ad Bosporum et Mæotin paludem;* et illud idem innuit Scylax, pag. 282. Strabo contra (p. 476, init.), tradit Theodesiam olim fuisse terminum *Bosporanos inter et Tauros.* Cf. ad vs. 73. Nescio an Bosporanos et Scythas Herodoti hic confundat Strabo, et Scythas Bosporanos intelligat. Illud ego vix crediderim; sed *Bosporani* dicti respiciunt ad regnum, Straboni (p. 474, fin.) adpellatum Βόσπορον, et quod Parisades Mithridati concessit *(a)*. Forsan in principio scythicæ gentes erant vel Tauri (quod ipsum testatur Strabo, p. 474, B) et Scythæ ad orientem Taurorum, et Bosporani ipsi; sed labentibus annis, habent verba historicam vim et peculiarem. Distinguendi sunt Bosporani a Scythis, quum noster et anonym. *Pont. Eux.* primum laudaverint *Tauros*, et ab urbe Athenæone *Scythas*, et tandem post Scythas ab urbe Cytis *Bosporum.* Strabo, dicendo Theodosiam olim terminum fuisse Taurorum et Bosporanorum, respicit ad tempus ubi Bosporanorum regnum invaluerat, et tandem Mithridati paruit, anno 108 ante Chr. Floruit autem Scymnus anno circiter 80 ante Chr.; ergo eamdem geographiam, ac Strabo, exprimere potuisset : sed topographiam ille refert ætatis mediæ Herodotum inter et annum 392 ant. Chr., quum hoc anno primum, rex Bospori Leucon, Satyri filius, Theodosiam ceperit *(b)*. Posthæc Theodosia initium fuit Bospori, usque ad Mithridatis regnum, et terminus Taurorum ac Bosporanorum, ut ait Strabo *(c)*. Sed noster, relictis Tauris, Scythas proprios

(a) De quo adi *Raoul-Roch. Antiq. grecq. du Bosph. Cimm.* p. 4.

(b) De quo vid. quæ disseruit *Raoul-Rochette* in *Antiquités grecques du Bosphore*, p. 31.

(c) Cf. Raoul-Roch. l. c. p. 94.

collocat ab Athenæone ad Cytas, id est, ad locos orientem versus remotiores Theodosia, respectu ad tempora quibus nondum erat Theodosia Bosporanis addicta. Hæc etiam ex anonymo, p. 143, Gron., p. 5, 6, Huds. Immo utitur hic anon. ethnico Σκυθόταυροι, quæ mediam olim gentem intra duas innuit, et mox ex duabus fuse constantem. Recentioris ætatis videntur hæ compositiones ethnicæ, ut Κελτίβηρες, Λιβυφοίνικες. Sic recentius etiam distinguit Procopius de Ædif. III, 7, t. II, p. 63, *Tauros* et *Tauroscythas*. Respiciunt igitur hæc Scymni, vel auctoris cujuslibet, ad ætatem forsan anno 392 superiorem.

Vs. 92. Ὅρμος τις ἀφ' ἑσπέρας ἀν.] Similem stationem τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις laudat Stadiasmus §. 14.

Vs. 93. Ἐσῖιν ἀνέμοις· ἐν. τ. θ. δ' ἄντικρυς] Versum sic composuit Holsten. ex interpunctione cod. Bast. Sed vulgo anonymus, sic :.. ἀνέμοις ἄντικρυς. Ἐν δὲ θαλ... Vid: Bast. *Epist. crit.* p. 21.

Vs. 96. Ἐπ' αὐτῆ...] Hæc ap. Anon. p. 137 Gron., p. 3 init. Huds., haud interrupte concinunt usque ad vs. Holstenii 135.

Vs. 97. Παντικάπαιον] De variis formis hujus vocis conf. not. 434. ad Scylac. p. 445.

Ceterum, quum dicat noster Panticapæum esse *ultimam* urbem ad ostium Mæotidis paludis, intellige *ultimam esse Bosporani regni;* nam *Myrmecium* et *Porthmium* anonymus (pag. 141 Gron., pag. 4 med. Huds.) collocat in ore Bosporani freti; et postquam Myrmecium in freto sitam laudavit, devenit Panticapæum, πόλιν ἐπίσημον Βοσπόρου. Hic Βόσπορος *regnum* est, nec amplius fretum; neque Myrmecium dixit esse Βοσπόρου, forsan quoniam illam extra Bosporanum regnum collocaret, etsi in Bosporano freto sitam. Strabo ipse illud idem innuit p. 478 init., dicendo olim Bosporanorum regnum *parvum* fuisse, et πρὸς τῷ σ7όματι Μαιώτιδος, καὶ τῷ Παντικαπαίῳ μέχρι Θεοδοσίας. Sic Geographus Myrmecium ex Bosporano regno excludere videtur.

Vs. 98. Τοῦ Βοσπόρου βασιλεῖον] *Vossius.* « Τοῖς Βοσπόρου βασιλεῦσιν ὠνομασμένην» Ἄνω δὲ τούτων ἐσῖὶν Σκυθικὴ βάρβαρος. Ut ille digessit, quum in mss. legatur Ἄνωθεν δὲ τούτων ἡ Σκυθικὴ πόλις, ubi manifeste patet transpositionem innui faciendam, una litera dempta, Ἄνωθεν τούτων ἤδη Σκυθικὴ βάρβαρος. *Gronovius.*

Quæ civitas, vel Demosthenis ævo, Græcis *Bosporus* dicta erat, dum ab incolis ipsis *Panticapæum;* sed in recentioribus

auctoribus, Procopio, Constant. Porphyrog., *Bosporus* generaliter adpellata. De quo vid. doctiss. *Raoul-Rochette*, *Antiquités grecq. du Bosph. Cimm.* p. 158-160.

Ceterum hic Bosporani regni *regia* dicitur Panticapæum, nec immerito; sed in strabonea geographia, duplex est Bosporus, alter Europæ, cujus Panticapæum (pag. 476, A), alter cujus Phanagori urbs metropolis erat (pag. 757). Sed illud silentium potius est nostri, quam discrepantia, quum infra, vs. 150, bosporanorum tyrannorum in Asia regnum commendaverit.

Vs. 99. Ἄνωθεν] Id est, recedendo a mari mediterraneos versus locos. Sic ἄνω et ἄνωθεν septentrionem pariter et meridiem, aut partes quaslibet innuere potest, quamvis contrarium adserit Palmer. *Græc. ant.* p. 76, 79, 80. Hisce ἡ Σκυθικὴ βάρβαρος, distinguit noster a regione Bosporana et Taurica, reliquam Scythiam, quæ coloniis græcis et artibus carebat; illud minus intellexit vetus interpres.

Vs. 102. Καρπίδας] Cf. anon. p. 137 Gron., p. 3 Huds. Meminit Herodotus, IV, 49, *Carpidis* amnis, in Istrum sese exonerantis; haud immerito igitur noster Carpidas *juxta Istrum* collocat. Ceterum ex Ephoro hæc sumsit; sin aliter, non gentem laudasset, ubi Herodotus amnem.

Vs. 103. Εἶτ' Ἀροτῆρας] Cf. Voss. ad fragm. *Pont. Eux.* p. 135, ed. Gronov., ad pag. 3, ed. Huds. Vid. Herodot. IV, 17, 18, 53, 54.

Vs. eod. Ἔφορος] Conf. ad *Orb. descrip.* vs. 115. Ceterum videtur omnino Ephorus ex Herodoto ea sumsisse, quæ hic nostro ipse tradidit, quod jam notavit Vossius ad anonym. *Pont Eux.* p. 136, Gronov., ap. Hud. t. I, *Annot.* pag. 78; cf. nostra ad vs. 107 et 108. Illud ostendit etiam sæpe apud veteres non auctores germanos descriptorum locorum laudari, sed eos, qui, materiem uberius et recentius tractando, suam fecerunt.

Vs. 104. Νευροὺς] Herodot. IV, 17: Τούτων δὲ (Ἀροτήρων) κατύπερθε οἰκέουσι Νευροί. Immo noster ait Neuros habitare ἄχρι γῆς ἐρήμου; Herodotus: Νευρῶν δὲ τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἔρημος ἀνθρώπων, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν.

Vs. 106. Vulgo Ὕβλαν] Voss. Ὑλαίαν. Herodotus, IV, 18: Ἀπὸ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη. Vossii emendationem adstruit Schweigh. ad Herodot. IV, 18.

Vs. 107. Γεωργούς] Sic *Georgos* ab Aratoribus distinguit et Herodotus, IV, 18: Ἀπὸ δὲ ταύτης (Ὑλαίης) ἄνθρωποι οἰκέουσι

Σκύθας γεωργοί; ubi Valcken. recte rescribit ἄνω οἰκέουσι. Quem consule de vi vocum ἄνω et κάτω οἰκεῖν. Quum dixerit noster se hæc sumsisse ab Ephoro, conjicit Schweigh. ad Herodot. I. c. p. 180, ex herodoteo fonte ista potius manare. Conf. ad vs. 103. — Vulgatam lectionem apud nostrum malim, quam Vossii emendationem ἐχομένους τοὺς τῶν ἄνω. Ego contra anonymi hæc verba refingerem ad nostram scripturam.

Vs. 108. Ἔρημον ἐπὶ πολ. τόπον] Hoc desertum apud Herodotum, IV, 18, incipit septentrionem versus post navigationem undecim dierum sursum factam per Borysthenem: Ἤδη δὲ κατύπερθε τούτων ἔρημός ἐστι (χώρη) ἐπιπολλόν. Videtur Scymnus, vel anonymus (qualiscumque sit), hæc ex Herodoto sumsisse, et vel dicendi formam ἐπιπολλόν mutuatus fuisse, sed ita ut illa abiret in ἐπὶ πολὺν (τόπον). Paullulum recedit, ni fallor, *illud desertum ἐπὶ πολὺν τόπον*, a solita dicendi forma, et friget. Conjeceram ἔτι, id est, *rursus deserta etiam patere loca*; sed videntur hæc, ab herodotea oratione detorta, mutari non debere, et metri implendi gratia sic stare.

Vs. 109. Ἀνδροφάγων] Cf. Herodot. loc. cit.

Vs. 110. Πάλιν ἔρημον] Cf. Herod. loc. cit.

Vs. 111. Παντικάπη] Fluvius est *Panticapes*, cujus meminit Herodotus, IV, 18, 19. Silet Herodot. de adpellatione *Limnæis*, quæ contiguitatem exprimit Mæotidi paludi, si Vossio creditur *(a)*, sed quam ego respicere crediderim ad aliam, prorsus gentem mediterraneam, quum infra, vs. 127, noster (ex anon. pag. 138 Gron., pag. 4 Huds.) adjiciat: Μαιῶτις ἑξῆς ἐστι λίμνη κειμένη. Illud autem non diceret, si nos jam deduxisset ad litora hujus paludis, ut litorales gentes numeraret. Immo Herodotus, IV, 109, meminit *lacus ingentis cujusdam*, cujus forsan accolæ erant Limnæi nostri. Nam, quamvis Limnæi collocentur ad orientem Panticapes fluvii (juxta Borysthenem), quum vasta esset regio Budinorum Gelonorumque, apud quos hic lacus, potuerunt tamen Budini usque ad Panticapen pertingere, et pars illorum *Limnæi* adpellari. Ut ut est, non sunt Limnæi paludis Mæotidis incolæ. Ceterum sequentia non ex Herodoto sumuntur, sed ex Ephoro.

Vs. 114. Ὡς οὐδὲν ἐμψύχων] Mscr. ὧν οὐδεὶς ἐμψ.; Bast. ὧν οὐδὲ εἷς ἔμψυχον. *Marxius* (in *Ephor. fragm.* pag. 191).

Vs. 115. Οἰνοφόρα] Conf. Herodot. IV, 46, et ibi Valcken. p. 302. Philostr. *Vit. Apoll.* p. 353, C. ed. 1608: ... οἰκίας

(a) Ad *Anon.* pag. 139, Gronov.

τι ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πέπλανται (al. πίπαυνται). Mox ὡς εἴρηκε respicit ad Ephorum.

Vs. 119. Ἀνάχαρσιν] Conf. Herodot. IV, 46 et 76. Dion. Chrys. pag. 374, C, D, ed. Morell.; Phædr. *Fab.* lib. III, *Prol.* vs. 52, et ibi Schwabium.

Vs. 121. . . . καὶ κατοικῆσαι] Hæc sine intermissione præcedentia sequuutur apud anonym. p. 138 Gronov., p. 3 fin. Huds. Sed disjunctionem in componendo versu reperit et notavit Holsten. Ibi lectionem κατοικῆσ. vertendo secutus sum; Vossius contra : . . . *et quosdam, cum in Asiam rediisset, deduxisse.* At tunc legendum foret activo sensu κατοικίσαι. Sed non videtur Anacharsis coloniam secum deduxisse.

Vs. 122. Εἰς Ἀσίαν ἐλθόντας... Σάκας; anonym. Σάβακας] Nihil habent commune hi Scythæ cum iis, quorum meminit Herodotus, IV, 1, 11 et 12 : sed alibi (VII, 64) Herodotus inter subditas Xerxi gentes numerat *Sacas, scythicam gentem.* Τούτους δὲ ἐόντας Σκύθας Ἀμυργίους, Σάκας ἐκάλεον· οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. Hæc Vossio prodesse debuissent ad emendandum ap. anon. p. 138 Gron., p. 4 Huds., mendosum τὸ Σάβακας; nec Holstenium ad loc. p. 4, Huds., fugit vera loci emendatio, quam rickianus textus refert.

Vs. 124. Σαυρομάτων] Hic intelligit Vossius ad anon. p. 139 Gronov., Sauromatas, Gelonos et Agathyrsos ab auctore *Limnæis, sive Mæoticis* gentibus adnumerari; sed minime, ni fallor. Et primum de voce Λιμναῖοι cf. nostra ad vs. 111. Immo hæc verba supra καὶ κατοικῆσαί τινας. . . interrupte posita, lacunam ante subesse satis declarant. Scythas Limnæos noster reliquit, et ad Scythas generaliter redit, ut nonnullos in Asiam migrasse dicat, et tres celeberrimas gentes scythicas celebret, sed nulla serie geographica ibi servata. Ceterum de Sauromatis et Sarmatis cf. ad vs. 142.

Vs. eod. Γελώνων] Generatim *Budinos* noster et *Gelonos* procul dubio eadem adpellatione amplectitur, quamvis Herodotus, IV, 108, 109, Budinos a Gelonis distinguat, et adjiciat : Ὑπὸ μέντοι Ἑλλήνων καλέονται καὶ οἱ Βουδῖνοι, Γελωνοὶ, οὐκ ὀρθῶς καλεόμενοι.

Vs. 126. Μαιωτῶν] Videtur noster, prima facie, Mæotas in Europa collocare; sed illos tantum nunc laudat, quia laudanda erat Mæotis Palus, quippe quæ a *Mæotis* nomen duxerit. Sed mox vs. 139, et mox tantum, Mæotas collocat post Sarmatas et Tanaim fluvium, id est, in Asia; et concinit *ille* cum Scylace, §. 71, pag. 285.

Vs. 129. Ἀπὸ τῆ... Ἀεράξεως] De quo vid. Voss. ad Fragm. *Pont. Eux.* pag. 139, ed. Gronov. Alii Tanaidis fontes ex Riphæo monte deducunt, quos laudat Tzschuck. ad Mel. I, *not. exeg.* p. 640; adde Dicuillum *de Mens. orb.* VI, §. 9: alii ex Caucaso; vide laudatos Tzschuck. loc. cit., et insuper (præeunte Dionys. *Perieg.* vs. 663) Nicephorum Blemmidam, pag. 81, ed. Nanzio, Rom. 1819, pag. 11, ed. Spohn. Strabo, pag. 754, A, ait esse fontes ejus incognitos; Agathemerus, I, 4, loca ulteriora ostiis Tanaidis, esse incomperta. Alii tandem cum Herodoto, IV, 57, ex vasta palude quadam deducunt, quam plures collocant in confinio Tartariæ minoris et Russiæ; cf. Tzschuck. loc. cit. p. 641: sed conjicit *Dureau-Delamalle*, in *Géogr. phys. de la mer Noire*, p. 165, 166, hanc paludem esse Caspium mare, quod olim canali quadam in Mæotidem sese exonerabat.

Vs. eod. Ἐπιμίσγεται] Sic textus Rickianus. Sed anonym. ἐπιμισγέσθω in mendoso loco, quem tractat Gronov. pag. 140, 141, suæ ed., p. 4 ed. Huds.

Vs. 133. Εἰς τὸν Κιμμ. τε Βόσπορον] De quo vid. Voss. ad anonym. p. 140, Gronov.

Vs. 135. Τῆς Ἀσίας ὅρος] Cf. Scylac. p. 284, et Ammian. Marcell. XXX, 2, p. 618, fin., Paris. 1681.

Vs. 137. Σαρμάται] Cf. nostra ad vs. 142. Hos Sarmatas in Asia quidem collocat noster, et quærenda est vera dispositio totius loci apud Anonym. (p. 137, Gronov., p. 2, 3, Huds.), qui, postquam Asiæ gentes quasdam numeravit Tanai proximas, et adjecit καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ τῆς Ἀσίας μέρει, transit ad Europam, ultra Tanain. Quum autem anonymus *Sarmatas*, Mæotis vicinos, in Asia posuerit, in Asia pariter Sarmatæ collocandi sunt apud nostrum. Permulti contra Sarmatas et in Europa ponunt; sed utramque oram fluminis forsan tenebant Sarmatæ, et hæc causa esse potest cur alii illos in Europa, Anonymus contra in Asia collocaverit. Ceterum *Sarmatas* et *Sauromatas*, præeunte forsan Scylace, p. 284, 285, distinguit Anonymus. De quo vid. tamen nostra ad vs. 142.

Vs. 139. Μαιωτῶν] Considerandum est non omnes Paludis Mæotidis incolas habendos esse pro *Mæotis*.

Vs. 140. Ἰαζαματῶν] Cf. Mel. I, 19, §. 17, et ibi Tzschuck. *not. exeg.* p. 638, et de scriptura vocis *not. crit.* p. 640.

Vs. 142. Ὡς δ' Ἔφορος... Σαυρομάτων] Ibi videtur alucinari anonym., unde hæc proficiscuntur, quippe qui, post Tanaim in Asia *Sarmatas* ponendo, et inde *Mæotas Iaza-*

matas dictos, innuat sequentibus verbis Mæotas Iazamatas ab Ephoro adpellari *Sauromatas*. Si contra versum 142 intelligas de alia prorsus gente, ad meridiem Mæotarum sita, habebimus Mæotas ad septentrionem Sauromatarum jacentes, quod a scylacea geographia recedit. Scylax enim, pag. 285, in Asia post Tanaim collocat Sauromatas et Gynæcocratumenos, et mox Mæotas et Sindos. Ego autem suspicor respicere hunc versum 142 ad alterum supra 137, ubi *Sarmatæ* primi post Tanaim laudantur. Forsan vidit noster pro *Sarmatis*, *Sauromatas* ab Ephoro adpellari accolas Tanaidis in Asia, quod ipsum ait Scylax; illud interrupte adjecit noster, et perturbationem fecit. Sic quum posuerit supra noster, Mæotas ad meridiem Sarmatarum, illud idem est ac si posuisset ad meridiem Sauromatarum dictorum, et mera repetitio sunt infra laudati Sauromatæ. Quid differant Sarmatæ a Sauromatis non liquet. Genuina videtur forma Συρμάται, Scylaci servata (p. 284, l. 4), et a σύρω, *traho*, deducenda. Sic græcanicæ stirpis hæc adpellatio foret, et barbarum nomen gentis generale Σκύθαι; et illud etiam innuit, quod apud Herodot. IV, 111, *Scythæ* adpellentur illi, quos *Sauromatas* cap. 110 et 117, et quod dicantur *scythica voce* uti, utpote paterna. Cujus rei ignarus Mela, III, 4, Sarmatiam ponit a Germania ad Asiæ terminos, unde Scythiam (III, 5) incipientem sibi effingit. Sed in principio Scythia erat, ubi Sarmatia. Quid de voce Σαυρομάται? Estne orta cum corruptione ex Συρμάται, et omnino iidem sunt utriusque nominis homines? Illud innuit Mela (I, 19, §. 19), Sarmatis ea tribuendo, quæ Sauromatis Herodotus, IV, 110-117, tribuit, quod jam animadvertit Tzschuckius ad Mel. III, *not. exeg.* p. 106. Videtur et Ephorus, ex nostri verbis, Sauromatas adpellare, quos alii Sarmatas.

Vanum nunc censeo, quod apud Scylacem distinguantur *Syrmatæ* in Europa usque ad Tanaim, et in Asia a Tanai *Sauromatæ*. Recentioris geographiæ additamentum nunc judico apud Scylac. p. 284, l. 3, hæc: Καθήκουσι γὰρ ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης.... εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην Συρμάται. Jam in not. 441, p. 447, miratus fueram hic mentionem fieri *exterioris maris ad septentrionem*. Illud respicere videtur ad majorem et recentiorem notitiam orbis, qualem apud Melam, lib. I, 19, fin. reperimus. Ut ut est, hic locus Scylacis alienam manum redolet, quum *Syrmatas* exhibeat, ubi *Scythæ* tantum nuntiati fuerint, nec supra Syrmatarum ullo modo meminerit Scylax.

Vs. 143. Ἀμαζόνας] Cf. Herodot. IV, 110-117, et Mel. III, 4,

§§. 2 et 3; sed increpandus Mela, qui de Sarmatis suis, totam Scythiam herodoteam usque ad Istrum implentibus (Mela, III, 4, init.), ea narravit, quæ de Asianis Sarmatis juxta Tanaim habitantibus tantum scribere debuisset. Ibi Tzschuckius, postquam Herodoti narrationem laudavit, ait: *Inde vero intelligitur, cur Mela hic de Sarmatarum feminis narret, quæ alias Sauromatis et Amazonibus tribuuntur.* Equidem video sic Melam egisse, sed non intelligo cur ita egerit; vel potius intelligo illum inconsideratius et perperam hæc scripsisse. Nam mores et vivendi genus Amazonum eo transvehit, ubi minime fuerant. Simili errore laborabat Nicol. Damasc. *(a)*, dum de mulieribus Scytharum generatim ea diceret, quæ ad Sauromatarum Asianorum mulieres pertinebant. Immo, etiamsi hæc mulierum fortitudo alibi reperiretur, quum ex Herodoti scriptis hanc famam recentiores collegerint, falluntur illi, quippe qui ex veterum scriptis diversa depromant, ab iis quæ vere scripta sunt.

Vs. 146. Μάχης] Cf. Herodot. IV, 110.

Vs. 147. Γυναικοκρατούμενοι] Hic Asianos Sauromatas, vel Sarmatas cognominat *Gynæcocratumenos* noster, dum Sauromatarum pars tantum sint Gynæcocr. apud Scylacem §. 70, pag. 285, et habeant Sauromatas ad septentrionem. Scymno potius crediderim, qui Herodoto melius concinit. Sed forsan ignorabat Scylax esse Sarmatas vel Sauromatas magnam Europæ gentem *(b)*; et quum audiret Gynæcocratumenos partem esse Sauromatarum summatim dictorum (tum Europæ, tum Asiæ), credidit illos partem esse Sauromatarum asiaticam.

Mox titulus Ἀσία vanus est, et ab Holstenio male collocatus. Cf. ad vs. 137. Scilicet ap. Anon. sub finem adjiciuntur hæc: Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ τῆς Ἀσίας μέρει. Inde confuse Holsten. hunc titulum Ἀσία sumsit et injecit in sua fragmenta, seriem locorum perturbando.

Vs. 148. Κιμμερίς] Κιμμερικόν Strab. dicta, quem vide p. 756, Almel. init. Cf. Plin. VI, 6. — In versu sequenti pro Κιμμερίαν rescribo Κιμμερ. ex fragm. *Pont. Eux.* pag. 2, fin. Huds.

Vs. 150. Κτίσις δὲ τυράννων] Si condita fuerit Cimmeris a Bosporanis tyrannis, non adeo antiqua est. Sed ad Cimmeriorum magnam potentiam Strabo, p. 756, init., hanc urbem refert, quod respicit ad remotiorem ætatem. Immo hanc civitatem

(a) Ap. Stob. v, §. 73, laudat. ad Scylac. pag. 449, fin.

(b) Nam supra ad vs. 142 monui, non ab eadem manu profectum hunc Scylacis locum §. 70, et supra alium pag. 284, lin. 3 et 4.

non adpellassent *Cimmericum* Bosporani reges, si eam primum condidissent. Videtur hæc κτίσις esse restauratio et amplificatio loci, qualem geographi sæpe exprimunt verbis κτίζειν et οἰκίζειν. Cf. Siebelis *Symb. crit.* pag. 107, 108.

Vs. 152. Εἶτ' ἔστιν Ἑρμων.] Hic noster *Phanagoriam* tantum laudat, nec meminit *Phanagori urbis.* Sed anonymus Pont. Eux., ab oriente ad occidentem procedendo, numerat *Phanagori urbem, Cepos, Hermonassam, Phanagoriamque;* et ex anonymi verbis Vossius Fragmenta sic composuit in adnot. ad loc.:

εἶτ' ἐστὶ Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις.
εἶτ' ἔστιν Ἑρμώνασσα...

Ceterum sæpe geographi antiqui et recentiores confundunt duas Phanagorias, quarum altera erat juxta introitum sinus Corocondamitis, altera in ima parte juxta Sindicam regionem. Phanagori urbs anonymi eadem est ac *Phanagoria* Strabonis p. 757, init., quæ ad sinistram erat in sinum Corocondamitem intrantibus. Hæc illa est quam Scylax vocat *Phanagori* urbem. Phanagoria vero anonymi, vel Scymni, erat in intima sinus parte, ad meridiem Hermonassæ, et forsan non procul ab *Apaturo* Strabonis. Immo, quum confundat Strabo *Phanagoriam* et *Phanagori urbem*, ceu duplicem ejusdem loci scripturam (καλεῖται γὰρ καὶ οὕτως ἡ πόλις), quum et dicat (757, B) esse in Phanagoria fanum Veneris Ἀπατούρου, nescio annon sit secunda Phanagoria (Hermonassæ vicina) eadem ac Apaturum Strabonis. Forsan Strabo credidit esse Phanagoriæ fanum Veneris, dum, ubi erat Veneris fanum Ἀπατούρου, Phanagoriam ibi alteram agnoscere debuisset.

Vs. 153. Ἣν Τήιους] Conf. *Raoul-Rochette, Hist. des col.* III, 393.

Vs. 154. Σινδικὸς λίμην] Cf. Scylac. §. 72, pag. 285.

Vs. 157. Ἡ νῆσος...] Cf. Vossium ad Fragm. *Pont. Eux.*, p. 135, ed. Gronov., ad p. 2, ed. Huds., et ibi Gronovium, pag. 136. Miratur Vossius hunc locum, qui civitates quatuor comprehendit, insulam dici. Nempe insula tunc temporis reipsa erat. De quo sic doct. *Dureau-Delamalle, Géograph. physiq.* pag. 173: *Pomponius Mela, Strabon et Denys Periégète, décrivent au-dessus de Phanagorie un très-grand lac, nommé* Corocondama, *qui, s'étendant beaucoup en long et en large dans le pays des Sindes, allait se jeter dans le fleuve Hypanis... Les attérissemens de l'Hypanis ont comblé en partie ce lac, qui for-*

mait alors un golfe de la mer d'Azof, et il n'y reste plus aujourd'hui que de petits étangs séparés entre eux.

Vs. 162. Οἱ λεγόμενοι Μοσυνοικοί] Hæc usque ad finem *Fragm.* sumuntur ex anonymi *Descript. Pont. Eux.* p. 12, fin., ap. Huds. t. III. Cf. Bastii Epist. crit. supra p. 311. De Mossynœcis cf. not. 483 ad Scylac. p. 457.

Vs. 163. De moribus Mosynœcorum cf. Mel. 1, 19, §. 10, et ibi Tzschuck.

Vs. 167. Τὴν δὲ... βασιλέα...] Illud etiam refert Apollon. schol. II, 1030, et Ephoro tribuit. De quo vide Melam, 1, 19, §. 10, et quos laudat Marxius in *Ephori Fragm.* p. 196.

Vs. 170. Νομίμως ἵνα...] Vertit interpres vetus ap. anonym. *Pont. Eux.* p. 13, Huds. t. III : *Custodibus vero curæ esse, ut cuncta legitime fieri jubeat;* rectius quam Holstenius :... *laboris id dari, quæcumque recte jusserit facto exsequi,* vel in margine: *ut exsequantur cuncta, quæ recte jubet.*

Vs. 173. Κερασοῦς] Triplex apud veteres datur Cerasuntis situs, quam Scylax (p. 289) collocat ad occidentem Sinopes; Arrianus ad occidentem Zephyrii, eamdem ac *Pharnaciam;* anonym. Peripl. pag. 13, t. III, Huds., et Plinius, VI, 4, ad occidentem Trapezuntis et Cordylæ et ad orientem Zephyrii. Vanam procul dubio judicat Scylacis Cerasuntem Mannertus, VI, II, 385; sed plinianam ad occid. Trapezuntis, veram esse censet, alteram vero Arriani juxta Zephyrium, dictam fuisse Cerasuntem per corruptionem τοῦ Χοιράδες in Κερασοῦς. Cf. Mannert. l. cit. 387. Conjecturam viri cl. fulcit noster, qui *insulam Martis* collocat juxta Cerasuntem, dum Scylax, §. 85, pag. 288, hanc insulam juxta *Chæradas* posuerit. Sic videtur respicere *Cerasus* Scymni, ad *Chæradas* Scylacis.

Vs. 174. Ὑπ' αὐτὸ] Quo referendum sit illud ὑπό? Habet anonym. *Pont. Eux.* apud Huds. t. III, p. 12, ὑπ' αὐτῶν, quod pendet a Σινωπέων. Ceterum versus ille vix iterum componi potest : nam apud anonym., unde hæc sumsit Holstenius, videntur sequentia ἧς ἄντικρυς, glossam marginalem esse præcedentium καθ' ἃς. Supra laudavit anonymus, vel potius Arrianus, unde anonymus aperte sua mutuatus est, Cotyorum urbem, *Sinopensium coloniam,* et mox Cerasuntem, *Sinopensium quoque coloniam.* Tunc adjicit scriptor nescio quis, sed non Arrianus, καθ' ἃς, id est, *in conspectu Cotyori et Cerasuntis, deserta jacet insula....* Alter contra ejusdem insulæ situm exprimere voluit juxta solam Cerasuntem, et scripsit ἧς (ἤγουν Κερασοῦντος) ἄντικρυς.... Ex his omnibus duos versus

componere conatus est Holstenius, sed locorum, immo orationis ipsius seriem parum curavit.

Vs. 175. Νῆσος Ἄρειος] Ἄρειως anonym. mendose; sed. p. 13, Huds. Ἀρητιάς, vel Ἀρειώνησος. Cujus insulæ meminit Scylax, §. 85, p. 288. Ἀῤῥητιάς Arriano, Ἀρητιάς Apollon. Rh. II, vs. 1033 et 1049; cujus vid. schol. ad loc. cit. vs. 1033.

Vs. 177. Ἀπὸ....] Vide varr. lect. Versu sequenti fors. leg. ὁμόχωρον. Ceterum non video quomodo Holstenius hos duos versus componeret, aut quomodo sine perturbatione magna composuisset, si illam absolvisset prosæ orationis distinctionem.

Vs. 178. Τιβαρηνοί] Noster Tibarenos collocat a Cotyoro ad Polemonium, fere ubi Scylax suos Chalybas; Scylax vero Tibarenos magis removet ad orientem, et arctiorem illis regionem tribuit. De quo vide nostra ad Scylac. p. 216. Ceterum Scymnus Tibarenos latius in litore patentes describit, ideo quod vs. 201 Chalybas mediterraneos faciat. Cf. Tzschuck. ad Mel. I, not. exeg. p. 604.

Vs. 179. Γελᾶν σπουδάζοντες] Cf. Ephorum apud Steph. voc. Τιβαρην., Anonym. *Pont. Eux.* p. 12, Huds., Melamque, I, 19, §. 10, et ibi Tzschuck. De quo vide quos laudat Marxius in *Ephor. fragm.* p. 196, 197. Homericorum Deorum risum ἄσβεστον imitabantur Tibareni, et Tirynthiorum meminit Damm. (*Lex. græc. etym.* col. 669), qui publico risu sic ægrotabant.

Vs. 181. Ἀμισὸς ἐν τῇ Λευκ.] Ex anonym. *Pont. Eux.* p. 9, fin., Huds. t. III.

Vs. 182. Φωκαέων ἀποικία] Cf. *Raoul-Rochette, Hist. des col.* III, 333, 334.

Vs. 183. Τέσσαρσι... ἔτεσιν] Illud respicit ad ann. 563 ante Chr.

Vs. 187. Ἀλεξανδρούπολιν] Liquet hæc non respicere ad Alexandriam Ægypti, sed Ciliciæ, cujus meminit Stadiasmus, §. 141, 142.

Vs. 189. Ἑπτά] Non *septem* dierum, sed *quinque* tantum hoc iter esse ait Herodotus, I, 72, fin. Immo Scylax, §. 102, p. 301, *quinque* pariter dies numerat, sed ex urbe *Sinope*, quæ magis recedit ad septentrionem, quam Amisus. Ceterum Herodotum mox increpat Scymnus ipse, de quo conf. Wesseling. et Schweigh. ad Herodot. loc. cit. p. 84.

Vs. 191. Εἰς τὸν περὶ αὐτὸν] Pendet αὐτὸν ab αὐχέν, quod intelligendum minime tradit Holstenius, vel potius Anonymi interpres, quem fere exscribit Holsten.: *Nam fertur Asia... ad Issici sinus recessum comprimi.*

Vs. eod. *συνάγεσθαι*] Conf. Perieg. vs. 334, et ibi adnot.

Vs. 194. Πέντε ημ. . . . . εἰς Πόντον.] Conf. varr. lectt., et nostra ad vs. 189.

Vs. eod. Πεντεκαίδεκα] Quindecim nempe gentes asianæ peninsulæ incolas infra numerat noster usque ad vs. 203.

Vs. 199. *Μάκαρες*] Ubi collocandi sint hi *Macares*, incertum. Meminit Dionys. Halicarn. I, c. 18, Pelasgorum adventus in Lesbum insulam, duce *Maçare*. De quo cf. *Raoul-Rochette*, loc. cit. I, 181. Ejusdem gentis coloniæ insulas Asiæ adjacentes incoluerunt. Vid. *Raoul-Rochette*, loc. cit. II, 222. — Μαριανδηνοί habet noster, et Μαρυανδυνοί Constant. Porphyr. *Them.* I, 7; sed conjicit Zeunius (ad Xenoph. *Anab.* VI, 2, init., pag. 380) ex plurimis laudd. auctt. rescribendum esse Μαριανδυνοί.

Vs. 201. Χάλυβες] Cf. ad vs. 178.

Vs. 204. Ἀλλ' ἡ Σινώπη] Ex Anonymo, p. 7, fin., Huds. Cujus urbis ortum punicum esse ostendit doctiss. *Roch.*, *Hist. des col.* I, 165, quod non repugnat Scymni sententiæ. Adjicit enim noster, vs. 206, primos incolas Sinopes fuisse *Syros*. Forsan hic *Syri* iidem sunt ac *Phænices*, sicut apud Scylacem (a). Secundos incolas adducit noster, vs. 207, Græcos Amazonum victores. De qua invasione, de Autolyco, Deleonte et Phlogio, vid. auct. citt. ap. *R. Rochette*, loc. cit. II, 206, 207. De Milesiorum colonia vid. Diodor. XIV, 31, et quos laudat Zeunius ad Xenoph. *Anab.* VI, 1, §. 15; cf. et *R. Roch.* loc. cit. III, 172.

Vs. 215. Ὁ Κιμμερίων στρατὸς] Conf. Herodot. I, 6, et ibi cl. Wesseling., et lib. I, 15, et IV, 12.

Vs. 217. Ὧν δὴ τόπων ἄρξαι Φινέα] Idem est hic *Phineus* ac *Phryxus* Strabonis, pag. 820, B, ex quo forsan emendandus noster. *Ii loci*, quibus imperavit Phineus, sunt procul dubio *quatuor συνοικίαι*, Sesamus, Cytorus, Cromna et Tium, quarum meminit Strabo, loc. cit. De situ harum urbium vide Arrian. *Per. Pont. Eux.* p. 15, init., Huds. Phinei illius originem punicam nullus, quod sciam, statuit.

Vs. 220. Ἃς εἰς Ἄμαστριν. . . συνήγ.] Quum Amastris regina suum nomen dederit quatuor urbibus, supra ad vs. 217 dictis, et suo nomine proprio antea designatis, quum autem urbs Amastris in posterum per se sola steterit, necesse est unam e quatuor antiquis συνοικίαις eamdem esse agnoscamus ac urbem

(a) Scylac. §. 105, pag. 302; cf. not. pag. 574, fin.

Amastrim. Et Sesamus urbs hæc illa esse videtur, quod disertius innuit Anonym. *Pont. Eux.* p. 5, Huds., his verbis : . . . . Ἄμαστριν . . . ἔχουσαν καὶ ποταμὸν πρότερον λεγόμενον Σήσαμον. Nam *Teium* ad occidentem Parthenii fluminis erat ; *Amastris* ad orientem, 90 stadiis ; *Cromna,* 120 stad. ab urbe Amastri ; *Cytorus*, stad. 90 ab urbe Cromna. Vid. Arrian. *Peripl. Pont. Eux.* pag. 14 et 15, Huds. Non reperitur Amastris apud Scylacem, sed *Sesamus* ibidem, ubi Arrianus Amastrim collocat. Similem permutationem nominis in insula Lesbo conjeci ad Scylac. not. 539, pag. 469.

De reginæ Amastris familia cf. Strabonem loc. cit., nostro consentientem, et ibi Casaub.

Vs. 226. Παρθένης] Aliis dictus Παρθένιος. Cf. Cellar. *Geogr. ant.* t. II, pag. 178.

Vs. 229. Ἀρτέμιδος . . . λουτρόν] Ob dulcedinem aquarum, et ἀνθηρὰ χωρία, quæ præterlabitur fluvius, teste Strabone, pag. 818, fin.

Vs. 230. Ἡράκλεια] Cujus urbis ortum primum ad annum 658 pertinere conjecerat doctiss. *R. Rochette*, l. cit., III, 300 ; sed in *Emendandis*, t. IV, pag. 406, 407, Scymno auctore, redit ad ann. 572 - 545 ante Chr.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΣΤΑΔΙΑΣΜΟΣ,

ΗΤΟΙ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

ANONYMI STADIASMUS,

SIVE

PERIPLUS MARIS MAGNI.

Interprete nunc primum J. Fr. G.

LECTORI IRIARTUS[1].

. . . Duos hujusmodi catalogos præcipuorum Orbis montium et fluminum excipit incerti auctoris prologus in proximè sequentem *Stadiasmum*, sive *Periplum*. Id autem operis neque inter geographica ab Hœschelio, Allatio, Hudsono publicata, vel ab Holstenio promissa, neque alia, quæ in bibliothecis adhuc inedita extare memorantur, mihi, quamvis diligenter investiganti, sese obvium tulit. Quapropter non modò de litterarum, sed etiam de universo terrarum orbe videar optimè meriturus, si nova utrumque scriptione locupletavero. Præmisso igitur *Prologo*, quem latinè pariter subjecimus, ne græcè nescientem argumentum lateat, atque omnis rationis, quam describendo libro adhibuimus, explicatione (ne lector in limine diutiùs hæreat) in finem rejectâ, statim opus transcribendum aggrediamur, quod est hujusmodi (2). . . .

In hæc verba desinit contentus hoc codice *Periplus*, parte suì posteriore (quod maximè dolendum) mutilus, ut apertè colligitur ex indice ac prænuntiâ reliquorum consequentium dictione *ἀκρωτήριον*, quam *Constantinus Lascaris* imæ paginæ adscripsit, ab altero nimirum exemplari pleniore desumptam. Is enim hoc nostrum penès se habuit, ac, tanquam suum, ut prædiximus (3), manu suâ supplevit.

(1) In *Reg. Bibl. Matrit. cod. græc.* vol. I, pag. 485. Iriarti hæc verba sunt, pag. 480, de manuscripto, unde hoc fragmentum sumsit : *Membraneus in-4.°, foliis constans 88, subfuscâ et aliquantùm rudi membranâ, litteris quidem æqualibus et ad quadratam formam accedentibus, sed minutis, ac præ senio pallidis caducisque; adeòque interdum lectori propè invisis; sæculo XIV.°, ut videtur, ineunte descriptus; liber olim penès Constantinum Lascarim, nuper verò ex Comite Mirandæ inter alios comparatus. Eo complexa reperias* S. Nicephori patriarchæ C. politani *brevem Chronographiam; deinde incerti auctoris* Divisionem *terræ tribus Noë filiis factam, gentiumque ex iis* Genealogiam; *tùm, eodem fortasse auctore, præcipuorùm orbis* montium *ac* fluviorum *nomina, et* Magni maris Stadiasmum, sive Periplum *ad Herculis Columnas Gadesque; tùm denique* Insularum *distantias, numerum, habitus, aliaque ad eas pertinentia.*

(2) Sequitur contextus Peripli, cujus ad calcem, p. 493, adjicit Iriartus ea, quæ pollicitus erat.

(3) Conf. supr. not. 1.

In hujusmodi *Stadiasmo,* sive *Periplo,* exscribendo quidquid à nobis præstitum sit, accipe.

Primùm quidem Græca verba, quantâ fieri potuit, maximâ fide repræsentavimus (1), sublatis tantùm mendis minimè dubiis, intactis verò locorum vocabulis, erroris propter multiplicem varietatem suspectis. Multa enim, nunc uno, nunc alio genere, modò singulari, modò plurali numero; jam hac, jam illâ, jam nullâ declinatione efferuntur; solœci denique speciem interdum exhibent: ita quidem ut longè potiùs visum sit propriam ipsius contextûs lectionem retinere, quàm diversæ periculum facere.

Ad prosodiam et scribendi rationem quod attinet; accentus, ubi desiderabantur, suffecti; deficientem pluribus locis interpunctionem adjiciendam curavimus, observatum in codice morem minùs sequuti, quo signum perfecti coli, sive *punctum finale* summæ dictioni, imperfecti verò, vel medii signum imæ adscribi solet.

Loci cujusque distantiam habitumque designantia capita, quæ perpetuus tenor in contextu continuat, seorsùm et articulatim à nobis disposita (2). Ad hoc vocabula propria geographica, ut ab appellativis statim dignoscantur, grandioribus litteris insignita.

Quantum verò singulis expediendis, præsertim exiguâ litterâ, atque atramento evanido, frequentibus dictionum compendiis, plurimisque vocabulis in unius formam inter se cohærentibus; quantum, inquam, operæ, studii, laboris sit à nobis impensum, nemo non id genus rerum peritus optimè intellexerit.

Cæterùm, vel ambigua locorum nomina pernoscere, vel insolita investigare percupienti mihi nihil, aut parum profuere Lexica geographica, in iis *Stephani Byzantini*, et *Abrahami Ortelii*, nihil ferè *Cellarii*, *Hudsoni*, *Wesselingii* catalogi ad ejusdem argumenti genus pertinentes, tùm quia vel mendosè, vel diversè scripta; tùm quia nova prorsùs et ignota: adeòque, qualitercunque in manuscripto libro se habent, in

(1) Non semel tamen Iriarto viri docti nimiam festinationem in exscribendo et incuriam exprobrarunt. Haud mediocre igitur desiderium mihi manuscripti hujus fuit, tanto distantis intervallo, et quem iterum conferre multum sane mihi profuisset. G.

(2) Et numerales literas initiis segminum præfixit novus editor. G.

exemplari excuso reliquimus, curiosis hujus disciplinæ investigatoribus excutienda.

Denique, majoris litteratorum commoditatis gratiâ, placuit indicem adjungere omnium ejusdem *Peripli* locorum vocabula propria litterarum ordine complectentem, eumque, veluti nondum visam *Terrarum orbis Tabulam*, eruditis oculis proponere.

EDITORIS DISSERTATIO

DE EODEM STADIASMO.

§. I. AUCTOR hujus fragmenti geographici, quod publici juris fecit Iriartus in *Notit. Reg. Bibl. Matrit. Cod. græc.* vol. I, p. 485-493, pollicitus fuerat se *Mediterraneum* Mare fere totum, id est, ab Alexandria ad Dioscuriadem, et a Bosporo ad Herculeas Columnas, descripturum. Sed, quum gaudemus reperta Libyæ litoralis descriptione ab Alexandria ad Uticam, quam minime prologus nuntiaverat, lugenda est multo gravior reliquorum jactura, ex qua periplus Asiæ a Phœniciæ terminis ad Rhodum, cum Creta et Cypro, et diaphragmate Cycladum Sporadumque, tantum superest. At in residuis partibus loca plura memorat noster, quam Strabo, et uberius quam Ptolemæus: intervalla refert ubique *stadiis* expressa [1]: stationes navales aqua dulci instructas (cf. nostra ad §. 12); locos portu carentes, ἀλιμένους (§§. 69, 97, 110, 285, 295), vel navibus præbentes *portum*, λιμένα [2], aut *stationem*, ὅρμον, ἔφορμον, aut *recessum* sub promontorio latentem, ὕφορμον [3], aut stationem a litore remotam, et jaciendis anchoris idoneam, σάλον: interdum αἰγιαλὸς tantum laudatur, id est, litus importuosum et inaccessum navibus (cf. adnot. ad §. 3). Minime oblitus noster eorum quæ ad rem nauticam, et ad naturam locorum spectant, navigantibus diligentissime præcipit *quibus ventis* adeundus sit portus quisque (conf. nostra ad §. 16);

[1] Cf. mox, p. 426, 427. — [2] Interdum tamen de *portu* silet, apud alios laudato. Cf. ad §§. 42, 43, 50. — [3] Ὅρμον tamen memorat §. 48, ubi Scylax ὕφορμον.

cujus amplitudinis naves excipi possint, utrum magnæ (§. 117), an *parvæ* (§§. 56, 85, 92, 119, 298), an *justæ magnitudinis*, *σύμμετρα* (§. 105), an *magnitudinis cujuslibet*, *παντοίαις ναυσίν* (§. 14): utrum *æstivæ*, *θερινοί*, stationes sint (§§. 8, 29, 39, 40, 47, θερινὸς ὕφορμος; λιμὴν θερινός, §. 310; ὅρμος θερινός, §§. 38, 52, 59, 76, 83, 294), an *hibernæ* [1], *λιμὴν παραχειμαστικός*, §. 117, ubi *χειμάζεσθαι* jubet (*χειμάζει βαρίου*, §§. 293, 298) de quo cf. ad §. 16). Neque silet de portubus, quorum aditus rupibus aut vadis impeditus sit (cf. ad §. 24), de litoribus a quibus navigando recedendum (cf. ad §. 37); ubi caute navigandum (§§. 18, 24, 253, 283, 287); ubi fidenter adpellendum (§§. 15, 54, 91, 118, 119); quomodo in adpellendo cavendum (§§. 13, 16, 35, 43, 116). Interdum præmonitus eris de *altitudine maris in portu*, atque an fuerit *βάθος φορτηγοῖς* (§. 12).

Neque in iis tantum inhæserim, quæ tractavit noster, sed etiam ea quæ prætermisit adtendamus necesse est. Nam quum veteres gaudeant delibandis obiter in scribendo quibuslibet, et a proposito facile digrediantur, ut oblectationi indulgeant, noster contra nihil tetigit, quod a re nautica esset alienum. Minime, tamquam alter Pausanias, artis specimina depingenda curabit, at ne laudabit quidem, præter *fana deorum* nonnulla; sed forsan de iis etiam mercaturæ causa non siluit; nam ob ritus sacros creberrimi conventus ibi fieri solebant, et ubi conventus, commercia. Non semel, exempli gratia, dicti sunt Jovis Ammonis sacerdotes, *une colonie de prêtres marchands*, ut ait *Pacho* noster in *Voyage dans la Marm. et la Cyren. Introd.* p. xxij. Sic mercatoribus placuit fana in litoribus variis insidentia cognoscere, et geographo nostro, utpote diligenti, ea indicare. Cujusmodi forsan olim fuerat *Hiëron* laudatum §. 143.

[1] Illud tamen omittit §. 45., ubi vid. adnot.

§. II. Quum autem fere ignotum etiamnunc jaceret fragmentum illud, absconditum nempe in Notit. mss. Matrit., opere raro admodum, et minus habili, haud parum me profuturum studiosis geographiæ veteris speravi, si usuram parabiliorem libelli præstiterim. Cl. nempe Mannertus magnam utilitatem ex eo sumsit in describendo Libyæ septentrionalis litore, quæ commentatio in lucem prodiit ann. 1825; immo jam ante in edenda Asiæ minoris descriptione (vol. VI, part. II et III), ann. 1801 et 1802. Sed in prima parte vol. VI, edita ann. 1799, videtur vir cl. hunc Stadiasmum nondum evolvisse, cujus nusquam meminit in describendis Syriæ et Cypro. Post Mannertum, nullus, quod sciam, præter *Leakium*[1], hoc fragmentum tractavit[2], et rudem materiam adgressus est. Ab utroque acceptum auxilium neque diffiteri, neque elevare velim; in emendandis nonnullis locis, in dignoscendis corruptis lectionibus quibusdam, et in conferendis numeralibus literis cum serie locorum litorali, duces illos interdum secutus, summa cum religione laudandos ubique in adnotatione curavi: sed inprimis mihi superfuit, vel post Iriarti præfationem brevem, ut generatim de solitis scribendi formis, de auctore libri, de ætate, dissererem, ut sive simplex, sive mixta conclusio consequeretur.

§. III. Nuperrimæ jam vero retractationis indicia facile dignoscas, ex Constantino Lascari forsan ipso[3], vel ex alio quolibet librario recentiore manantia: nam passim exsurgunt oculis formæ græcitatis recentioris, ut νησίον μέλανον, pro μέλαν (§. 56), et fluv. Μέλανον pro Μέλανα (§. 193). Si illud semel esset, Iriarti negligentiæ

[1] Cf. *Leake's Journal of a Tour in Asia minor*, pag. 171, 181 et pass. — [2] Interdum recurrit ad nostrum peregrinator diligentissimus *Pacho*, in *Voy. dans la Marmar. et la Cyrén.*, et naturam locorum fideliter expressam reperit. — [3] Cf. Iriart. supr. p. 411, not. 1.

in legendo tribuere possim; at ægre in iterata lectione [1]. Et denique in pluribus locis, forsan consuetudine victus, scriba, nescio quis, adhibuit præp. ἀπό, sequente accus. casu : Ἀπὸ Δελφῖνα (§. 21), ἀπὸ...βωμούς (§. 84), ἀπὸ Ζεύχαρειν (§. 100), ἀπὸ Μακρὰν νῆσον (§. 135), ἀπὸ τὴν Τύρον (§. 324), ἀπὸ Καμάραν (§. 334). Sed hæc recedunt a consueta scribendi ratione, et per incuriam irrepserunt, quum sexcenties in simillimis dicendi formis, ἀπό genitivum regat.

Verum enimvero haud mendoso tenore conscriptus est totus hic libellus, nisi quod in dicendi formis semper iisdem iteratis, phrasis sæpissime interrupta sit, sed non contra mentem auctoris, qui oratione suspensa gaudet, proceditque in hunc modum : semel laudatis et loco unde proficiscitur, et loco ad quem pervenit, ibi medium collocat quidquid peculiare navigantibus commendandum judicat; et denique, sæpius abrupte, numerum stadiorum subjungit, respicientem ad intervallum supra *a loco....ad locum*, et quo phrasis incœpta impletur, ut §§. 1, 3, 4, 5, 7, 8, et passim. Sæpe complura media interjiciuntur, quæ pendent interrupta. Interdum tamen recte procedit oratio, ut §§. 11, sqq.

Incidit noster nonnunquam in usum præpositionum inconsideratum, ut ἐπί cum accus., deficiente omnino sensu movendi, vel subaudito : ὑψηλὸς... ὁ τόπος, καὶ

[1] Habet, equidem fateor, Justin. Martyr. p. 118, E, ed. Lutet. 1615, μελανοῦ pro μέλανος. — His adnumerare non licet πλοιαρίοις μικροῖς §. 56 (quamquam illud nusquam videre meminerim), quum redundantiam similem vis diminutivæ jam reperias apud auctores antiquos. Cf. Eustath. ad *Iliad.* α', pag. 26, l. 8; Fischer. ad Weller. II, 36, et Boissonad. ad Planud. *Metam.* Ovid. p. 119. Sed non absonum mihi videtur, si obiter notaverim apud optimos et veterrimos auctores hanc dicendi formam cum ironia quadam vel animi motu adhiberi (sed nusquam reperiri apud Homerum, ni fallor, ne in loco quidem, cujus causa de diminutivis disserit l. c. Eustathius). In posterum frigide et sine figura eam usurpant auctores; sed minus apte.

ὑπ' αὐτὴν ἡ πόλις (§. 111); Ἀντιόχειαν ἐπὶ Πύραμον (§. 152).
Sunt tamen dicendi formæ hujusmodi, quas minus damnaveris, ut: εἰσὶ εἰς τὸ πέλαγος βράχη (§. 111); καὶ εἰς τὴν εἴσοδον βράχη ἔχει (§. 326); τόπος... εἰς ὃν κεῖνται νῆσοι (§. 327), et ὑπὸ τὸ ἀκρωτήριον ὅρμος ἐστὶ (§. 14), a quibus haud alieni sunt veteres. Habet tamen Scylax p. 309, καταφυγαὶ ὑπὸ νησίοις; sed formam quoque... ὑπ' αὐτῶν (νήσων) pag. 308. Verum anologia omnino carent hæc: ποταμός ἐστι καὶ λιμὴν ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ (§. 328). Ceterum hujus modi sunt scribendi formæ, quas in aliis manuscripti ejusdem locis, quamvis operis diversi: Λίβανος εἰς τὴν Συρίαν μεταξὺ Βύβλον (leg. Βύβλου) καὶ Βηρυτοῦ· Καύκασος ΕΙΣ τὴν Σκυθίαν (cf. Iriart. l. c. p. 484, fin.). Hæc librarii sunt.

§. IV. Quidquid lectoris oculis hucusque subjecimus, nihil fere ad ætatem auctoris designandam valet, et a librarii cujusdam incuria manare potest. In rei geographicæ ipsius visceribus argumenta sententiæ cujusvis quærenda sunt.

Videtur noster in Creta locum laudare, cui latina adpellatio *Aspera* adfigitur, his verbis §. 327: ἀπὸ Κυλωνίας (leg. Κυδωνίας) εἰς Ἄσπεραν παράπλευσις στάδ. ρν'. Ibi vocem ex romana lingua mutuatam agnoscere eo minus dubitavit Mannertus, VIII, p. 695, quod illa vox mire congruit cum locorum natura. Si mendo caret hic locus, conscripta est hæc saltem pars Stadiasmi, sat multo post Cretam Romanorum armis domitam, ut romana adpellatio invalescere potuerit. Sed mendosa est forsan lectio, licetque conjicere εἰς ἑσπέραν, vel εἰς Ἄσφαρ. Conf. adnot. ad loc. Si priorem conjecturam præstare judicaveris, nihil spectabit locus ad propositam ibi disquisitionem: sin Ἄσπεραν malueris, hæc erit interpolatio recentioris græcismi, et recentioris geographiæ.

§. V. Neque plurimum valet ad statuendam fra-

gmenti ætatem recentiorem, quod insula hodierna *Gozzo* laudetur, sed Κλαυδία vocata, §. 312. Quæ adpellatio ex imperatoribus romanis jamdudum rerum potitis, atque ex *Claudio* manare videretur, nisi hæc insula jam Κλαύδη dicta foret in *Actt. Apostt.* XXVII, §. 16, et iterum Κλαῦδος apud Ptolem. Attamen, quum Γαῦδος ejus nomen sit apud Strabonem, pag. 425, A, incertum utrum perperam, an merito, haud absonum est a ratione conjicere illud insulæ nomen inditum fuisse ex documentis Ptolemæo potius, quam Straboni, coævis. Forsan seriores Græci crediderant, quum nomen insulæ hujus idem fere sonaret ac Claudii imperatoris, ex Claudio ipso ortam esse adpellationem insulæ: quod veri simile reddit forma adjectiva Stadiasmi Κλαυδία, quæ non recentius quidem nomen, sed recentiorem nominis formam et interpretationem indicat.

§. VI. Meminit noster Elæuntis, urbis Ciliciæ, his verbis, §. 159: ἀπὸ Καλανθίας κώμης εἰς Ἐλαιοῦντα... et mox: ἀπὸ Σιψαούσης εἰς κώμην..... Κώρυκον... Liquet ibi minime differre Ἐλαιοῦντα ab illa Σιψαούσης, ubi corrupta lectio aperte est pro Σεβαστῆς, quod jam vidit *Leakius* l. c. p. 207. Testatur enim Stephanus *Sebasten* recentius nomen fuisse Elæuntis: Ἐλαιοῦσσα..., ἡ νῦν Σεβαστή. En igitur hanc adpellationem loci, quam præbet Stadiasmus, declarat Stephanus pertinere ad finem sec. V.ti post Chr. Sed parum certum quando cœperit nomen *Sebaste* ita succedere in locum Elæuntis, ut prius nomen omnino obsolesceret: immo, quum adpellationem utramque exhibeat noster, altera explanationis vel interpolationis instar procul dubio inserta est.

§. VII. In litore eodem laudat noster, §. 149, promontorium quoddam, ἄκραν Ἰανουαρίαν, cujus nullus veterum meminit. Quum autem deficiat historica ratio hujus adpellationis, forsan illa sumenda erit *Sancto*

Januario Neapolitanorum recentiorum, potius quam ex *Jano*, et romana dominatione in Oriente constituta. At respiceret hæc adpellatio ad seram admodum ætatem, quum Italorum classes in Mediterraneo mari imperitarent; et hujusmodi interpretationem confidentius adtulissem, si promontorium ejusdem nominis in Sanuto Secret. Fidel. reperissem, sive in compage libri, sive in tabulis geographicis.

Et tandem, ut peractum sit de locis iis nonnullis, qui nonnihil novitatis præ se ferre videntur, et quibus infelices conjecturas, potius quam altum silentium, editor concedit, hæc alia nostri verba corrupta adferam, §. 275: *οἰκεῖται*... (Cariæ) Πάσσαλα πηγὴ εἰς ΘΕΝΕΤΟΝ. Ubi, si non repugnaveris a dignoscendo scholion marginale, εἰς Οὐενετόν, pravo et nupero græcismo scriptum, sensus erit parere Passala Venetorum imperio. Forsan quoque serus quidam librarius nescio quo compendio exprimere voluit, Passala *etiamnunc* habitari.

§. VIII. Christianum calamum aperte produnt hæc Prologi ineuntis verba: Δεδειγμένων οὖν τούτων, τὸ φιλομαθὲς καὶ σπουδαῖον ἀγάμενος τῆς σῆς ἀγάπης, ἀδελφὲ τιμιώτατε... Honorificam scribendi formam, σπουδαῖον τῆς σῆς ἀγάπης, adhibuit auctor pro σπουδαῖόν σου, sicut Christiani usurpant *studium Charitatis tuæ.* Ab iisdem formis haud absona sunt hæc, ἀδελφὲ τιμιώτατε, quæ *fratrem in J. Christo* exprimere videntur, quum desit nomen ipsum fratris, quod omitti in tali dedicatione non solet.

Explanationem hujus exordii præbet anonymus Ravennas, in dedicatione, ubi primum extollit laudibus Dominum, et mox adjicit: *Quamobrem, o mi frater carissime*... In sensum hujus compellationis recte penetravit editor D. *Porcheron*, cujus verba sunt in præfatione, pag. 9: *Sed nec prætermittendum censeo, quod fratris charissimi nomine, monachis et clericis illorum*

temporum familiari; illum compellat, cui suam nuncupat lucubrationem.

Neque prætermittenda christiana quasi societas, cujus pars fuit fragmentum nostrum in membrana matritensi. *Eo* (manuscripto) *complexa reperias*, ut ait Iriartus, *S. Nicephori Patriarchæ C. Politani brevem Chronographiam; deinde incerti auctoris Divisionem terræ tribus Noë filiis factam*, &c... Vide cetera supr. p. 411, n. 11 Sic anonymus noster, pariter ac Ravennas, christianus erat, et pariter forsan in principio orationis laudes Domini prædicabat, et semel prænuntiatis evangelicis aliquot præceptis, adjiciebat διδάγμένων οὖν τούτων...; quibus abrupte nunc incipit Prologus. Forsan tamen ante fragmentum nostrum geographicum, auctor priorem quamdam libelli partem conscripserat, quum mox adfigat hæcce:.. ἔδοξέ μοι, καὶ τὸν τῆς Μεγάλης θαλάσσης Σταδιασμὸν... δηλῶσαι. Qua vocula καὶ innuitur alia jam alius generis edocuisse auctorem Prologi.

§. IX. Ex eodem anonymo Ravennate altera nobis percipietur utilitas in explananda adpellatione geographica quadam fragmenti nostri, christianam doctrinam redolente. Sic enim Prologi auctor fere ab initio:.. ἔδοξέ μοι καὶ τὸν τῆς Μεγάλης θαλάσσης Σταδιασμὸν... δηλῶσαι. Nemo Græcorum, quod sciam, hanc adpellationem Mediterraneo mari tribuit (1). Homerus nude vocat Θάλασσαν, id est, mare unicum, τὴν κατ' ἐξοχὴν θάλασσαν, quum cetera maria in fluvio Oceano confuse misceat. Scylacis titulus, Περίπλους τῆς θαλάσσης τῆς οἰκουμένης Εὐρώπης, καὶ Ἀσίας, καὶ Λιβύης, si mendo careat, redit ad *Mare habitatæ terræ*, et ab homerica adpellatione pa-

(1) Laudat schol. Apollon. IV, 284, Scymnum Chium narrantem διὰ Ταναΐδος πεπλευκέναι (τοὺς Ἀργοναύτας) ἐπὶ τὴν Μεγάλην θάλασσαν, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλ. ἐληλυθέναι. Sed ibi *Magnum mare* aperte est *externum*.

rum recedit. Herodotus, IV, 39 et 41, habet τῆνδε τὴν θάλ.; Aristot. *de Mund.* cap. 3, ἡ ἔσω θάλασσα, et *Meteorol.* II, 1, ἡ ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν θάλασσα. Polyb. III, 37, §. 6, ἡ καθ' ἡμᾶς θάλ.; II, 39, ἡ ἔσω θάλ. Similes adpellationes usurpant Strabo, p. 12, A, 94, A, p. 97, A, B, p. 751, C; Appianus, Diodorus, &c..., de quo vide Tzschuck. ad Mel. I, not. exeg. p. 45, 46, et Ukert. *Geogr.* II, 1, p. 247. Auctores latini habent *Nostrum mare.* Orosius tantum, I, 1, duce Josua, 1, 4, hoc dicit *Magnum Mare.* Non semel anonym. Ravennas hanc adpellationem usurpat (lib. I, cap. 2, 3, 16; lib. V, cap. 24). Cum iis ultimis concinit auctor Stadiasmi, et respicit ad Judæorum consuetudinem distinguentium *Mare Magnum* a lacu Asphaltite, vel a sinu Arabico.

§. X. Hucusque apud anonymum nostrum indicia dignoscenda quæsivimus verborum ob seram transcriptionem mutatorum, et rerum ad recentem geographiam pertinentium: inde quid colligere nobis contigit! sparsas nempe dicendi formas, quæ ad statuendam libelli ætatem nihil proficiunt; incerta locorum nomina, et rara admodum, quæ, vel si recentioris geographiæ aperte sint, minime quadrant cum Peripli summa, et librariorum audaciorem, vel imperitiorem calamum arguunt. Superest nobis unum, de quo dubitari vix licet, christianum fuisse auctorem prologi, sed cujus ætatis, incertum.

At minime simplex hic quæstio agitur: nam si indicia nobis subpeterent, quibus ætatem hujus auctoris subodorari liceret, foretne inde concludendum eum coævam omnino geographiam exposuisse, et ipsum libelli elementa ex locorum natura sumsisse? Minime proculdubio: nam potuit conscriptor Peripli summam fere integram geographiæ suæ ex antiquo auctore ita mutuari, ut novus sit liber, nec antiquus esse desierit.

illud non perperam conjiciendum erit, si auctor Prologi christianus ostendatur, et materies geographica aperte respiciat ad ætatem multo anteriorem christiano auctore. Libellus hujusmodi, quum iterum atque iterum refingi possit, ætatis cujuslibet foret ex judicantis arbitrio, nisi elementorum præcipuorum ætas pro operis ipsius vera ætate esset habenda. Si autem ibi rem nostram ita consideraveris, ad remotiora tempora pertinebit hic Stadiasmus, et seculi ultimi ante Chr. geographiam exprimere videtur, nec alienam a Ptolemæi seriore descriptione.

§. XI. Et primum, quod adtinet ad litora Libyæ, minime in illis quæras *Colonias* eas, adpositam a Ptolemæo urbibus quibusdam adpellationem, ob Romanorum invalescentem ibi potentiam. Et mox p. 428-430, videbimus terminos regionum variarum, aut minime differre ab iis, quales exhibuerunt Strabo et Ptolemæus, aut, si discrepent sine librarii alucinatione, hac diversitate significari limites Straboni anteriores potius, quam posteriores.

Ad Asiam transimus. In Phœniciæ litore Strabo et Plinius, *Carnum* vel *Carnen*, obpositam Arado insulæ faciunt, quod jam vidit Mannertus, *Geogr.* VI, I, 397, neque *Antaradum* laudant, dum seriores geographi *Antaradum*, *Anteradum* vel *Tortoso* etiam Sanuto dictam, in hoc ipso litore memorant, sed de portu *Carno* silent, sive quod Antaradus in locum Carni successerit, sive quod nova urbs antiquam absorpserit. Minime autem Antaradum in Stadiasmo reperio, sed Carnum, quod periplum nostrum Straboni coævum in hoc saltem loco declarat.

§. XII. Nondum Mannertus Stadiasmum nostrum tractaverat, dum Cypri insulæ describendæ materiem componeret: quum autem, VI, I, 566, animadvertisset

Lapethi urbis nomen esse Λάπαθος apud Strabonem p. 1001, A, sed apud seriores Ptolemaeo formam Λάπηθος, vel Λάπιθος reperiri, inscius ille, neque ex proposito, argumentum antiquitatis Stadiasmo nostro vindicavit, formam Λάπαθος, §. 297, Straboni coaevam, adhibenti. Forsan quis objiciet mutationibus obnoxiam esse nominis formam, neque magis ex antiqua forma antiquitatem libri totius inferri, quam recentiorem aetatem ex recenti adpellatione qualibet comprobari. At minime de rebus iisdem ibi agitur : librarii enim propensiores sunt ad restituendas recentiores nominum formas, antiquis deletis, quam ad antiquas et obsoletas in locum recentiorum revocandas. Neque judicio repugnabit, si judicaveris cum Mannerto Λάπαθος esse veterem formam nominis, quae in libro iterum atque iterum exscripto incorrupta steterit.

§. XIII. Cibyram, Ciliciae civitatem, laudat noster §§. 191, 192, mendose Κυβέρναν dictam, quam Scylax quoque, pag. 300, non praetermisit. Vidit Mannertus, VI, II, 122, Strabonem de hac urbe silere, utpote procul dubio tunc deleta, sed meminisse tantum, pag. 983, fin., Κιβυράτων Μικρῶν, ad orientem Sidae et ad occidentem Melanis amnis habitantium, dum Stadiasmus *Cibyram urbem* collocat ad orientem Melanis. Videtur autem antiquitatis speciem prae se ferre noster, quippe qui veteri cum auctore civitatem quasi stantem memoret, de qua Strabo siluit. Ceterum erroris ibi Strabonem insimulat Leakius de locorum serie, immerito forsan. Vide nostra ad §. 191. Non possum equidem non fateri Ptolemaeum ejusdem Cibyrae meminisse ac Stadiasmum, quod videtur argumentum Mannerti, nostrumque labefactare : nam nunc superest ut conjiciamus, aut Ptolemaeo laudatam fuisse civitatem, jam pridem deletam, aut per incuriam de illa tacere

Straboñem, aut denique illius nomen excidisse. Ego potius suspicatus fuerim Ptolemæum, pariter ac Plinium, civitates vel deletas in descriptionibus amplexum fuisse, utpote antiquæ materiæ sæpius *excerptores*, quam Straboni tantam lacunam exprobrare.

§. XIV. Ejusdem generis argumentum iterum sumit Mannertus loc. cit. VI, II, 134, ex eo quod noster, §. 204, *Coryeum*, ut coævam civitatem ad meridiem Phaselis posuerit, dum sileat Strabo de Coryco, utpote tunc forsan haud jam stante, et deleta a Servilio Isaurico (cf. Eutrop. VI, 3). Sed objici potest primum, hanc Corycum non πόλιν apud nostrum nuncupari; at recte urbem subintellexit Mannertus: nam non solet Stadiasmus hoc in litore nominibus civitatum adpositionem πόλις adfigere, dum fluviis et promontoriis suum cuique titulum tribuit. Rectius quidem obponi posse videtur, vel in posterum Corycum stetisse, *Curco* recentioribus dictam et apud Froissardum nostrum laudari, tamquam Fidelibus Crucis addictam. Sed quid vetat suspicari Corycum deletam fuisse Strabonis ætate, et mox reædificatam? Ut ut est, laudat noster civitatem Straboni prætermissam; et nobis suadet contextus geographicus, ut illud ad tempora Straboni antiquiora, potius quam posteriora, respicere conjiciamus. — Vide insuper nostra ad §§. 161 et 164.

§. XV. Subpetunt etiam indicia, quibus innuitur genuinam hanc compagem geographicam, neque Romanorum gratia, neque illis per totum orbem late imperitantibus conscriptam fuisse. Nuntiabat auctor Prologi se Libyæ litora ab Alexandria ad Columnas silentio prætermissurum: en horum litorum descriptionem haud speratam reperimus: at illa procul dubio ab aliena manu proficiscitur, nec vero ex auctore Prologi, neque ex genuino opere, unde auctor christianus sua

excerpsit. Neglexerat quoque noster, procul dubio non ex suo arbitrio, sed duce genuino opere, litora Ponti Euxini ad septentrionem, a Dioscuriade ad Bosporum Thracium. De quo quid tecum cogitaveris, lector erudite! compagem scilicet genuinam libelli forsan respicere ad ætatem summæ Romanorum potentiæ anteriorem, quum etiam arderent bella inter reges Alexandri successores, et Orientis præsertim res geographica animos sollicitaret. Tunc temporis putabat vir geographus totius fere maris descriptionem satis accurate dedisse, si Asiæ Periplum ab Ægypto ad Caucasum, id est, gentium tunc præcipuarum exarasset. Sed, quum minime ignobiles essent Græci, immo jam Romani, describenda litora iterum susceperat auctor idem a Bosporo Thracio ad Columnas, id est, Thraciæ, Græciæ, Illyriæ, Italiæ et Hispaniæ. In qua descriptione facile omitti potuerat Libya, quæ ad res hujus temporis vix pertinebat, si Cyrenaïcam excipias; et litus septentrionale Ponti Euxini, utpote parum tunc celebrati.

§. XVI. Si Romanorum gratia, vel jam vigente Romana dominatione, suam compagem scripsisset auctor genuinus, intervalla non *stadiis*, sed *millibus*, interdum saltem, emensus fuisset, quod egerunt tum auctor anonymus fragm. Pont. Eux., tum Agathemerus, qui floruit anno circiter 250 post Chr. Uterque enim duplici simul utitur metiendi ratione, et stadiorum et milliariorum. Jam enim ex primo seculo milliariorum vestigia vel apud auctores græcos reperias. Noster contra ubique *stadiis* utitur, quæ cum peritissimo viro *Lapie*, ea esse expertus sum, quorum 700 in magno gradu continentur. Maxima pars enim intervallorum, si ad hunc modulum redeas, bene constat. Sæpe quidem in literis numeralibus menda aperta ante oculos emergunt, sed ita, ut ad aliud stadiorum genus minime recurrendum sit. Ubi enim non

quadrat numerus cum natura locorum, nimia est discrepantia, quam ut rem componere possis, vel aliud stadiorum genus adhibendo : quoties contra nihil repugnantis habet numerus, convenit ille cum hodiernis intervallis, dummodo constet stadiis hujusmodi, quorum 700 in uno gradu continentur. Neque illud consequi mihi visum est, ex minimis tantum et facili comprobatione carentibus intervallis, sed magnis et inter loca bene cognita sumtis. Cujus generis sunt 400 stad. a *Tarichiis* ad *Cephalas*, §. 91 ; stad. 300 ab *Hermæo* ad *Gapharam*, §. 93 ; stad. 700 a *Cercina* ins. ad *Thapsum*, §. 106 ; stad. 350 a *Rhossico* prom. ad *Antiochiam*, §. 153 ; 700 a *Rhodo* ad *Patara*, litus præternaviganti, §. 249 ; 1000 a *Rhodo* ad *Myndum* ; 1800 a *Rhodo* ad *Samum* (*ibid.*) ; 1300 a *Coo* ins. ad *Delum*, §. 251 ; 750 a *Pathmo* ad *Delum* ; §. 262, &c.

§. XVII. Quum affirmaverim ubique intervalla stadiis constare apud nostrum, ne videar aliquid aut omisisse, aut consulto elusisse, nunc redeo ad §. 327 ; ubi leguntur hæcce : ἀπὸ Κωλωνίας (leg. Κυδωνίας) εἰς Λαμπὰς περιπλέοντι σταδ. ρν΄. πεζῇ δὲ μίλια ρκ΄. At recte ibi intellexit Mannertus, l. c. VIII, 695, τὸ μίλια per incuriam librarii irrepsisse, et aperte legendum στάδια. Nam nihil tam absurdi dici potest, quam 150 stadiis circumnavigari promontorium, et terrestre iter ex eodem loco ad eumdem, id est, *rectum*, et sine circuitu, esse 120 *milliariorum*, quod responderet 960 stadiis. Liquet prorsus ad auctoris mentem legendum esse πεζῇ δὲ στάδια ρκ΄. Paullo ulterius iterum reperitur vox μίλια, in loco quem mendosum clamare etiam debuisset Mannertus, in §. scilicet 329, ad quem vide adnot., ne ibi diutius æquo hæreamus. Ex iis igitur, ni fallor, concludendum est usum stadiorum in hoc fragmento unicum fuisse atque perpetuum.

§. XVIII. In suis διαφράγμασι, vel πόρεις, id est, in transitu facto per insulas, ubique noster proficiscitur a Rhodo, et ab oriente in occidentem. Ubi autem similia διαφράγματα scribit Scylax, p. 324, ab Euripo et Euboea Samum versus et Mycalen proficiscitur, atque iterum a Cytheris ad Rhodum, ab occidente nimirum ad orientem. Stadiasmi vero auctor, contrario itinere a Rhodo, §§. 245, 246, transnavigat ad *Scyllæum* Argolicum promont.; et ulterius, §. 254, ab insula *Coo Carystum* devenit, ad meridiem Euboeæ insulæ insidentem. Quid igitur! Græcorum gratia sua conscripserat Scylax, Stadiasmi auctor genuinus Asianorum forsan gratia, eo tempore, quo regnarent etiamtum Alexandri M. successores, et vigerent Asiæ occidentalis imperia, maritimaque potestas summa penes Rhodios esset.

§. XIX. Nunc transeamus ad terminos regionum quosdam, unde historica argumenta antiquitatis nostro vindicabimus. Quo autem indiciorum genere caute, fateor, utendum; nam titulos regionum complures aperte transpositos vidimus, exempli gratia, *Phœniciæ* titulum, quem librarius ineptus §. 107, ante Leptim Parvam, Libyæ portum, collocavit. Sic videtur Cœlesyria Stadiasmi meridiem versus incipere a Palto, §. 124, dum apud Ptolem. initium ejus est ab Eleuthero fluvio : at ii forsan videntur discrepare, ideo quod titulum nescio quis apud nostrum male transposuerit. Videtur Stadiasmus, §. 32, Marmaricæ initium ulterius ad orientem removere, quam Ptolemæus, apud quem incipit illa a Petrante. Monstravi autem, ni egomet falsus fuerim, in adnotat. ad hunc locum, discrepantiam illam ex librarii oscitatione tantum profectam esse.

Cyrenaica quidem Ptolemæi, quæ a Darni incipit, ulterius orientem versus pertingere videtur, quam in Stadiasmo, cujus *Zarine*, eadem ac *Darnis* Ptolemæi, et

Zephyrium, una cum aliis quoque locis, etiam in Marmarica includuntur. Sed concinunt ambo in ponendis limitibus Cyrenaicæ occidentalibus circa Magnam Syrtim. Cf. nostra ad §. 83.

Ciliciæ urbem primam *Issum* faciunt Diodorus, Ptolemæus, Stadiasmusque; cf. nostra ad §. 143. Neque recedit noster a Strabone in collocando ad Melanem fluvium termino occidentali hujus provinciæ, quod proprium est ætatis Christo anterioris, et antiquitatis etiam indicium adest. Nam apud Melam, I, 13, fin., *Anemurium* prom., apud Ptolem. *Syedra* urbs, initium sunt occidentale Ciliciæ [1]. Qui consensus Strabonis et Stadiasmi minime contemnendus, quod adtinet ad historicam geographiam, et ad nostri ætatem.

§. XX. Pamphyliæ initium occidentale sumit noster, §. 208, a *Chelidoniis* prom. Strabo autem in priori loco quodam, pag. 791, C, videtur cum Stadiasmo congruere, dicendo Chelidonias insulas initium Pamphyliæ spectare, (εἶναι) κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Παμφυλίων παραλίας. At inferius, pag. 983, B, dum litoralem regionum et civitatum seriem ex ordine describit, cum Ptolemæo illud promontorium Chelidoneas et Phaselim ipsam, ad septentr. remotiorem, in Lycia etiam includit, et Olbiam primam Pamphyliæ urbem facit. Mela contra, I, 14, fin., Phaselim ultimam Pamphyliæ civitatem habet, neque hanc regionem producit

[1] Forsan objicietur iterum apud recentiores Melanem Ciliciæ terminum fuisse. Constantinus enim Porphyr. *Them.* I, §. 6, Attaliam quidem orientalem Pamphyliæ terminum facit, id est, fere Melanem amnem. Verum non coævam sibi divisionem procul dubio exprimit Constantinus, sed antiquas regiones describit in Ἀνατολικῷ θέματι inclusas. Atqui sæpe ex antiquissimis auctoribus, vel ex Herodoto (conf. I, 14), ille res geographicas sumit, quæ ipsius ætate prorsus mutata erant. Sic nihil argumento nostro obstat, quod limites Ciliciæ easdem ac Strabo dederit, dum seriores Strabone Mela et Ptolemæus, a Geographo recedunt.

usque ad Chelidoneas promont., at limites ejus ulterius ad meridiem removet, quam Strabo et Ptolemæus. Historicam rationem desideramus, qua disceretur mutationis uniuscujusque ætas : sed minime abhorret Mannertus, l. c. VI, II, 137, a dijudicando limites illos Pamphyliæ, quales exhibet Stadiasmus, respicere ad ætatem Pomponio anteriorem, qui ad Phaselim tantum hanc regionem descendentem depingit. At discrepantia Stadiasmum inter et Strabonem, unde consequatur? Potuit geographus haud sibi ipse contradicere, dum scriberet, forsan duce auctore aliquo antiquiore, *insulas Chelidonias jacere ante Pamphyliam incipientem* [1], et mox adjiceret in propria hujus litoris descriptione, et respectu suæ ætatis, *desinere Pamphyliam circa Olbiam.* Ut ut est, ideo antiquissimam Stadiasmi divisionem esse crediderim, quod, post Strabonem, Mela Pamphyliam circa Phaselim terminaverit, Ptolemæus ad Strabonis limites redierit, nec facile intelligi queat quando et quomodo serius usque ad Chelidoneas Pamphylia, silentibus omnibus, iterum pervenerit. Aliis autem jam antiquitatis indiciis in Stadiasmo occurrentibus, si aliquatenus noster a Strabone in diversum abierit, hoc et antiquitatis argumentum insuper forsan erit, quum geographus ipse in quodam loco obiter, et ex alio fonte, idem referre videatur ac noster.

§. XXI. Quum autem Prologi auctor christianus sit, et compagem geographicam antiquam prorsus, nec suæ ætatis, dederit, liquet illum personam et partes suscepisse breviatoris et fere librarii, quippe qui materiam intactam ita reliquerit, ut primitiva ætatis alienæ forma undique adpareat, et antiquum opus patefaciat. Si

[1] Forsan nonnulli velint hanc dicendi formam κατὰ τὴν ἀρχὴν latiore sensu adhiberi, et innuere limites eosdem, quos alibi exprimit Geographus.

vel minime curavisset geographicam materiam ad coævum statum reducendam, antiquitatis vestigia turbavisset, reperiretur interdum saltem milliariorum usus, neque ante oculos lectoris surgerent scribendi formæ, ad narrationes quasdam geminas peregrinantium pertinentes, ut §. 299: Ἐντεῦθεν μετέβημεν εἰς τὸ Ἀπαμέστον. Hic dignoscuntur *disjecti membra*, non *poëtæ*, sed *peregrinatoris*.

Noster enim, cum laboris proprii vere parcus, tum amplificationis et ampullarum prodigus agnoscitur. Cui enim si fidem adhibeas, debitam gratiam solves rerum geographicarum, quæ hucusque minime innotuerant, aut certe vix in vulgus dimanaverant. Pollicetur enim sibi Periplum Magni Maris diligentissime describendum esse, δηλῶσαι ἐπακριβέστατα, quasi tunc temporis raræ admodum forent hujusmodi descriptiones. Mox adjicit, δέλων πάντας ἀνθρώπους ὠφελεῖν, haud mediocri animi motu elatus, neque Iriarto ipsi impar, in sua præfatione exclamanti: *Quapropter non modo de litterarum, sed de universo terrarum orbe videar optime meriturus, si nova utrumque scriptione locupletavero.* Quorum utrumque sua plus æquo extollentem acrius exagitare nobis procul absit: sed utrinsque verba æqua lance perpendere tuum munus erit, lector, et judicare num ultra modum Prologi auctor excerptorum suorum utilitatem prædicaverit, nisi forte hac ætate veteres libri oblivione omnino obruti forent. Longe modestiores Dicæarchus et Scymnus Chius, initio metrici compendii sui, qui in hoc tantum gloriantur, quod geographicam doctrinam coævam carmine amplexi fuerint in memoria facile hæsuro. Alii contra, inter quos Herodotus et Strabo, si quid vix antea cognitum ad luculentiorem notitiam uberius traducere sibi contigerit, jam proprias disquisitiones et itinera ipsi prædicantes,

posteritati commendant; neque immerito. At noster meræ exscriptionis vere auctor est, quum ne curaverit quidem aliena quasi concoquere et sua reddere, ad coævam geographiam componendo.

§. XXII. Hæc sunt, quæ ex sedula fragmenti hujus tractatione concepimus : supersunt procul dubio nonnulla, neque contemnenda prorsus, quæ acutiori ingenio lucem novam adferre etiam valeant. Unum autem speraverim, non bene multa scilicet me latuisse, quibus auctoris ætas, et geographicæ materiæ natura, quoad licet, dignoscerentur. Ex his omnibus concludam :

1.° Prologi auctorem, quem Stadiasmi *editorem* haud immerito dixerim, fuisse Christianum, sed cujus ætatis, incertum : at illius orationem puram esse et corruptæ linguæ anteriorem ;

2.° Irrepsisse quidem nonnullas dicendi formas, quæ recentem græcismum, et librariorum incuriam redolent, sed summam rerum geographicarum manare ex auctoribus Straboni coævis ; immo, ex quibusdam causam esse conjiciendi genuinum opus illud ante Strabonem potius conscriptum fuisse, quam post Christum natum : quod obiter subodoratus cl. Mannertus, sententiæ nostræ adstipulari videtur, quamquam in hac quæstione immorandi otium viro docto defuerit ;

3.° Hoc Stadiasmo adimpleri ea, quæ scripserunt Strabo et Ptolemæus de litoribus iisdem, quum plura noster loca laudaverit quam Strabo, et uberius depinxerit quam Ptolemæus ; et multum prodesse nostrum ad metienda intervalla : nam, ubi numerales literæ mendosæ sunt, quod non raro accidit, ibi errorem facile deprehendas, physica geographia et hodierna locorum tabula adjutus ; ubi recte dantur intervalla, plurimum valet noster ad confirmanda veterum aliorum testimonia.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΣΤΑΔΙΑΣΜΟΣ,

ΗΤΟΙ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

. . . Δεδειγμένων οὖν τούτων, τὸ φιλομαθὲς καὶ σπουδαῖον ἀγάμενος τῆς σῆς ἀγάπης, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ἔδοξέ μοι, καὶ τὸν τῆς Μεγάλης θαλάσσης Σταδιασμὸν, ἤτοι Περίπλουν, δηλῶσαι

ANONYMI STADIASMUS,

SIVE

PERIPLUS MARIS MAGNI.

PROLOGUS.

. . . His igitur demonstratis, charitatis ego tuæ, frater honoratissime, discendi cupiditatem studiumque demiratus, Magni Maris Stadiasmum, sive Periplum, tibi quam accuratissime repræsentandum existimavi. Ut

σοι ἐπακριβέστατα· ὅπως δὲ τούτων ἀναγνοὺς ἔμπειρος ἔσῃ· ἀρξάμενος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τῆς Φαρίτιδος, ἕως Διοσκουρίδος[1] τῆς ἐν τῷ Πόντῳ κειμένης· καὶ τῆς Εὐρώπης ἀπὸ Ἱεροῦ τῆς[2] πρὸς τῇ Χαλκηδόνι κειμένης, μέχρις Ἡρακλεωτικῶν Στηλῶν καὶ Γαδείρων· θέλων πάντας ἀνθρώπους ὠφελεῖν. Ἐμφαίνω[3] δὲ καὶ τὰς διαιρέσεις ἀπὸ τῆς Ἀσίας πρὸς τὴν Εὐρώπην, γράψας ὧδε καὶ τῶν νήσων τὰ ἀπ' ἀλλήλων διαστήματα, πόσαι τέ εἰσι καὶ τίνες φαίνονται ἐν τῷ πλέειν αὐτάς, καὶ ὁπηλίκαι εἰσίν, καὶ τίσιν ἀνέμοις χρῶνται· καὶ ποῖος ὁ πλοῦς δείξω σοι κατὰ ἀλήθειαν.

[1] Mendose pro Διοσκουριάδος. — [2] Cf. adnotat. — [3] Vulgo ἐμφαινῶ. Fort. leg. ἐμφανῶ. G.

vero horum legendo peritus fias (*a*), initium duxi ab Alexandria, ubi Pharos, ad Dioscuridem usque, in Ponto jacentem; et ab Europa, ab Hiero scilicet prope Chalcedonem sita (*b*), usque ad Herculeas Columnas Gadesque, cunctis volens prodesse mortalibus. Post descriptas autem hic ab Asia ad Europam usque dimensiones (*c*), insularum inter se distantiam patefaciam, quotquot (*d*) illæ sint, quales, dum ad ipsas navigatur, appareant, et quantæ sint, quibusque utantur ventis, et qualis navigatio, tibi vere prorsus indicabo (*e*).

(*a*) Sic vertit Iriartus, perperam. Vide adnot. ad l. — (*b*) Melius: *et ab Europæ parte, quæ fano* (Jovis Urii) *et Chalcedoni obversa jacet*... G. — (*c*) Διαιρέσεις sunt potius *intervalla*. Immo versionem aliter invertam: *postquam insularum inter se distantiam.... descripsero, patefaciam quoque intervalla*.... G. — (*d*) Rectius *quotque*. G. — (*e*) Hunc prologum latine vertit Iriartus, cetera novus editor.

ΣΤΑΔΙΑΣΜΟΣ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

α'. Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Χερσόνησον· λιμὴν ἐστι· στάδ. β'[1].

β'. Ἀπὸ Χερσονήσου εἰς Δυσμάς· λιμὴν ἐστιν ἀγωγῆς χιλιω οὐ μείζ ζ'[2].

γ'. Ἀπὸ Δυσμῶν εἰς Πλινθίνην[3]· σάλος ἐστίν· ὁ τόπος ἀλίμενος· στάδ. ς'.

δ'. Ἀπὸ Πλινθίνης ἐπὶ τὸ Ποσίριον[4]· πόλις ἐστὶν ἀλίμενος, ἱερὸν τοῦ Ὀσίριδος· στάδ. ζ'.

ε'. Ἀπὸ τοῦ Ποσιρίου ἐπὶ τὸ Χῖ· κώμη ἐστί· βράχη ἐπιφαινόμενα· στάδ. ζ'.

ς'. Ἀπὸ τοῦ Χῖ ἐπὶ τὸν Γλαῦκον στάδ. π'.

[1] Mendose; fors. ο' (70). — [2] Cf. adnotat. — [3] Hic et mox vulgo Βλινθ. — [4] Fors. ἐπὶ Ταπόσιριν.

STADIASMUS MARIS.

1. Ab Alexandria ad Chersonesum, ubi portus est, stadia duo (!).

2. A Chersoneso ad Dysmas, ubi portus est [in quo naves pondus 1000... haud majus patiuntur,...] (stadia) 7 (!).

3. A Dysmis ad Plinthinen, ubi salum est, (quamvis) locus caret portu, stadia 6 (!).

4. A Plinthine ad Posirium (i. e. *Taposirim*. G.), civitatem sine portu, ubi fanum Osiridis, stadia 7.

5. A Posirio ad Chi, qui vicus est, circa quem vada surgentia, stadia 7 (!).

6. A Chi ad Glaucum stadia 80 (!).

ζ΄. Ἀπὸ τοῦ Γλαύκου εἰς Ἀντίφρας[1]· σάλος ἐστὶν ὁ τόπος· στάδ. π΄.

η΄. Ἀπὸ τῶν Ἀντίφρων[2] ἐπὶ τὸ Δέῤῥον· ὕφορμός ἐστι θερινός[3], καὶ ὕδωρ ἔχει· στάδ. ζ΄.

θ΄. Ἀπὸ τῆς Δέῤῥας ἐπὶ τὸ Ζέφυρον· λιμὴν ἐστι καὶ σάλον ἔχει[4]· στάδ. υ΄.

ι΄. Ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου εἰς Πεζώνην στάδ. ρι΄. Ἀπὸ σταδίων ταύτης σκόπελός ἐστι, καὶ καλεῖται Μύρμηξ· καὶ ἀκρωτήριον, καὶ καλεῖται Τραχέα· στάδ. ζ΄.

ια΄. Ἀπὸ Πεζώνης εἰς Πνιγέα στάδ. ζ΄. ἀκρωτήριόν ἐστι ταπεινόν, εἰσάγον δεξιῶς εἰς τὸν πλαταμῶνα.

ιβ΄. Ἀπὸ τοῦ Πνιγέως εἰς τὸν Φοινικοῦντα στάδ. ρμ΄. νησία εἰσὶ Δίδυμα· ὕφορμος ὑπ᾽ αὐτά·

[1] Ibi subest perturbatio locorum : cf. adnot. — [2] Vulg. ἀπὸ τοῦ Ἀντίφρ᾽. — [3] Vulgo θερινοῦ. — [4] Vulgo κ. σάλος· ἔχει στάδ. υ΄.

7. A Glauco ad Antiphras, qui locus est salum, stadia 80 (?).

8. Ab Antiphris ad Derrhum, ubi æstivus recessus navibus et aqua (potabilis), stadia 7 (?).

9. A Derrho ad Zephyrum, ubi portus, qui salum habet, stadia 400 (?).

10. A Zephyro ad Pezonen stadia 110. Stadiis... (a Pezone? G.) distat rupes, quæ vocatur Myrmex; et (in hac insula, vel rupe? G.) promontorium, quod dicitur Trachea : stadia 7.

11. A Pezone ad Pnigem stadia 7. Est promontorium humile, recta porrectum in saxosam planitiem.

12. A Pnige ad Phœnicuntem stadia 140. Ibi Didymæ, parvæ insulæ, et sub illis recessus navibus; (ibi)

βάθος φορτηγοῖς· ὕδωρ ἔχει λακκαῖον ἐν τῷ φάραγγι[1].

ιγ'. Ἀπὸ Φοινικοῦντος ἐπὶ τὰ Ἑρμαῖα[2] στάδ. ζ'. ἐκ δεξιῶν τὴν ἄκραν ἔχων, ὁρμίζου. ὕδωρ ἔχει ἐπὶ τοῦ πύργου.

ιδ'. Ἀπὸ Ἑρμαίου ἐπὶ Λευκὴν Ἀκτὴν στάδ. κ'. νησίον παράκειται ἐκεῖ ταπεινόν, ἀπέχον ἀπὸ τῆς γῆς στάδ. β'. ὕφορμός ἐστι φορτηγοῖς, τοῖς ἀφ' ἑσπέρας[3] ἀνέμοις. Ἐν δὲ τῇ γῇ ὑπὸ τὸ ἀκρωτήριον ὅρμος ἐστὶ μακρὸς παντοίαις ναυσίν· ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐπίσημον χρηστήριον· καὶ ὕδωρ ἔχει παρὰ τὸ ἱερόν.

ιε'. Ἀπὸ Λευκῆς Ἀκτῆς ἐπὶ Ζύγρην[4] στάδ. ζ'.

[1] Vulgo φάραγγι. Leg. φάραγγι. *Iriart.* cf. §. 124. — [2] Potius τὸ Ἑρμαῖον, quæ forma mox reperitur. — [3] Vulgo ἑσπέρας. — [4] Forsan Ζύγριν et mox Ζύγρεως.

altitudo (maris) navibus onerariis (apta) ; habet cisterninam aquam in barathro.

13. A Phœnicunte ad Hermæum stadia 7 (!). Ex dextra promontorium habenti navis subducenda: Aquam habet (Hermæum) in fastigio turris.

14. Ab Hermæo ad Leucen Acten (Album litus) stadia 20. Parva insula ibi adjacet humilis , a continente distans duobus stadiis. Recessus est navibus onerariis per ventos occiduos (advectis). In continente autem sub promontorio statio est lata, navium omnigenarum capax. Fanum Apollinis, inclytum oraculum ; et aquam habet juxta fanum.

15. A Leuce Acte ad Zygrim stadia 7 (!). Insula

νησίον ἐσ]ὶν εὐώνυμον· προσορμίζου. ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ.

ις'. Ἀπὸ Ζυγρέων εἰς Λαδαμαντίην[1] στάδ. κ'. νῆσος ἱκανὴ παράκειται μεγάλη· αὐτὴν ἔχων δεξιὰ[2] κατάγου. λιμὴν ἐσ]ὶ παντὶ ἀνέμῳ· ὕδωρ ἔχει.

ιζ'. Ἀπὸ Λαδαμαντίας[3] ἐπὶ τὸ Καλάμαιον[4] στάδ. μ'. ἀκρωτήριόν ἐσ]ιν ἔχον σκόπελον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ὕφορμον.

ιη'. Ἀπὸ τοῦ Καλαμαίου ἐπὶ Γραίας Γόνυ στάδ. θ'. ἄκρα ἐσ]ὶ παχεία[5], ἔχουσα ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ σκόπελον. ἐπὶ δὲ τῆς γῆς δένδρον· ὅρμος ἐσ]ί; καὶ ὕδωρ ἔχει ὑπὸ δένδρον· φυλάσσου νότον.

ιθ'. Ἀπὸ Γραίας Γόνατος ἐπὶ τὸν Ἄρτον στάδ.

[1] Vulgo Λαδαμάν]ιην. — [2] Fors. ἐπὶ δεξιά; vel ἐν δεξιᾷ. — [3] Fort. ibi et supra leg. Λαοδάμ. — [4] Vulgo τὸ Καλαμαῖον. — [5] Fors. τραχεία, ut SS. 19 et 84.

parva hic ad sinistram. Ne timeas illuc adpellere. Aquam habet (hic locus) in arena.

16. A Zygri ad Laodamantiam stadia 20. Insula commoda adjacet magna. Quam habens ad tuam dextram ad litus adpellas. Portus est, quem omni vento petere licet. Aquam habet.

17. A Laodamantia ad Calamæum stadia 40. Promontorium est, habens in dextra rupem, quæ recessum præbet.

18. A Calamæo ad Grææ Gony (Vetulæ Genu) stadia 9. Promontorium est spissum, in fastigio rupem habens; in terra autem arborem: statio est, et aquam habet sub arbore. Caveas a noto.

19. A Grææ Genu ad Arton (Panem) stadia 120.

ρκ΄. ἀκρωτήριόν ἐστι τραχὺ, οὐκ ἔχον ὕφορμον· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρωτηρίου ταῦροι[1] δύο, ὡς νῆσοι· ἀνατεῖνον εἰς τὸ πέλαγος· ταύτην κάμψας, ὄψει τὴν πόλιν Παραιτόνιον[2]. Γίνονται ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Παραιτόνιον στάδ. αφν΄.

κ΄. Ἀπὸ Παραιτονίου εἰς Δελφῖνας στάδ. ζ΄.

κα΄. Ἀπὸ Δελφίνων[4] ἐπὶ τὸ Ζέφυρον στάδ. ζ΄. νῆσοί εἰσι δύο, καὶ ἀκρωτήριον· λιμήν ἐστι παντὶ ἀνέμῳ, καὶ ὕδωρ ἔχει.

κβ΄. Ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου [καὶ τῶν Δελφίνων] ἐπὶ Νᾶπιν[5], στάδ. λ΄. κώμη ἐστί· ταύτην[6] πλέεις στάδ. κ΄, ὅρμος[7] ἐστίν· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ κώμῃ.

κγ΄. Ἀπὸ τοῦ Ναυτίου εἰς νήσους στάδ. ζ΄[8].

[1] Fors. πέφροι, quod idem sonat, vel λόφοι. — [2] Vulgo Παραιτόνιον; sic et mox, et §. 20. — [3] Vulgo σλαδδ. — [4] Vulgo ἀπὸ Δελφῖνας. Cf. *Dissert.* p. 417. — [5] Leg. ἐπὶ τὴν Ἆπιν et mox ἀπὸ τῆς Ἄπιος. — [6] Fors. εἰς τ. ἀπὸ ταύτης εἰ πλέεις. — [7] Vulg. ὥρμος. — [8] Mendose.

Promontorium est asperum, recessum non habens, et in fastigio promontorii *tauri duo, insularum instar* (!). Illud imminet alto mari. Quod postquam supergressus fueris, urbem Parætonium adspicies. Sunt summatim ab Alexandria ad Parætonium stadia 1550.

20. A Parætonio ad Delphines stadia 7.

21. A Delphinibus ad Zephyrum stadia 7 (!). Insulæ (ibi) duæ sunt et promontorium. Portus est, quem omni vento petere licet; et aquam habet.

22. A Zephyro [et Delphinibus] ad Apim, stadia 30. Vicus est; quem si præternavigaveris 20 stadiis, statio est. Aquam habet in vico.

23. Ab Api ad insulas... stadia 7 (!).

κδʹ. Ἀπὸ τῶν Νήσων εἰς Λινύδας[1] στάδ. οʹ. ἄκρα ἐστὶν, ἔχουσα ὕφορμον· ἔχει δὲ ἐκ δεξιῶν βράχη· καθορῶν τὸ βράχος[2] κατάγου.

κεʹ. Ἀπὸ Λινύδος ἐπὶ Ἀζὺ στάδ. ηʹ.

κϛʹ. Ἀπὸ τῆς Ἀζὺ ἐπὶ Δαρείου στάδ. ρκʹ. σκόπελοί εἰσιν. ὑπὸ ταῦτά ἐστι φορτηγοῖς ἀγκυροβολία[3].

κζʹ. Ἀπὸ Σκοπέλων ἐπὶ τὸ Χαυταῖον στάδ. ρμʹ. ὕφορμός ἐστι πλοίοις μικροῖς. ὕδωρ ἔχει πηγαῖον ἀνακλὸν ἐν τοῖς ἀγροῖς.

κηʹ. Ἀπὸ τοῦ Χαυταίου ἐπὶ Ζυγρὰς στάδ. ρμʹ.

κθʹ. Ἀπὸ Ζυγρῶν εἰς Ἐννησύφοραν[4] στάδ. εʹ. ὕφορμός ἐστι θερινός. ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ, καὶ ἐπὶ θαλάσσης σκόπελον.

λʹ. Ἀπὸ Ἐννησυφόρας εἰς Κατάβαθμον[5] στάδ.

[1] Melius Λινύδα, eadem forma ac mox. Cf. tamen adnot. — [2] Vulgo βράχον. — [3] Vulgo ἀκυροβολία. — [4] Melius Αἰνησίφυραν. — [5] Vulgo Καβάθλιον et mox Καβαθλίου.

24. Ab insulis ad Linyda 70 stadia. Promontorium est, habens recessum. Sunt ad dextram vada. Caveas a vado, antequam adpellas.

25. A Linyde ad Azy stadia 8 (!).

26. Ab Azy ad Darii..., stadia 120. Rupes sunt. Sub illas est navibus onerariis jaciendæ anchoræ locus.

27. A Rupibus ad Chautæum stadia 140. Recessus est parvis navigiis. Aquam habet fontanam, sursum ductam, in agris.

28. A Chautæo ad Zygras stadia 140.

29. A Zygris ad Ennesyphoram stadia 5 (!). Statio est æstiva. Ibi aqua est in arena et rupes in ora maris.

30. Ab Ennesyphora ad Catabathmum stadia 120.

ρκ'. χώρα ἐστὶν ὑψηλή· λιμὴν ἐστὶ παντὶ ἀνέμῳ· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ πρώτῃ νάπῃ εἰς τὸ πρὸς[1] νότον μέρος, ἐν τῷ φρουρίῳ, ὄμβριον.

λα'. Ἀπὸ Καταβάθμου εἰς Πετράντα[2] στάδ. ρν'. παραπλεύσας ὡς σταδίους λ', ὄψει παρεμφαίνουσαν ἄκραν ὑψηλὴν καὶ μεγάλην· κατ' αὐτὴν ὄψει εἰς[3] σάλον καὶ λίμνην μεγάλην· ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων χειροποίητος ὅρμος ἐστίν· ἔχει δὲ ὕδωρ ἐπὶ τὴν συκῆν· διὸ καὶ ὁ τόπος Συκῆ καλεῖται[4]· γίνονται ὁμοῦ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως Περεύοντος[5] Συκῆς στάδ. ας'.

ΛΟΙΠΟΝ ΜΑΡΜΑΡΙΚΗ[6].

λβ'. Ἀπὸ Συκῆς εἰς Πάνορμον στάδ. λ'. νάπη

[1] Vulg. πρό. — [2] Mendose pro Πέτραντα. — [3] Videtur redundare εἰς, et ortum fuisse ex sibilo sequentis σ. — [4] Vulgo καλεῖται. — [5] Mendose pro Πέτραντος. — [6] Hic titulus male collocatur. Cf. adnot.

Terra est excelsa. Portus est omni vento (adeundus). In præsidio aquam pluvialem habet in primo saltu meridionalem versus partem.

31. A Catabathmo ad Petrantem stadia 150 (rectæ navigationis). Postquam præternavigaveris (a Catabathmo) circiter stadiis 30, videbis obvium promontorium, excelsum et ingens. Juxta illud videbis salum et paludem magnam. Ex sinistra statio est manufacta. Aquam habet ad ficum; propterea quod locus Syce (Ficus) dicitur. Sunt summatim ab Alexandria usque ad Petrantem Sycen stadia 1006 (?).

SEQUITUR MARMARICA.

32. A Syce ad Panormum stadia 30. Saltus est

ἐστὶ βαθεῖα· ὕδωρ ἔχει ὑπὸ τὰς συκᾶς πάνυ καλόν.

λγ'. Ἀπὸ Πανόρμου ἐπὶ τὴν Εὐρεῖαν στάδ. ρη'. φάραγξ[1] ἐστὶ, ἔσω δὲ αἰγιαλὸς· ἐπ' αὐτοῦ συκῆ· ὅρμος ἐστὶ καλός· ὕδωρ ἔχει γλυκύ.

λδ'. Ἀπὸ Εὐρείας ἐπὶ τὸν Περεύοντα[2]· ὕδωρ ἔχει πολὺ ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν.

λε'. Ἀπὸ Περεύοντος ἐπὶ τὴν Καρδάμην[3] στάδ. ρη'. ὅρμος ἐστίν· ἄκρα ἀπολήγουσα, σκοπὰς ἔχουσα· ὁρμίζου ἐπ' αὐτὴν τοῖς ἄνωθεν ἀνέμοις. ὕδωρ ἔχει ἐν τοῖς ἠπείροις.

λϛ'. Ἀπὸ τῆς Καρδαμώσεως[4] εἰς Μενέλαον στάδ. ρ'. λιμὴν ἐστὶν· ὕδωρ ἔχει πλατὺ ἐν τῇ ἄμμῳ:

[1] Vulgo φάραξ. — [2] Mendose pro Πέτραντα (Μεγάλην). — [3] Mendose pro τὴν Ἀρδανίν, vel Ἀρδάναξιν, et mox Ἀρδανάξεως. — [4] Vid. supr.

profundus. Aquam habet sub ficus prorsus pulchram.

33. A Panormo ad Euriam (i. e. *Latum litus*) stadia 108. Barathrum est; intus vero (barathrum) litus malefidum, et in litore ficus. Statio (extra hoc barathrum) est pulchra, quæ aquam habet dulcem.

34. Ab Euria ad Petrantem....... Aquam habet multam in utrisque partibus.

35. A Petrante ad Ardanin stadia 108. Statio est; ibi promontorium desinit, speculas habens. Huc adpellendum est cum superioribus (fors. *ex alto mari flantibus*) ventis. Aquam habet in continente.

36. Ab Ardani ad Menelaum stadia 100. Ibi portus et aqua lata in arena......

λζ'. Ἀπὸ Καταόνων[1] εἰς Πυρθμάνιον[2] στάδ. ρη'. ἀπὸ σταδίων ὀκτὼ παραπλέει· ἔχει γὰρ βράχη ὑψηλά· καὶ ὕδωρ.

λη'. Ἀπὸ Πυρθμανίου εἰς Ἀντίπυργον στάδ. σκ'. ὅρμος ἐστὶ θερινός· νῆσος δέ ἐστι, καὶ κατ' αὐτὴν πύργος· ἱερὸν τοῦ Ἄμμωνος· ὕδωρ ἔχει ἐν τῷ αἰγιαλῷ τῷ ἐξ ἐναντίας.

λθ'. Ἀπὸ τοῦ Μικροῦ Πετρεύοντος εἰς τὸν Βάτραχον στάδ. λ'. ὕφορμός ἐστι θερινός· ἄκρα ἐστὶ σκοπὰς ἔχουσα· ἔχει ὕδωρ πολὺ ἐν τῇ νάπῃ.

μ'. Ἀπὸ τοῦ Βατράχου εἰς Πλαταίαν[3] στάδ. σν'[4]. πρὸς τῷ πελάγει κεῖται νῆσος καλουμένη Σιδωνία· ἔχει ὕφορμον θερινὸν φορτηγοῖς· ἀπὸ σταδίων λ'. ἔχει δὲ ὕδωρ πρὸς τῇ γῇ ἐν τῷ πύργῳ.

[1] Forsan Καταονίου. — [2] Mendose pro Σκυρθάνιον, et mox Σκυρθανίου. — [3] Vulgo Σπαδαίαν. — [4] Mendosus numerus.

37. A Cataonio ad Scyrthanium stadia 108. Stadiis octo prænavigandum est; sunt enim brevia excelsa. Aquam habet.

38. A Scyrthanio ad Antipyrgum stadia 220. Statio est æstiva. Insula autem ibi est, in qua turris est: fanum Ammonis. Aqua est in ora importuosa, quæ est in conspectu . . . . . .

39. A parva Petranti ad Batrachum stadia 30. Recessus est æstivus; ibi promontorium cum speculis; aquam habet in saltu.

40. A Batracho ad Platæam stadia 250 (!). Juxta altum mare jacet insula dicta Sidonia, quæ habet recessum æstivum navibus onerariis, (distans) stadiis 30. Aqua ibi est juxta continentem in turri.

μα'. Ἀπὸ Πλαταίας[1] εἰς τὸ Παλίουρον· ὕδωρ ἔχει πλατύ.

μβ'. Ἀπὸ τοῦ Παλιούρου εἰς τὴν Φαίαν στάδ. ς'. ὕδωρ ἔχει συνακτὸν ἀπὸ σταδίων ιε'.

μγ'. Ἀπὸ τῆς Φαίας εἰς τὸν Διόνυσον στάδ. ς'. ἐντεῦθεν ἀριστερᾷ κατάγου.

μδ'. Ἀπὸ τοῦ Διονύσου εἰς Χερρόνησον στάδ. ς'.

με'. Ἀπὸ Χερρονήσου ἐπὶ τὴν Νάζαριν[2] στάδ. ρ'. ἐντεῦθεν ἀναχθεὶς παράπλεε. πέτραι εἰσὶν ὑψηλαί, ὕδωρ ἔχουσαι καὶ ποταμὸν μέγαν[3].

μς'. Ἀπὸ τῆς Ναζαρίδος, παραπλεύσας τὰ πατάγαια[4] εἰς Ζαρινὴν, στάδ. ρν'.

μζ'. Ἀπὸ Ζαρινῆς ἐπὶ τὸ Ζεφύριον στάδ. ρν'. ἄκρα ἐστὶ δικραία[5]· ὕφορμός ἐστι θερινός.

[1] Vulg. Πλατίος. — [2] Fors. Ἀζάριν, et mox Ἀζαρίδος. Cf. adnot. — [3] Vulgo μέγα. — [4] Vulgo Πατάγαια. — [5] Fors. δικραία, vel διπλασία.

41. A Platæa ad Paliurum, quod latam aquam habet; . . . . . .

42. A Paliuro ad Phæam stadia 6 (!) Habet aquam coactam (ex loco distanti) stadiis 15.

43. A Phæa ad Dionysum stadia 6 (!). Inde sinistram versus adpelle.

44. A Dionyso ad Chersonesum stadia 6 (!).

45. A Chersoneso ad Azarim stadia 100 (!). Inde in altum mare (paullulum) evectus, litus prætemaviga. Sunt ibi promontoria excelsa, cum aqua et fluvio magno.

46. Ab Azari, litora stridenti fluctu percussa prætemavigando, ad Zarinem (Darnin), sunt stadia 150.

47. A Zarine (Darni) ad Zephyrium stadia 150. Est promontorium cum vertice duplici. Ibi recessus æstivus.

μη'. Ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου εἰς Χέρσην[1] στάδ. ο'. ἀναμέσον τοῦ Ζεφυρίου καὶ τοῦ Χερσίου ἀπέχων σταδίους ι', ἔστιν ὅρμος Ἀφροδισίας καλούμενος· ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ ἱερὸν Ἀφροδίτης.

μθ'. Ἀπὸ τοῦ Χερσίου ἐπὶ τὸ Ἐρυθρὸν στάδ. ς'[2]. κώμη ἐστίν.

ν'. Ἀπὸ τοῦ Ἐρυθροῦ εἰς Ναύσταθμον στάδ. ο'. σάλος ἐστὶν ἀνατείνων· ὕδωρ ἔχει ἐν τῇ ἄμμῳ.

να'. Ἀπὸ Ναυστάθμου εἰς Ἀπολλωνίαν στάδ. ρκ'. πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Παραιτονίου[3] εἰς Ἀπολλωνιάδα στάδ. ,γφν'.

ΛΟΙΠΟΝ ΚΥΡΗΝΗ[4].

νβ'. Ἀπὸ Ἀπολλωνιάδος εἰς Φοινικοῦντα[5] στάδ.

[1] Fors. Χέρσιν. Sed Χέρσιον sequentia poscunt. — [2] Suspectus numerus. — [3] Vulgo Παρετονίου. — [4] Vulgo male Κυρήνης. — [5] Mendose pro Φυκοῦντα; sic et §. 53.

48. A Zephyrio ad Chersium stadia 70. In medio Zephyrii et Chersii est statio Aphrodisias dicta, (a continente) distans 10 stadiis. Cui insidet fanum Veneris.

49. A Chersio ad Erythrum stadia 6 (!). Vicus est.

50. Ab Erythro ad Naustathmum stadia 70. Salum est, versus altum mare patens. Aquam habet in arena.

51. A Naustathmo ad Apolloniam stadia 120. Sunt summatim a Paraetonio ad Apolloniadem stadia 3550.

SEQUITUR CYRENE (*regio*).

52. Ab Apolloniade ad Phycuntem stadia 100. Ibi

ρʹ. κώμην ἔχει ὁρμίζουσαν ὑπ᾽[1] αὐτοῖς[1] ἀφ᾽ ἑσπερίου ἀνέμοις. ὅρμος ἐστὶ θερινός· καὶ ὕδωρ.

νγʹ. Ἀπὸ Φοινικοῦντος εἰς Ναυσίδα στάδ. ρςʹ. κώμη ἐστίν. ἔχει ὕδωρ ἐν τῷ αἰγιαλῷ.

νδʹ. Ἀπὸ Ναυσίδος εἰς Πτολεμαΐδα στάδ. σνʹ. πόλις ἐστὶ μεγίστη· ἐπίσαλός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ νῆσον ἔχει· Ἴλος καλεῖται· ἀσφαλίζου.

νεʹ. Ἀπὸ Πτολεμαΐδος εἰς Τεύχειρα[2] στάδ. σνʹ. πόλις ἐστὶ Πενταπόλεως ἀρχαία· αὕτη καλεῖται Ἀρσινόη[3].

νςʹ. Ἀπὸ Τευχείρων εἰς Βερνικίδα στάδ. τνʹ. Ὁ πλοῦς κάμπτεται· πλεύσαντες σταδίους ςʹ. ὄψει ἀκρωτήριον προτεῖνον πρὸς ἑσπέραν· παράκειται δὲ βράχη μετέωρα· φυλάσσου παρα-

[1] Fors. ἔχει· ὁρμίζου ὑπ᾽ αὐτὴν τοῖς ἀφ᾽ ἑσπέρας... — [2] Vulg. Τευχείραν. Sed neutram formam reposcit sequens Τευχείρων. — [3] Fort. καὶ Ἀρσινόη.

vicus. Adpelle cum ventis ab occidente flantibus. Statio est æstiva, cum aqua.

53. A Phycunte ad Nausidem stadia 106 (!). Vicus est, qui aquam habet in ora (importuosa).

54. A Nauside ad Ptolemaidem stadia 250. Civitas est maxima. Salum præbet locus, et insulam habet, quæ Ilus vocatur. Te stabilito.

55. A Ptolemaide ad Teuchira stadia 250. Civitas est antiqua Pentapoleos. Illa vocatur (etiam) Arsinoe.

56. A Teuchiris ad Bernicidem stadia 350. Navigatio incurvatur. Postquam stadiis 6 navigaveris, videbis promontorium prominens in mare occidentem versus. Adjacent brevia excelsa. Cave prætemavigando.

πλέων· ὄψει δὲ νησίον ταπεινὸν μελανόν[1]· Βραχέα καλεῖται τὸ ἀκρωτήριον· εἰς τὰ εὐώνυμα ἔχει ὅρμον πλοιαρίοις μικροῖς· οἱ πάντες ὁμοῦ ἐξ Ἀπολλωνιάδος εἰς Βερνικίδα στάδ. αρν΄.

ΛΟΙΠΟΝ ΣΥΡΤΙΣ ΚΥΡΗΝΑΙΩΝ.

νζ΄. Ἀπὸ Βερνικίδος εἰς τὰ Ῥίνια στάδ. ξ΄.

νη΄. Ἀπὸ Ῥίνου[2] ἐπὶ τὸν Πίθον στάδ. ι΄.

νθ΄. Ἀπὸ τοῦ Πίθου ἐπὶ Θεοτιμαῖον[3] στάδ. α΄. ὅρμος ἐστὶ θερινός· ὕφαλος[4] βαθύς.

ξ΄. Ἀπὸ Θεοτιμαίου ἐπὶ τὰς Ἅλας στάδ. ψι΄. αἰγιαλός ἐστιν.

ξα΄. Ἀπὸ τῶν Ἁλῶν ἐπὶ τὸ Βόρειον στάδ. ν΄. ἀκρωτήριόν ἐστιν ἔχον ὕφορμον.

[1] Vox recentioris græcitatis, pro μέλαν. Conf. præf. nostr. p. 417. — [2] Fors. ἀπὸ Ῥινίων. — [3] Vulgò Θεοπμααν. — [4] Vulgo ὑπαλός.

Videbis et parvam insulam, humilem et nigram. Promontorium dicitur Brachea : ad sinistram habet stationem parvis navigiis. Ex Apolloniade ad Bernicidem sunt summatim stadia 1150.

SEQUITUR SYRTIS CYRENÆORUM.

57. A Bernicide ad Rhinia stadia 60.

58. A Rhiniis ad Pithum (i. e. Dolium) stadia 10.

59. A Pitho ad Theotimæum stadium unum. Statio est æstiva; submarina (et) profunda.

60. A Theotimæo ad Halas stadia 710. Litus est (importuosum).

61. Ab Halis ad Borium stadia 50. Promontorium est, habens recessum.

ξϐ'. Ἀπὸ τοῦ Βορείου εἰς Χέρσιον[1] στάδ. ρμ'. ὅρμος ἐστὶ τοῖς ἐτησίοις· ὕδωρ ἔχει ἐπὶ τοῦ φρουρίου.

[ΣΥΡΤΙΣ ΚΥΡΗΝΗΣ.]

ξγ'. Ἀπὸ τοῦ Χερσίου ἐπὶ τὴν Ἀμάστορα[2] στάδ. ρι'.

ξδ'. Ἀπὸ τῆς Ἀμάστορος ἐπὶ τὸ Ἡράκλειον στάδ. π'.

ξε'. Ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου εἰς τὸ Δρέπανον στάδ. ζ'. ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλὸν τοῦ Ἡρακλείου, ἔχον θῖνα ἄμμου λευκῆς· ὕδωρ ἔχει.

ξϛ'. Ἀπὸ τοῦ Δρεπάνου ἐπὶ τὸ Σεραπεῖον στάδ. ρ'. παράδρομον ὄψει θῖνα λευκὴν μεγίστην, ἀφ' οὗ, ἂν ὀρύξῃς, ἔχει ὕδωρ γλυκύ.

ξζ'. Ἀπὸ τοῦ Σεραπείου εἰς Διαρσάδα[3] στάδ. ν'.

[1] Fors. Χέρσιον. — [2] Vulgo Ἀμάστορος. — [3] Fort. corrupte pro Διαρρ.

62. A Borio ad Chersion stadia 140. Statio est (navibus) per ventos etesios (advectis). Aquam habet in castello.

[SYRTIS CYRENES.]

63. A Chersio ad Amastora stadia 110.

64. Ab Amastore ad Heracleum stadia 80.

65. Ab Heracleo ad Drepanum stadia 7. Promontorium Heraclei est excelsum, et habet acervum albæ arenæ : ibi aqua.

66. A Drepano ad Serapium stadia 100. Inter prænavigandum videbis acervum album et magnum, ex quo perfosso hauries aquam dulcem.

67. A Serapio ad Diaroada stadia 50.

ξη'. Ἀπὸ Διαῤῥάδος ἐπὶ τὸν Ἄπιν ϛάδ. α'. ὕφορμός ἐστιν.

ξθ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Σεραπείου ἐπὶ τὸν Καινὸν στάδ. ρν'. φρούριόν ἐστιν ἔρημον· ὕδωρ ἔχει· ἔστι δὲ ἀλίμενος.

ο'. Ἀπὸ τοῦ Καινοῦ ἐπὶ τὸν Εὔσχοινον ϛάδ. ο'. ὁ αἰγιαλός ἐστι βαθύς· βουνὸς[1] δέ ἐστιν ἐν τῇ χώρᾳ περιφερής· ὕδωρ ἔχει.

οα'. Ἀπὸ τοῦ Εὐσχοίνου ἐπὶ τοὺς Ὑφάλους[2] ϛάδ. ο'. νησίον ἐστὶν ὑπόσαλον· ἔχει δὲ καὶ αἰγιαλὸν βαθύν.

οβ'. Ἀπὸ τῶν Ὑφάλων ἐπὶ τὸν Σκοπελίτην στάδ. π'. σκόπελός ἐστιν ἀπὸ τῆς γῆς σταδ. ιε', ὑψηλός· ὅμοιος ἐλέφαντι.

ογ'. Ἀπὸ τῦ Σκοπέλυ[3] πρὸς Λίβα[4] στάδ. β'[5]· νῆσός ἐστιν ὑψηλή· Ποντία καλεῖται.

[1] Vulgo κουνός. — [2] Vulgo ἐπὶ τῶν Ὑφάλων. — [3] Fors. Σκοπελίτου. — [4] Vulg. Λίβαν. — [5] Fors. στάδ. μ'. Cf. adnot.

68. A Diaroade ad Apim stadium unum. Recessus est.

69. A Serapeo autem ad Cænum stadia 150. Castellum est desertum. Aquam habet; sed portu caret.

70. A Cæno ad Euschœnum stadia 70. Litus est (importuosum et) altum. Collis est in hoc territorio rotundus. Aquam habet.

71. Ab Euschœno ad Hyphalos sunt stadia 70. Parva insula est submarina : habet etiam litus altum.

72. Ab Hyphalis ad Scopeliten stadia 80. Rupes est excelsa, a continente distans 15 stadiis, similis elephanto.

73. A Scopelite libem versus stadiis 2, insula est excelsa, quæ Pontia vocatur.

οδ'. Ἀπὸ Ποντίας πρὸς μεσημβρίαν[1] σ]άδ. ζ'. νῆσός ἐσ]ι καλουμένη Μαῖα· καὶ ὑπ' αὐτῆς ὕφορμος· ὕδωρ ἔχει ἀνακτόν.

οε'. Ἀπὸ τῆς Μαίας ἐπὶ τὸν Ἀστρόχονδα σ]άδ. ν'.

ος'. Ἀπὸ τοῦ Ἀστρόχονδα ἐπὶ τὸν Κροκόδειλον ςάδ. π'. ὅρμος ἐσ]ὶ θερινός, καὶ ὕδωρ ἔχει ῥεύματα ἔχον[2].

οζ'. Ἀπὸ τοῦ Κροκοδείλου ἐπὶ τὸ Βόρειον ςάδ. πδ'. κώμη ἐσ]ί, φρούριον ἔρημον· ὅρμος καλὸς ἀπὸ λιβός· ὕδωρ ἔχει.

οη'. Ἀπὸ τοῦ Βορείου ἐπὶ Ἀν]ιδρέπανον σ]άδ. κ'. ἀκρωτήριόν ἐσ]ιν, ὕδωρ ἔχον.

οθ'. Ἀπὸ τοῦ Ἀντιδρεπάνου ἐπὶ τὸ Μένδριον ςάδ. ν'. ἄνυδρός ἐσ]ιν.

π'. Ἀπὸ τοῦ Μενδρίου ἐπὶ τὸ Κοζύνθιον ςάδ.

[1] Vulg. μεσημμρ. — [2] Vulgo ἔχοντα.

74. A Pontia ad meridiem stadiis 7, insula est dicta Mæa, et sub illa recessus. Aquam habet advectam.

75. A Mæa ad Astrochonda stadia 50.

76. Ab Astrachonda ad Crocodilum stadia 80. Statio est æstiva, quæ aquam habet cum fluxu.

77. A Crocodilo ad Boreum stadia 84. Vicus est, (ubi?) castellum desertum. Statio pulchra a libe (vento tuta): aquam habet.

78. A Boreo ad Antidrepanum stadia 20. Promontorium est, aquam habens.

79. Ab Antidrepano ad Mendrium stadia 50. Aqua caret.

80. A Mendrio ad Cosynthium stadia 120. Pro-

ρκ΄. ἄκρα ἐστὶ τραχέα· ὅρμος καλός· ἄνυδρος δέ.

ϖα΄. Ἀπὸ τοῦ Κοζυνθίου ἐπὶ Ἀμμωνίου Πηγὰς στάδ. ρι΄. αἰγιαλός ἐστι.

ϖϐ΄. Ἀπὸ Ἀμμωνίου Πηγῶν εἰς Αὐτομάλακα[1] στάδ. ρπ΄.

ϖγ΄. Ἀπὸ Αὐτομαλάκων ἐπὶ Φιλήμων[2] Βωμοὺς στάδ. ρκε΄. ὅρμος ἐστὶ θερινὸς καλός, καὶ ὕδωρ ἔχει· ἕως τούτου τοῦ ἀκρωτηρίου εἰσὶ Κυρηναίων ὄρη καὶ χώρα. Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Βερνικίδος ἕως Φιλήμων Βωμῶν[3] στάδ. ϐ΄[4].

ΛΟΙΠΟΝ ΣΥΡΤΙΣ ΜΕΓΑΛΗ.

ϖδ΄. Ἀπὸ Φιλήμων Βωμῶν[5] ἕως Φιλίππου

[1] Vulg. Αὐτομάλακας. Cf. adnot. — [2] Corrupte pro Φιλαίνων, sic et mox. — [3] Vulgo Βωμούς. — [4] Mendosus numerus. Cf. adnot. — [5] Vulgo Βωμούς.

montorium est arduum. Statio ibi pulchra, sed aqua carens.

81. A Cozynthio ad Ammonii Fontes stadia 110. Litus est (importuosum).

82. Ab Ammonii Fontibus ad Automalaca stadia 180.

83. Ab Automalacis ad Philænorum Aras stadia 125. Statio est æstiva pulchra, et quæ aquam habet. Usque ad hoc promontorium sunt Cyrenæorum montes et territorium. Summatim a Bernicide ad Philænorum Aras, stadia sunt *duo* (!).

SEQUITUR SYRTIS MAGNA.

84. A Philænorum Aris usque ad Philippi promon-

ἄκρας στάδ. υ΄. ἀκρωτήριόν ἐστι τραχύ· ἔχει ὕφορμον καὶ ὕδωρ.

πε΄. Ἀπὸ Φιλίππου ἄκρας ἐπὶ τὸν Ἔπηρον στάδ. τν΄. λιμήν ἐστι πλοίοις μικροῖς· ἔχει ὕδωρ· τοῦτό ἐστι φρούριον βαρβάρων.

πς΄. Ἀπὸ Ἐπήρου ἐπὶ Κόρακα[1] στάδ. ρν΄.

πζ΄. Ἀπὸ Κόρακος εἰς Εὐφράντας στάδ. σ΄. λιμήν ἐστι, καὶ ὕδωρ ἔχει.

πη΄. Ἀπὸ Εὐφραντῶν ἐπὶ τὸν Δυσωπὸν στάδ. ρν΄.

πθ΄. Ἀπὸ Δυσωποῦ ἐπὶ Ἀσπίδα στάδ. τν΄.

ϟ΄. Ἀπὸ Ἀσπίδος εἰς Ταριχαίας[2] στάδ. τν΄.

ϟα΄. Ἀπὸ Ταριχαιῶν ἐπὶ Κεφαλὰς στάδ. υ΄[3]. προσφερόμενος ἐκ τοῦ πελάγους ὄψει χώραν τα-

[1] Vulgo Κόρακι. Immo legendum Χάρακα, et mox Χάρακος. Cf. adnot. — [2] Vulgo Ταριχαίαν. — [3] Vulg. στάδ. ῡ.

torium stadia 400. Promontorium est asperum : habet recessum cum aqua.

85. A Philippi promontorio ad Eperum stadia 350. Portus est (aptus) parvis navigiis : aquam habet. Illud est castellum barbarorum.

86. Ab Epero ad Coracem (i. e. *Corvum ;* verius *Characem.* G.), stadia 150.

87. A Corace ad Euphrantas stadia 200 : portus est cum aqua.

88. Ab Euphrantis ad Dysopon stadia 150.

89. A Dysopo ad Aspidem (Clypeum) stadia 350.

90. Ab Aspide ad Tarichæas stadia 350.

91. A Tarichæis ad Cephalas stadia 400. Advectus ex alto mari videbis terram humilem, parvas insulas

πεινήν, νησία ἔχουσαι· ὅταν δὲ αὐτοῖς ἐγγίσῃς, ὄψει τὴν πόλιν παραθαλάσσιον, καὶ θῖνα λευκόν, καὶ αἰγιαλόν· ἡ δὲ πόλις ἐστὶ λευκὴ ὅλη· λιμένα δὲ οὐκ ἔχει. ἀσφαλῶς ὁρμίζου ἐπὶ τοῦ Ἑρμαίου[1]. αὕτη καλεῖται Λέπτις[2]. Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ[3] Φιλίππων[4] Βωμοῦ εἰς Λέπτιν[5] τὴν Μεγάλην στάδ. δϛʹ.

ϟβʹ. Ἀπὸ Λέπτεως[6] ἐπὶ Ἑρμαῖον στάδ. εʹ. ὅρμος ἐστὶ πλοίοις μικροῖς.

ϟγʹ. Ἀπὸ Ἑρμαίου εἰς τὰ Ἄφορα στάδ. τʹ. ἄκρα ἐστὶν ἔχουσα ὅρμον[7] ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν· ἔχει ὕδωρ· καλεῖται Νεόσπορα· ἔστι γὰρ ὁμοία νήσῳ.

ϟδʹ. Ἀπὸ τῶν Ἀφόρων[8] ἐπὶ τὸν Ἀμαραίαν

[1] Fors. ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον, vel ἀπὸ τοῦ. — [2] Vulgo Λέπτης. — [3] Vulgo ἐπί. — [4] Fors. Φιλήμων, ut §. 83, 84. — [5] Vulgo Λέπτην. — [6] Vulgo Λεπτέων. — [7] Vulgo ὅρμων. — [8] Vulgo Ἀφορῶν.

habentem. Quum autem ad illas adpropinquaveris, civitatem adspicies mari vicinam, et acervum album et litus (importuosum). Civitas autem tota est alba; portu vero caret. Fidenter adpelle ad Hermæi (promontorium!) Hæc (civitas) dicitur Leptis. A Philænorum Ara ad Leptin Magnam summa stadiorum (est) 4006 (!).

92. A Lepti ad Hermæum stadia 5 (!) : statio est navibus parvis.

93. Ab Hermæo ad Aphora (verius *Gaphara*. G.) stadia 300. Promontorium est, habens stationem ex utroque latere, cum aqua. Quæ (statio) vocatur Neospora (!); est enim insulæ similis.

94. Ab Aphoris ad Amaræam stadia 40. Ibi turris,

σάδ. μ'. πύργος ἐστὶν, ὕφορμος· ὕδωρ ἔχει ποτάμιον. ἔστι δὲ γεώργιον πλατὺ τοῦ ποταμοῦ· Οἰνολάδων ὁ ποταμὸς καλεῖται.

ϟε'. Ἀπὸ τῆς Ἀμαραίας[1] ἐπὶ Μεγέρθιν σάδ. μ'. πόλις ἐστὶ, καὶ λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ.

ϟϛ'. Ἀπὸ Μεγερθέως[2] εἰς Μακαραίαν σάδ. υ'.

ϟζ'. Ἀπὸ Μακαραίας εἰς Σαράθραν σάδ. υ'. πόλις ἐστὶν ἀλίμενος· σάλον[3] ἔχει.

ΛΟΙΠΟΝ ΣΥΡΤΙΣ ΜΙΚΡΑ.

ϟη'. Ἀπὸ Σαράθρης[4] ἐπὶ Λοκροὺς σάδ. τ'. κώμη ἐστὶ, καὶ ὑπεράνω τῆς κώμης πύργος ὑψηλός.

ϟθ'. Ἀπὸ Λοκρῶν ἐπὶ Ζεύχαριν σάδ. τ'. φρούριον ἔχον[5] πύργον· ὁ δὲ πύργος λιμήν ἐστιν ἐπίσημος.

[1] Fors. Ἀμαραίου. — [2] Vulgo Μεγερθέων. Mox vulgo σταδ. ῦ, et iterum infra. — [3] Vulg. σάλος. — [4] Vulgo Ἀλάθρης. — [5] Vulg. ἔχων.

et recessus cum aqua fluviali. Sunt arva fluvii lata (i. e. *alveus latus*, vel potius *lata arva, quæ fluvium versus declivia sunt!* G.) : Œnoladon fluvius vocatur.

95. Ab Amaræa ad Megerthim stadia 40 : civitas est cum portu et aqua.

96. A Megerthi ad Macaræam stadia 400.

97. A Macaræa ad Sarathram stadia 400. Civitas portu caret : salum habet.

SEQUITUR SYRTIS PARVA.

98. A Sarathra ad Locros stadia 300. Vicus est, et supra hunc vicum turris excelsa.

99. A Locris ad Zeucharin stadia 300 : præsidium est, turrim habens ; turris autem est portus præclarus.

ρ'. Ἀπὸ Ζευχάρεως[1] εἰς Γέργιν[2] στάδ. πν'[3]. πύργος ἐστὶ, καὶ φρούριον ἔχει, καὶ λιμένα καὶ ὕδωρ.

ρα'. Ἀπὸ Γέργεως[4] εἰς Μήνιγγα στάδ. ρν' πόλις ἐστὶν ἐπὶ νήσῳ· ἡ δὲ νῆσος ἀπέχει τῆς γῆς σταδίους η'. ἔχει δὲ πόλεις ἱκανάς· μητρόπολις δέ ἐστιν. αὕτη οὖν ἐστὶν ἡ τῶν Λωτοφάγων νῆσος. ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ βωμὸς Ἡρακλέος[5]· Μέγιστος καλεῖται· ἔστι δὲ λιμὴν, καὶ ὕδωρ ἔχει. οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Λέπτεως εἰς Μήνιγγα στάδ. ͵βτ'.

ρβ'. Ἀπὸ Μήνιγγος εἰς τὴν Ἤπειρον στάδ. σ'. πόλις ἐστί· ἔχει δὲ καλὸν λιμένα, καὶ ὕδωρ.

ργ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Γέργεως εἰς Κιδιφθὰν στάδ. ρπ'. πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει.

[1] Vulgo ἀπὸ Ζεύχαριν; cf. supra pag. 417. — [2] Vulgo Γέργιν. — [3] Valde suspicor legendum esse τν' (350). — [4] Vulgo Γεργίων. — [5] Vulg. Ἡρακλέων.

100. A Zeuchari ad Gergin stadia 350 (!). Turris est, quæ præsidium habet cum portu et aqua.

101. A Gergi ad Meningem stadia 150. Civitas in litore insulæ est : insula autem distat a continente stadiis 8. Habet urbes satis magnas : sed metropolis est. Illa autem est Lotophagorum insula. In ea ara Herculis, quæ Megista vocatur (vel *ara maxima, quæ Herculis dicitur*) : ibi portus est cum aqua. Stadia universa a Lepti ad Meningem sunt 2300.

102. A Meninge ad Epirum stadia 200 : urbs est cum pulchro portu et aqua.

103. A Gergi (! fors. *Gichthi.* G.) ad Cidiphtham stadia 180 : civitas est cum portu.

ρδ'. Ἀπὸ Βακάτης εἰς Νεάπολιν σταδ. ρ'. πόλις ἐστί, καὶ λιμένα ἔχει.

ρε'. Ἀπὸ Ἀχολῆς εἰς Ἀλιπόταν στάδ. ρκ'. αὗται αἱ πόλεις λιμένας ἔχουσι διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι αὐταῖς βράχη· εἰς ταύτας πλέουσι σύμμετρα πλοῖα. Τῇ δὲ Ἀχόλᾳ καὶ τῇ Ἀλιπότᾳ καὶ τῇ Κιδιφθᾷ ἐπίκειται Κέρκινα ἡ νῆσος, ἀπέχουσα[1] σταδ. ρκ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Λωτοφάγου[2], ἥπερ ἐστὶ Μήνιγξ[3], ἐπὶ τὴν Κέρκιναν νῆσον διὰ πόρου στάδ. ψν'[4]. Ἀπὸ Θίθνης εἰς Κέρκιναν[5] . . . · κατὰ πόλιν βράχη ἐστὶ φερόμενα πρὸς τὴν πόλιν.

ρϛ'. Ἀπὸ Κερκίνης εἰς Θάψον στάδ. ψ'. ἔχει δὲ νῆσον καλὴν πελαγίαν κειμένην κατὰ Θάψον πρὸς βορρᾶν[6], ἀπέχουσαν σταδ. π'. ἔχει δὲ λι-

[1] Vulgo εὐπέχουσα. — [2] Fors. Λωτοφάγων νήσου. — [3] Vulgo Μήνιξ. — [4] Fors. φν'. Cf. adnot. — [5] Hic puto subesse lacunam numeri. — [6] Vulgo βορρᾶν.

104. A Bacate (i. e. *Tacape*. G.) ad Neapolim stadia 100 : civitas est cum portu.

105. Ab Achole ad Alipotam stadia 120. Hæ civitates portubus præditæ sunt, ideo quod brevia illis adjaceant. Ad eas navigant navigia justæ magnitudinis. Acholæ, Alipotæ et Cidiphthæ adjacet Cercina insula, distans stadiis 120. A Lotophagorum (insula), quæ et Meninx est, ad Cercinam insulam, transnavigationis sunt stadia 750 (?). A Thithne (i. e. *Thena*. G.) ad Cercinam. . . . : juxta urbem brevia sunt urbem versus producta.

106. A Cercina ad Thapsum stadia 700. Est autem insula pulchra in alto mari jacens ante Thapsum, septen-

μέγα καὶ ὕδωρ· αὗται αἱ νῆσοι περιέχουσι τὸ Ἰκάριον πέλαγος.

[ΛΟΙΠΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗ[1].]

ρζ΄. Ἀπὸ Θάψου[2] εἰς Λέπτιν[3] τὴν Μικρὰν στάδ. ρο΄. πόλις μικρά ἐστι, καταφανής· καὶ βραχέα· καὶ ἡ καταγωγή ἐστιν ἐπὶ τῇ πόλει δύσκολος πάνυ.

ρη΄. Ἀπὸ Λέπτεως[4] εἰς Θερμὰν[5] στάδ. ξ΄. κώμη ἐστί. τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ ὧδε βραχη ἐστὶ δυσκατάγωγα.

ρθ΄. Ἀπὸ Θερμῶν πλεύσας στάδ. μ΄, ὄψει ἀκρωτήριον ἐπ' αὐτῷ ἔχον δύο νησία[6] ἐσκολοπισμένα· ὕφορμός ἐστιν.

[1] Titulus prave collocatus, et reponendus ad §. 119. — [2] Vulgo Θαψούς. — [3] Vulgo Λέπτην. Cf adnot. ad. §. 91. — [4] Vulgo Λεπτέων. — [5] Fors. Θερμάς ob sequens Θερμῶν. — [6] Vulg. ἔχων διονύσια. Cf. adnot.

trionem versus, distans stadiis 80, cum portu et aqua. Quæ insulæ cingunt Icarium mare.

[SEQUITUR PHŒNICIA.]

107. A Thapso ad Leptin Parvam stadia 170. Parva hæc urbs facile conspicitur; ibi vada, et adpulsus ad urbem est omnino asper.

108. A Lepti ad Thermam stadia 60: est vicus. Eodem modo et sic (ibi) brevia sunt ad adpulsum difficilia.

109. A Thermis navigando stadiis 40, videbis promontorium proximas habens duas insulas septis instructas: recessus (ibi) est.

ρι'. Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ὄψει Ἀδραμύτην τὴν πόλιν ἀπὸ σταδίων μ'· ἀλίμενος.

ρια'. Ἀπὸ Ἀδραμύτου ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα στάδ. φ'. ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλὸν καὶ περιφανές, οἷον ἀσπίς· ἐπ'[1] αὐτὴν πλέε τὴν ἄρκτον παραφαίνων ἐξ εὐωνύμων· εἰσὶ γὰρ εἰς τὸ πέλαγος ἐκεῖνο βράχη πολλὰ καὶ τραχέα· εἶτα ἐκφανήσεταί σοι ἡ Ἀσπὶς καὶ ἐπ' αὐτὴν Νεάπολις. ἀπὸ τοῦ κόλπου Νεαπόλεως ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα στάδ. σ'[2]. ὑψηλός ἐστιν ὁ τόπος καὶ ἐπ' αὐτὸν ἡ πόλις· ἔχει λιμένα πρὸς ζέφυρον ἀπὸ σταδίων ι' ἀνώτερον τῆς πόλεως.

ριβ'. Ἀπὸ Ἀσπίδος ἐπὶ Θερμὰ στάδ. ξ'. κώμη ἐστὶ καὶ ἐπάνω τὰ Θερμά.

[1] Fors. μετ' αὐτήν. — [2] Mendose. Cf. adnot.

110. A promontorio adspicies Adramyten urbem, distantem stadiis 40 (!), quæ portu caret.

111. Ab Adramyte ad Aspidem (Clypeum) stadia 500. Est promontorium excelsum et undique conspicuum, clypei imaginem præbens. Ad illam (Aspidem) naviga septentrionem spectando ex sinistra. Ibi enim sunt versus altum mare vada multa et aspera. Deinde apparebit tibi Aspis et post illam Neapolis. A sinu Neapolis ad Aspidem stadia 200 (?). Excelsus est locus, et in illo urbs (insidet). Habet supra urbem, ad Zephyrum, portum stadiis 10 (distantem).

112. Ab Aspide ad Therma stadia 60 (!). Vicus est (ibi ad mare), et superius (paullulum in mediterraneis) Therma.

ριγ΄. Ἀπὸ τῶν Θερμῶν εἰς Κάρπην στάδ. ρξ΄. πόλις ἐστὶ, καὶ λιμένα ἔχει.

ριδ΄. Ἀπὸ Κάρπης εἰς Μάζυλαν[1] στάδ. κ΄. πόλις ἐστὶ, καὶ λιμένα ἔχει.

ριε΄. Ἀπὸ Μαζύλων εἰς τὸν Γαλάβραντα στάδ. ν΄. ὅρμος ἐστὶν ἕως ἀμμωδίαν ἀγωγῆς.

ρις΄. Ἀπὸ τοῦ Γαλάβραντος εἰς Καρχηδόνα[2] στάδ. ρκ΄. πόλις ἐστὶ μεγίστη, καὶ λιμένα ἔχει· ἐν δὲ τῇ πόλει πύργος ἐστὶ δεξιάν[3]· ὁρμίζου ὑπὸ τὸ χῶμα. Οἱ πάντες ὁμοῦ ἀπὸ Μήνιγγος, τῆς τῶν Λωτοφάγων νήσου, ἕως εἰς Καρχηδόνα, στάδ. φν΄.

ριζ΄. Ἀπὸ δὲ Καρχηδόνος εἰς Κάστρα Κορνηλίας[4] στάδ. τγ΄. λιμήν ἐστι παραχειμαστικός· ἐν τούτῳ παραχειμάζει μεγάλα πλοῖα.

[1] Fors. Μάζυλα. — [2] Vulgo Χαλκηδόνα, sic et mox, et ulterius Χαλκηδόνος. — [3] Fors. ἐπὶ δεξ. — [4] Vulgo Κορνηλίων; sed vide mox.

113. A Thermis ad Carpen stadia 160 (!) : urbs est cum portu.

114. A Carpe ad Mazyla stadia 20 (!) : civitas est cum portu.

115. A Mazylis ad Galabrantem stadia 50. Statio est usque ad arenarum congeriem.

116. A Galabrante ad Carthaginem stadia 120 : civitas est maxima cum portu. In civitate turris est ad dextram : adpelle sub molem. A Meningi, insula Lotophagorum, usque ad Carthaginem, summa stadiorum 550 (!).

117. A Carthagine ad Castra Corneliæ stadia 303. Portus est hibernus : in illo hibernant magna navigia.

ριη'. Ἀπὸ Κάστρων Κορνηλίας εἰς Οὔστικα στάδ. κδ'. πόλις ἐστί· λιμένα οὐκ ἔχει, ἀλλὰ σάλον[1] ἔχει· ἀσφαλίζου.

ριθ'. Ἀπὸ Οὐστίκων εἰς Κάρναν στάδ. κδ'. σάλος ἐστί, κοιτῶνας δὲ ἔχει πλοίοις μικροῖς· ἀσφαλῶς κατάγου.

ρκ'. Ἀπὸ Κάρνας[2] [ἐπὶ Χωρείων.] ἐπ' ἀκρωτήριον καλούμενον Βαλανέας στάδ. σ'.

ρκα'. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Βαλανέων ἐπ' ἀκρωτήριον Πάλτον στάδ. ς'[3].

ρκβ'. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου Πάλτου κάμψαντες ἐπ' ἀκρωτήριον Βραχίων[4] στάδ. ι'.

ρκγ'. Ἀπὸ δὲ Βαλανέων ἄκρας ἐπ' εὐθείας[5] εἰς Πάλτον στάδ. σ'[6]. Οἱ πάντες ἐκ Πτολε-

[1] Vulgo σάλος. — [2] Vulgo Κάρνων. Mox fort. schol. marg. ubi leg. ἐπὶ χωρείων. Conf. adnot. — [3] Fors. ξ'. Cf. adnot. — [4] Vox suspecta. — [5] Vulg. ἐπιτηδείας. — [6] Mendose.

118. A Castris Corneliæ ad Ustica stadia 24: civitas est, quæ portum non habet, sed salum. Te tueare.

119. Ab Usticis ad Carnen stadia 24 (!!). Salum est, sed cubicula habet parvis navigiis (apta). Fidenter adpelle.

120. A Carne ad promontorium dictum Balaneas stadia 200.

121. A promontorio Balaneis ad promontorium Paltum stadia 6 (!).

122. A promontorio Palto, quod superaveris, ad promontorium *Brachion* stadia 10.

123. A Balaneis promontorio recto itinere ad Pal-

μαΐδος παρὰ γῆν παραπλέοντες εἰσελθεῖν εἰς Πάλτον σ]άδ.[1] ϐ.

KAI ΛΟΙΠΟΝ ΚΟΙΛΗ ΣΥΡΙΑ.

ρκδ'. Ἀπὸ Πάλτου ἐπὶ χωρίον Πελλῆται[3] ςάδ. λ'. Ἀπὸ Πελλητῶν ἐπὶ λιμένα[4] κειμένην ἐπ' αἰγιαλῷ, ἔχοντι κατ' αὐτὸν φάραγγα[5], ςάδ. κ'.

ρκε'. Ἀπὸ Πελλητῶν εἰς Τάλϐας[6] ςάδ. λ'.

ρκς'. Ἀπὸ Ταλϐῶν εἰς ποταμὸν Πλωτὸν καλούμενον ςάδ. μ'.

ρκζ'. Ἀπὸ Πλωτοῦ ποταμοῦ εἰς ἄκραν, ἐξῆς[7] κεῖται πόλις Λαοδίκεια, ςάδ. σ'. ἀπὸ τοῦ πο-

[1] Vulgo σ]άδδ. — [2] Mendose. — [3] Fors. Πελλήτας. — [4] Fors. λίμνην. — [5] Vulgo φάραγα. Cf. §. 12. — [6] Fors. εἰς Γάϐαλα. — [7] Fors. ἐφ' ἧς.

tum stadia 200 (!). A Ptolemaïde, litus si legeris, donec intraveris in Paltum, stadia 2000 (!).

ET SEQUITUR CŒLE-SYRIA.

124. A Palto ad locum Pelletas stadia 30. A Pelletis ad portum (fors. *paludem*. G.) jacentem in (importuoso) litore, quod habet in se barathrum, stadia 20.

125. A Pelletis ad Talbas (fors. Gabala. G.) stadia 30.

126. A Talbis ad fluvium Plotum (Navigabilem) dictum stadia 40.

127. A Ploto fluvio ad promontorium, in quo insidet urbs Laodicea, stadia 200 (!) A fluvio ad Bala-

ταμοῦ εἰς Βαλανέας ϛάδ. ο'. Ἀπὸ Βαλανεῶν εἰς Λαοδίκειαν εὐθυδρομοῦντι λευκονότῳ ἐπὶ τὰ πρὸς ἠῶ τῆς ἄρκτου, ϛάδ. σ'.

ρκη'. Ἀπὸ Λαοδικείας εἰς Ἡρακλείαν[1] ϛάδ. κ'[2].

ρκθ'. Κάμψαντι δὲ τὸ ἀκρωτήριον λιμὴν ἐστὶ καλούμενος Λευκός· ϛάδ. λ'.

ρλ'. Ἀπὸ Λευκοῦ λιμένος ἐπὶ κώμην καλουμένην Πασιερίαν στάδ. λ'.

ρλα'. Ἀπὸ τῆς κώμης[3] ἐπ' ἄκραν Πολιὰν καλουμένην στάδ. ρκ'. ἀπὸ Ἡρακλείας ἐπὶ Ποσείδιον τὸν ἐπίτομον ϛάδ. ρ'.

ρλβ'. Ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας τοῦ ἐπὶ[4] Ποσειδίου εἰς πόλιν Σιδῶνα, ϛάδ. τ'[5]. ὑπὲρ ἧς ἐστιν ὄρος ὑψηλόν, καλούμενον Θρόνος.

[1] Vulgo Ἡρακλέαν. — [2] Mendosus numerus. — [3] Fors. excidit Πασιερίας. — [4] Fors. ἐπὶ τῷ, vel τῆς ἐπί. — [5] Cf. adnot.

neas (retro) stadia 70 (!). A Balaneis ad Laodiceam, si recta navigaveris cum leuconoto ad orientem septentrionis, stadia 200 (!).

128. A Laodicea ad Heracleam stadia 20 (!).

129. (Tibi) autem prætervecto promontorium (adspicitur) portus dictus Leucus (Albus); stadia 30.

130. A Leuco portu ad vicum dictum Pasieriam stadia 30.

131. A vico (Pasieria) ad promontorium Poliam dictum stadia 120... Ab Heraclea ad Posidium, recta eundo, stadia 100.

132. A promontorio (Polia) ante Posidium (prominente) ad Sidonem stadia 300 (!). Quam supra est mons dictus Thronus.

ρλγ'. Ἀπὸ Σιδωνίας[1] πόλεως εἰς τόπον ὁρίζοντα τὸ Κάσιον, καλούμενον δὲ[2] Καλαδρόπολιν[3], στάδ. ξ'.

ρλδ'. Ἀπὸ Καλάδρου[4] ἐπὶ νῆσον καλουμένην Μακρὰν, στάδ. ι'.

ρλε'. Ἀπὸ Μακρᾶς νήσου[5] ἐπὶ τὸ Νυμφαῖον στάδ. ν'. Ὁ δὲ ὅλος περίπλους τραχύς ἐστιν ἀπὸ τοῦ Κασίου. τοῦτον τὸν τόπον[6] παράπλεε ἀπὸ τῆς γῆς σταδ. κ'.

ρλς'. Ἀπὸ Νυμφαίου ἐπὶ πόλιν Ἀντιόχειαν, ἔχουσαν ἐμπόριον καὶ παρ' αὐτὴν ποταμὸν Ὠρέτην[7] καλούμενον, στάδ. υ'[8]. ἔστι δὲ ὁ ποταμὸς ἀπὸ σταδίων ιε'.

ρλζ'. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς Σελεύκειαν στάδ.

[1] Cf. adnot. — [2] Fors. τε. — [3] Fors. corrupte pro Χαραδρ. — [4] Excidit πόλεως. — [5] Vulgo ἀπὸ Μακρὰν νῆσον, hodierno græcismo. Cf. p. 417. — [6] Vulgo τρόπον. — [7] Corrupte pro Ὀρόντην. — [8] Mendosus numerus. Vulg. σταδ. δ'.

133. A Sidone urbe (fors. *a Posidio*. G.) ad locum conterminum Casio, et dictum Charadropolim, stadia 60.

134. A Charadri urbe ad insulam dictam Macram, stadia 10.

135. A Macra insula ad Nymphæum stadia 50. Totus autem periplus est asper a Casio (monte). Quem locum prænavigato 20 stadiis a continente.

136. A Nymphæo ad urbem Antiochiam, habentem emporium, et juxta se fluvium *Oreten* (Orontem) dictum, stadia 400 (!) : distat fluvius stadiis 15.

137. A fluvio (Oronte) ad Seleuciam stadia 40.

μ'. ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου τὸν ἐπίτομον εἰς Σελεύκειαν πεσόντι ζεφύρῳ, στάδ. ρι'.

ρλη'. Ἀπὸ Σελευκείας ἐπὶ τὰ Γεώργια στάδ. ρμβ'.

ρλθ'. Ἀπὸ τῶν Γεωργίων ἐπὶ τὸν Ῥωσσαίων κόλπον[1] στάδ. τ'[2]. ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου ἀκρωτηρίου ἐπὶ[3] τὸν κόλπον, οὐριώτατον, στάδ. σ'.

ρμ'. Ἀπὸ Ῥώσσου Πιερίας[4] εἰς πόλιν Μυρίανδρον[5] στάδ. ς'[6].

ρμα'. Ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατ' Ἴσσου[7] στάδ. ρκ'.

ρμβ'. Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς τὰς Κιλικίας πύλας στάδ. σ'. Ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ Πάλτου ἕως τῶν Κιλικίων πυλῶν στάδ. ͵βφ'[8].

[1] Vulgo ἐπὶ τῶν Ῥωσσαίων κόλπων. — [2] Mendosus numerus. — [3] Vulg. deest ἐπί. — [4] Vulgo Τερδνίας. — [5] Vulgo Μυριάνδριον. — [6] Mendosus numerus. Cf. adnot. — [7] Vulgo κατισίου. Leg. κατ' Ἰσίου. *Iriartus*. Leg. potius κατ' Ἴσσου corrupte pro κατ' Ἴσσον. G. — [8] Mendosus numerus.

A Posidio autem recto itinere ad Seleuciam, cadente Zephyro, stadia 110.

138. A Seleucia ad Georgia stadia 142.

139. A Georgiis ad Rhossæorum sinum st. 300 (!). A promontorio autem Posidio ad sinum (Rhossæorum) cum felicissima navigatione, stadia 200.

140. A Rhosso Pieriæ ad urbem Myriandrum, stadia 6 (!).

141. A Myriandro ad Alexandriam, Isso vicinam, stadia 120.

142. Ab Alexandria ad portas Ciliciæ stadia 200 (!). A Palto ad portas Ciliciæ summa stadiorum 2500 (!).

ΛΟΙΠΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑ.

ρμγ΄. Ἀπὸ τῶν Κιλικίων πυλῶν εἰς τὸ Ἱερὸν στάδ. ρκ΄. τοῦτό ἐστιν ὑπερβῆναι εἰς τὸν τόπον [εἰς πόλιν].

ρμδ΄. Ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ εἰς πόλιν Ἀμινσὸν στάδ. ψ΄.

ρμε΄. Ἀπὸ Ἀμινσοῦ εἰς τὰς Ἀμανικὰς[1] πύλας ἐντὸς[2] μυχοτάτου τοῦ κόλπου, στάδ. ς΄.

ρμς΄. Ἀπὸ τῶν Πυλῶν εἰς κώμην ἄλλην στάδ. ν΄. ἀπὸ τοῦ Μυριάνδρου οὐριοδρομοῦντος στάδ. ρ΄.

ρμζ΄. Ἀπὸ τῶν ἄλλων[3] εἰς πόλιν Αἰγαίας στάδ. ρ΄. ἀπὸ δὲ τοῦ Μυριάνδρου εἰς Αἰγαίας εὐθυδρομοῦντος ἐπὶ τοῦ πλοῦ[4] νότου στάδ. ρ΄[5].

[1] Leg. Ἀμανικάς. — [2] Vulgo ἀντ᾽. Leg. ἀπὸ. *Intertus*. — [3] Fors. ἀπὸ τῆς ἄλλης. — [4] Sic, et iterum infra. — [5] Numerus mendosus.

SEQUITUR CILICIA.

143. A Ciliciis portis ad Hieron stadia 120. Illud est ascendere ad locum [(aut potius) ad urbem].

144. Ab Hiero ad urbem Aminsum (fors. *Issum*), stadia 700.

145. Ab Aminso ad Amanicas portas intus remotissimam sinus partem, stadia 6.

146. A Portis (Amanicis) ad vicum alium stadia 50. A Myriandro (fors. ad vicum supra dictum. G.) secundo vento naviganti stadia 100.

147. Ab alio (vico?) ad urbem Ægæas stadia 100. A Myriandro autem ad Ægæas recta naviganti . . . . . . stadia 100 (?).

ρμη′. Ἀπὸ Αἰγαιῶν ὁ παράπλους κρημνώδης[1] ἐπὶ κώμην Σερέτιλλιν[2] · στάδ. ρν′. Ἀπὸ δὲ Ῥώσσου[3] εὐθυδρομοῦντι ἐπὶ τὴν Σερέτιλλιν ἐπὶ τοῦ πελαγίου, στάδ. σν′. Κατὰ δὲ[4] τὴν Σερέτιλλιν κώμη ἐπάνω Πύραμος καλεῖται· καὶ ὑπεράνω αὐτοῦ, ὄρος καλούμενον Πάριον, ἀπὸ στάδ. ξ′.

ρμθ′. Ἀπὸ τῆς Σερετίλλεως [εἰς κώμην] ἐπ' ἄκραν Ἰανουαρίαν στάδ. α′[5].

ρν′. Ἀπὸ τῆς Ἰανουαρίας ἄκρας ἐπὶ τὰς Διδύμους νήσους στάδ. λ′.

ρνα′. Ἀπὸ τῶν Διδύμων νήσων εἰς πόλιν καλουμένην Μάλλον, στάδ. ρ′.

[1] Vulgo κρημνώδης. — [2] Malim Σερέπιλλιν hic et mox, ob formam Σερεπίλλεως, §. 149. Immo Σερέπιλλιν mendose pro Σερρέπολιν. Cf. adnot. — [3] Vulg. Ῥώσου. Sed §. 140, duplici σ scribitur Ῥώσσου et supra Ῥωσσαίων. — [4] Vulgo δή. — [5] Vulgo α′ (1000). Fors. leg. ια′ (11).

148. Ab Ægæis prætemavigatio aspera ad vicum Seretillin; stadia 150. A Rhosso, si recta navigaveris ad Seretillin, (sunt) stadia 250. Juxta Seretillin vicus supra Pyramus vocatur; et supra illum (Pyramum?) mons adpellatus Parius, distans stadiis 60.

149. A Seretilli ad promontorium [ad vicum]. Januarium, stadia 11 (?).

150. A Januario promontorio ad Didymas insulas stadia 30.

151. A Didymis insulis ad civitatem dictam Mallum, stadia 100.

ρνβ'. Ἀπὸ Μάλλου εἰς Ἀντιόχειαν ἐπὶ Πύραμον ποταμόν, στάδ. ρν'.

ρνγ'. Ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ τὴν γωνίαν[1], ἣν νῦν Κέφαλον[2] καλοῦσι, στάδ. ο'. παρὰ τὸ ἀκρωτήριον ποταμός ἐστι, πλωτός· Πύραμος καλεῖται. Ἀπὸ τοῦ Σκοπέλου[3] δὲ, μὴ κολπίζοντι, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας πλέοντι, εἰς Ἀντιόχειαν (ἔπειτα πρὸς ἀνατολὴν[4] τῆς ἠπείρου, νότῳ τὰ εὐώνυμα μακρὰν διαφάλλω[5]), στάδ. τν'.

ρνδ'. Ἀπὸ τοῦ Πυράμου ποταμοῦ εὐθυδρομοῦντι εἰς Σόλους[6] (ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη τῆς ἄρκτου νότῳ μικρὸν παρέλκας[7]) στάδ. φ'. ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ Πυράμου ἐπὶ τὸν ποταμὸν Ἄρειον στάδ. ρκ'.

[1] Vulgo Ἰωνίαν. — [2] Fors. Κεφαλὴν, ut §. 154. — [3] Scilicet Ῥωσσικοῦ. Cf. Ptol. *Leak*. — [4] Cf. adnot. — [5] Fors. διαφυλάσσου; cf. adnot. — [6] Vulgo Σώλους. — [7] Fort. leg. forma barbara παρέλξας.

152. A Mallo ad Antiochiam insidentem fluvio Pyramo, stadia 150 (?).

153. Ab Antiochia ad angulum, qui nunc Cephalus adpellatur, stadia 70. Juxta promontorium fluvius est, navigabilis, qui Pyramus vocatur. A Scopulo autem (Rhossico), si litoris anfractus non legeris, sed recta navigaveris, ad Antiochiam (deinde orientalem versus partem continentis tendenti), cum noto (flante) a sinistra procul caveas), stadia 350.

154. A Pyramo fluvio recta naviganti ad Solos, occidentales versus partes boreæ, ad meridiem paullulum tendenti (fors. paullulum flante noto. G.), stadia 500. A capite Pyrami ad fluvium *Arium* (fors. Sarum. G.), stadia 120.

ρνε′. Ἀπὸ Ἀρείου ποταμοῦ ἐπὶ σ]όματος[1] λίμνης, ὃ καλεῖται Ῥηγμοί, ςάδ. ο′.

ρνς′. Ἀπὸ Ῥηγμῶν εἰς Ταρσὸν ςάδ. ο′. ῥέει δὲ[2] μέσης τῆς πόλεως ποταμὸς Κύδνος.

ρνζ′. Ἀπὸ Ταρσοῦ ἐπὶ χωρίον Ζεφύριον ςάδ. ρκ′.

ρνη′. Ἀπὸ δὲ Σόλων ἐπὶ κώμην Καλανθίαν ςάδ. ν′[3].

ρνθ′. Ἀπὸ Καλανθίας κώμης εἰς Ἐλαιοῦντα[4], ςάδ. ρ′.

ρξ′. Ἀπὸ Σεβαούσης[5] εἰς κώμην καλουμένην Κώρυκον ςάδ. κ′. ἀπὸ δὲ Σόλων εἰς Κώρυκον ςάδ. σπ′. ὑπὲρ ὧν ἀπέχον ἐσ]ὶν ἀκρωτήριον Κωρύκιον καλούμενον, ςάδ. ρ′.

[1] Forsan ἐπὶ σ]όμα τῆς, vel ἕως σ]όματος. — [2] Fort. διά. — [3] Fors. leg. ρν′. Cf. adnot. — [4] Leg. Ἐλαιοῦντα. *Irlan.* Fors. Ἐλαιοῦντα. — [5] Fors. Σεβαστῆς. Cf. adnot.

155. Ab *Ario* fluvio ad fluvii os, quod vocatur Rhegmi, stadia 70.

156. A Rhegmis ad Tarsum stadia 70. Mediam urbem interfluit fluvius Cydnus.

157. A Tarso ad munimentum Zephyrium stadia 120.

158. A Solis autem ad vicum Calanthiam stadia 50 (!).

159. A Calanthia vico ad Elæuntem stadia 100.

160. A Sebaste (!) ad vicum dictum Corycum stadia 20. A Solis autem ad Corycum stadia 280. Supra quæ (loca ad septentrionem) est promontorium dictum Corycium, distans stadiis 100.

ρξα'. Ἀπὸ τοῦ Κωρυκίου ἐπὶ λιμένα καλούμενον Καλὸν Κορακήσιον, σάδ. ρκε'[1].

ρξα'*. Ἀπὸ τοῦ Κορακησίου ἐπὶ τὴν Ποικίλην πέτραν· ἥτις ἔχει κλίμακα, δι' ἧς ἐστιν ὁδὸς εἰς Σελεύκειαν[2] τὴν ἐπὶ Καλυκάδνου[3], σάδ. ο'.

ρξϐ'. Ἀπὸ τῆς κλίμακος ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κάλυκαδνον[4] σάδ. μ'.

ρξγ'. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ ἄκραν ἀμμώδη, σενὴν, Σαρπηδονίαν[5] καλουμένην, σάδ. π'. ἀπ' αὐτῆς ἀνατείνοντα[6] βράχεα ὡς ἀπὸ τῆς Σαρπηδονίας, σάδ. κ'. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἔγγισα πρὸς τὴν Κύπρον, εἰς πόλιν Καρπασίου[7] νεωτάτου σάδ. υ'. ἀπὸ Σαρπηδονίας ἄκρας εἰς Σελεύκειαν σάδ. ρκ'.

[1] Mendosus numerus. — [2] Vulg. Σελεύκιαν. — [3] Vulg. Αὔκου ; leg. Καλυκάδνου, sive Καλύδνου. *Leakius*. — [4] Vulgo Καλύδιον. — [5] Vulgo Σαρπεδονίαν. — [6] Vulgo ἀνατεινὸν τὰ βρ. — [7] Fors. Καρπασίαν ut ap. Scylac., vel Καρπασῖον. De voc. νεωτάτου, cf. adnot.

161. A Corycio (promont.) ad portum dictum Calum (pulchrum) Coracesium, stadia 125 (!).

161 *. A Coracesio ad Pœcilen rupem, quæ habet climacem qua via est ad Seleuciam Calycadno insidentem, sunt stadia 70.

162. A climace ad fluvium Calycadnum stadia 40.

163. A fluvio (Calycadno) ad promontorium arenosum, arctum, Sarpedonium dictum, stadia 80. Ab illo sese extendunt brevia, fere a Sarpedonio stadiis 20. Ab hoc promontorio ad proximam partem Cypri, id est, Carpasiam urbem, stadia 400. A Sarpedonio promontorio ad Seleuciam (retro) stadia 120.

ρξδ'. Ὁμοίως καὶ εἰς Ὁλμοὺς[1] στάδ. ρκ'.

ρξε'. Ἀπὸ δὲ τῶν Ὁλμῶν[2] ἐπ' ἄκραν καὶ κώμην καλουμένην Μύλας στάδ. μ'.

ρξς'. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ λιμένα Νησούλιον καὶ ἄκραν ἐπινησίαν, στάδ. ξ'.

ρξζ'. Ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ χωρίον Φιλαίαν στάδ. κ', Οἱ πάντες ἀπὸ Μυλαίων[3] τὸν ἐπίτομον στάδ. φ'.

ρξη'. Ἀπὸ τῆς Φιλαίας ἐπὶ νῆσον Πιτυοῦσαν στάδ. ρλ'. ἀπέχει ἡ Πιτυοῦσα ἀπὸ Χεῤῥονήσου τῆς[4] πρὸς τὴν Μύλην[5], στάδ. κ'.

ρξθ'. Ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Πιτυούσης πρὸς τὴν Ἀφροδισιάδα[6] στάδ. με'.

[1] Vulgo Σώλυς. — [2] Vulgo Ὁρμῶν. — [3] Fors. Μυλῶν, vel Μυλαίων γῆς. — [4] Vulgo τῇ. — [5] Fort. Μυλαίων γῆν. — [6] Vulg. Ἀφροδισιάδην.

164. Sic et (ex eodem promont.) ad Holmos stadia 120.

165. Ab Holmis ad promontorium et vicum Mylas dictum, stadia 40.

166. A promontorio (Mylis) ad portum Nesulium et promontorium insulæ proximum, stadia 60.

167. A promontorio (Nesulio) ad locum Philæam stadia 20. A Mylis (hucusque) summa stadiorum (est) 500 (?) recti itineris.

168. A Philæa ad insulam Pityusam stadia 130. Distat Pityusa a Chersoneso versus Mylas spectante, stadiis 20.

169. A promontoriis Pityusæ ad Aphrodisiadem stadia 45.

ρο'. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐν τῶν εὐωνύμων [ὑμῶν¹] ἔχοντι τὴν Πιτυοῦσαν, ἐπὶ πύργον κείμενον πρὸς ἄκραν, ἣ προσονομάζεται Ζεφύριον, στάδ. μ'. ἀπὸ τοῦ Ζεφυρίου ἐπ' ἄκραν καὶ πόλιν Ἀφροδισιάδα, στάδ. μ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Σαρπηδονίας ἄκρας εἰς Ἀφροδισιάδα ὁ πλοῦς ἐπὶ τὴν [illegible] καὶ δέθιν, στάδ. ρκ'. Ἡ δὲ Ἀφροδισιὰς κεῖται ἔγγιστα τῆς Κύπρου (πρὸς τὴν Αὐλιῶνα ἀκτὴν [κατὰ²] πρύμναν ἔχουσα³) πρὸς τὰ μέρη τῆς ἄρκτου, στάδ. φ'. Ἀπὸ Ἀφροδισιάδος ἐπὶ χωρίον καλούμενον Κίφισον στάδ. λε'.

ροα'. Ἀπὸ Μέλανος ποταμοῦ ἐπὶ ἄκραν Κραύνους στάδ. μ'.

ροβ'. Ἀπὸ τῶν Κραύνων ἐπὶ τὰ Πισούργια, εὐώνυμα ἔχοντα⁴ τὴν Κράμβουσαν, στάδ. με'. ἀπὸ

¹ Illud ὑμῶν repetitio est desinentis εὐωνύμων. Mox vulgo ἔχον. — ² Forsan κατὰ est schol. marg. praecedentis πρὸς τὴν Αὐλ. — ³ Fort. ἔχοντι. — ⁴ Fort. ἔχοντι.

170. Post Aphrodisiadem, Pityusam habenti sinistram, ad turrim sitam juxta promontorium cognominatum Zephyrium, stadia 40. A Zephyrio ad promontorium et urbem Aphrodisiadem, stadia 40. A Sarpedonio promontorio ad Aphrodisiadem navigatio ad ...., stadiorum 120. Aphrodisias autem jacet proxima Cypro, ad boreales partes, Aulionem versus acten proram habenti, (distans) stadiis 500. Ab Aphrodisiade ad locum dictum Ciphisum, stadia 35.

171. A Melane fluvio ad promontorium Craunos stadia 40.

172. A Craunis ad Pisurgia, sinistram Crambusam

τῆς Ἀφροδισιάδος ἐπὶ τὰ Πισούργια στάδ. ρκ'.

ρογ'. Ἀπὸ τῶν Πισουργίων εἰς κόλπον Βερνίκην[1] στάδ. ν'.

ροδ'. Ἀπὸ Κελενδέρεως εἰς Μανδάνην στάδ. ρ'.

ροε'. Ἀπὸ Μανδάνης ἐπ' ἀκρωτήριον Ποσείδιον καλούμενον, στάδ. ζ'. ἀπὸ Μανδάνης ἐπὶ τὰ Διονυσιφάνους[2] στάδ. λ'.

[ροϛ'.] Ἀπὸ Διονυσιφάνους εἰς Ῥυγμανοὺς[3] στάδ. ν'.

ροζ'. Ἀπὸ Ῥυγμανῶν εἰς Ἀνεμούριον στάδ. ν'.

ροη'. Ἀπὸ Ἀνεμουρίου ἐπὶ τὰ τῆς Κύπρου ἔγγιστα, ἐπὶ Κρομμύου[4] ἄκρας, στάδ. τ'. ἀπὸ δὲ Ἀνεμουρίου εἰς Πλατανοῦντα στάδ. τν'[5].

ροθ'. Ἀπὸ Πλατανοῦντος ἐπὶ χωρίον Χάρα-

[1] Leg. Βερενίκην. *Leak.* — [2] Fors. τὸ Διονυσιφάνης. — [3] Fors. Ἀρυμάγδους, *Leak.* — [4] Vulg. Κρόμμυ, Rescribe Κρομμύου ob formam vulg. Κρομμυακοῦ, S. 293. — [5] Mend. numer. sic et mox.

habenti, stadia 45. Ab Aphrodisiade ad Pisurgia stadia 120.

173. A Pisurgiis ad sinum Bernicen stadia 50.

174. A Celenderi ad Mandanen stadia 100.

175. A Mandane ad promontorium Posidium dictum, stadia 7 (?). A Mandane (fors. *a Posidio* G.) ad Dionysiphanis . . . . ., stadia 30 (?).

176. A Dionysiphane ad Rhygmanos stadia 50.

177. A Rhygmanis ad Anemurium stadia 50.

178. Ab Anemurio ad proximas Cypri partes, id est, ad promontorium juxta Crommyum, stadia 300 (?). Ab Anemurio autem ab Platanuntem stadia 350 (?).

179. A Platanunte ad locum Charadrum stadia

δρου, ςάδ. τν'; ὑπὲρ δὲ Χαράδρου κεῖται ὄρος μέγα, Ἄνδροκος καλούμενον[1]; ἀπὸ ςάδ. λ'.

ρπ'. Ἀπὸ τοῦ Χαράδρου ἐπὶ χωρίον Κράγον καλούμενον, ςάδ. ρ'.

ρπα'. Ἀπὸ τοῦ Κράγου ἐπὶ χωρίον ἐπὶ θαλάσσης Ζεφελίους[2], ςάδ. κε'.

ρπϐ'. Ἀπὸ τοῦ Ζεφελίου ἐπὶ ἄκραν Νησιαζούσην[3] ςάδ. π'.

ρπγ'. Ἀπὸ Νησιαζούσης ἄκρας εἰς Σεληνοῦντα ςάδ. ρ'.

ρπδ'. Ἀπὸ Σεληνοῦντος ἐπὶ τὸν[4] Ἀκάμαντα τῆς Κύπρου ςάδ. ας'.

ρπε'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀκάμαντος[5] εἰς Ναύλους ςάδ. ρκ'.

[1] Vulgo καλούμενος. Cf. §. 205. — [2] Sequentia innuunt hic Ζεφέλιον. Fors. Νεφέλιον. cf. adnot. — [3] Vulg. Νησιαζούσης. — [4] Vulgo τό. — [5] Leg. τοῦ Σεληνοῦντος.

350 (!). Supra autem Charadrum jacet mons magnus, Androcus dictus, distans stadiis 30.

180. A Charadro ad locum Cragum dictum, stadia 100.

181. A Crago ad locum in ora maris situm, Zephelium (fors. Nephelim. G.), stadia 25.

182. A Zephelio ad promontorium Nesiazusen stadia 80.

183. A Nesiazuse promontorio ad Selenuntem stadia 100.

184. A Selenunte ad Acamantem Cypri stadia 1006(!).

185. Ab Acamante (fors. *a Selenunte.* G.) ad Naulos stadia 120.

ρπϛʹ. Ἀπὸ τῶν Ναύλων ἐπὶ χωρίον λεγόμενον ἐπὶ θαλάσσης Λάεργον[1], στάδ. τκʹ.

ρπζʹ. Ἀπὸ Λαέργου εἰς Κορακήσιον, στάδ. ρʹ.

ρπηʹ. Ἀπὸ Κορακησίου εἰς Αὔνησιν ἐπὶ χωρίον Ἀνάξιον, στάδ. πʹ.

ρπθʹ. Ἀπὸ Ἀναξίων[2] εἰς χωρίον καλούμενον Αὐγάς, στάδ. οʹ.

ρϙʹ. Ἀπὸ Αὐγῶν ἐπ' ἀκρωτήριον Λευκόθειον στάδ. νʹ.

ρϙαʹ. Ἀπὸ Λευκοθείου εἰς Κυβέρναν[3] στάδ. νʹ.

ρϙβʹ. Ἀπὸ Κυβέρνης ἐπὶ Ἀρτέμιδος ναόν[4], στάδ. νʹ.

ρϙγʹ. Ἀπὸ Ἀρτέμιδος ναοῦ ἐπὶ ποταμὸν πλωτὸν Μέλανα[5], στάδ. θʹ. Γίνονται οὖν οἱ πάντες

[1] Vulgo Λαέργου: Rescribit *Leakius* Λάεργον. — [2] Fors. Ἀναξίου. — [3] Corrupte pro Κιβύραν. — [4] Vulgo ναοῦ. — [5] Vulgo Μέλανον. Sed sequens τοῦ Μέλανος reposcit in priore loco Μέλανα.

186. A Naulis ad locum in ora maris situm, Laergum dictum, stadia 320 (!).

187. A Laergo ad Coracesium stadia 100.

188. A Coracesio ad Aunesim in loco Anaxio, stadia 80.

189. Ab Anaxio ad locum Augas dictum, stadia 70.

190. Ab Augis ad promontorium Leucotheum stadia 50.

191. A Leucotheo ad Cybernam stadia 50.

192. A Cyberne ad Artemidis (Dianæ) templum, stadia 50.

193. Ab Artemidis templo ad fluvium navigabilem

ὁμοῦ ἀπὸ Κιλικίων Πυλῶν ἕως τοῦ Μέλανος ποταμοῦ σϛάδ. δν′.

ΛΟΙΠΟΝ ΠΑΜΦΥΛΙΑ.

ρϟδ′. Ἀπὸ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ εἰς Σίδην σϛάδ. ν′.

ρϟε′. Ἀπὸ Σίδης εἰς Ἀτάλειαν σϛάδ. τν′.

ρϟϛ′. Ἀπὸ Ἀτταλείας εἰς τὸ Ἐμπόριον σϛάδ. τ′. ἀπὸ δὲ Κορακίου[1] εἰς Σίδην σϛάδ. ν′[2]. ἀπὸ Σίδης εἰς τὸν Ἀκάμαντα σϛάδ. αϛ′[3]. Ἀπὸ Σίδης εἰς Σελεύκειαν σϛάδ. π′.

ρϟζ′. Ἀπὸ Σελευκείας εἰς ποταμὸν πλωτὸν καλούμενον Εὐρυμέδοντα, σϛάδ. ρ′.

ρϟη′. Ἀπὸ Κυνοσθείου ἐπὶ ποταμὸν καλού-

[1] Fors. Κορακησίου. — [2] Fors. π′. — [3] Fors. αχ′.

Melanem, stadia 9. A Ciliciis Portis ad fluvium Melanem summa stadiorum (est) 4050.

SEQUITUR PAMPHYLIA.

194. A Melane fluvio ad Siden stadia 50.

195. A Side ad Ataliam stadia 350.

196. Ab Atalia ad Emporium stadia 300. A *Coracio* ad Siden stadia 50. A Side ad Acamantem stadia 1006 (?). A Side ad Seleuciam, stadia 80.

197. A Seleucia ad fluvium navigabilem Eurymedontem dictum, stadia 100.

198. A Cynosthrio (?) ad fluvium Cestrum dictum,

μενον Κέστρον στάδ. ξ'. ἀναπλεύσαντι τὸν ποταμὸν πόλις ἐστὶ Πέργη.

ρϞθ'. Ἀπὸ[1] τοῦ Κέστρου ἐπὶ Ῥουσκόποδα....

σ'. Ἀπὸ Ῥουσκόποδος ἐπὶ Μάσουραν καὶ τοὺς Καταράκτας, στάδ. ν'.

σα'. Ἀπὸ Μασούρας εἰς Μυγδάλην στάδ. ο'.

σβ'. Ἀπὸ Μυγδάλων[2] εἰς Ἀτάλειαν στάδ. ι'.

σγ'. Ἀπὸ Ἀταλείας ἐπὶ χωρίον Τένεδον στάδ. κ'[3].

σδ'. Ἀπὸ Τενέδου εἰς Λύρναντα χωρίον στάδ. ξ'[4]. ὑπὲρ τῆς πόλεως ὄρος μέγα ὑπέρκειται Φάσηλις[5]. ἐκ δὲ Φασήλιδος εἰς Κώρυκον στάδ......[6].

σε'. Ἀπὸ Κωρύκου ἐπὶ τὸν Φοινικοῦντα στάδ. λ'. ὑπὲρ μέγα ὄρος ὑψηλὸν κεῖται, Ὄλυμπος καλού-

[1] Vulgo Πέργη τῦ K. Reposui ἀπὸ cum interpunct. Mox excidit numerus. — [2] Fors. Μυγδάλης; aut supra Μύγδαλαν, et in secundo loco Μυγδάλεως. — [3] Fors. leg. ρκ'. — [4] Fors. leg. ρξ'. — [5] Vulgo Φάσιλις et mox Φασίλιδος. — [6] Deest numerus.

stadia 60. Adverso flumine naviganti, urbs est Perge.

199. A fluvio Cestro ad Rhuscopodem....

200. A Rhuscopode ad Masuram et Cataractas, stadia 50.

201. A Masura ad Mygdalen stadia 70.

202. A Mygdale ad Ataliam stadia 10.

203. Ab Atalia ad locum Tenedum stadia 20.

204. A Tenedo ad Lyrnantem locum stadia 60. Supra urbem mons magnus eminet Phaselis. A Phaselide ad Corycum stadia.....

205. A Coryco ad Phœnicuntem stadia 30. Supra (Phœnicuntem) magnus mons excelsus jacet, Olym-

μενον ἐκ δὲ Φασήλιδος[1] ἐπ' εὐθείας εἰς Κραμβοῦσαν στάδ. ρ'.

σϛ'. Ἀπὸ Κραμβούσης ἐπὶ χώραν[2] Ποσιδαρισοῦντος στάδ. λ'.

σζ'. Ἀπὸ Ποσιδαρισοῦντος[3] ἐπὶ Μωρὸν ὕδωρ καλούμενον στάδ. λ'.

ση'. Ἀπὸ Μωροῦ ὕδατος ἐπὶ ἄκραν Ἱερὸν καὶ νῆσον Χελιδονίαν[4] στάδ. ν'. Ὁμοῦ οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ[5] ἕως Χελιδονίων[6] τῷ παρὰ γῆν πλέοντι, στάδ. φ'[7]. [Ἀντιπόντια Λυκία!] Τὸν δὲ ἐπίτομον διὰ πόρου εἰς τὰς Χελιδονίας στάδ. χ'.

σθ'. Ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν Χελιδονίων[8] Μάραι[9] καὶ ἀπὸ[10] τῆς Κυπρείας[11] ἄκρας ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα,

[1] Fors. ἐκ δὲ Φοινικοῦντος. — [2] Vulgo χώρας. — [3] Subaud. χώρας. — [4] Fors. νήσους Χελιδονίας. — [5] Vulgo τῶ Μελανόποταμοῦ. — [6] Vulgo Κελιδονίω. — [7] Mendosus videtur hic numerus. Cf. adnot. — [8] Vulg. Χελιδωνίων. — [9] Fors. Μύραι πόλις. — [10] Vulg. τὸ. — [11] Fors. Ἱερᾶς.

pus dictus. A Phaselide (fors. *a Phœnicunte* G.) recta ad Crambusam, stadia 100.

206. A Crambusa ad territorium Posidarisuntis stadia 30.

207. A Posidarisuntis territorio ad Morum Hydor (Stultam aquam) dictum, stadia 30.

208. A Moro Hydate ad promontorium Hieron et insulam Chelidoniam, stadia 50. A Melane fluvio ad Chelidonias, oram legenti sunt universa stadia 500. Sed recta naviganti per transitum ad Chelidonias, stadia 600.

209. A Chelidoniis sunt Maræ (?); et a Cyprio (fors. *Sacro.* G.) promontorio ad Acamantem, orien-

ἐπ' ἀνατολὰς τοῦ Κελοῦ οὐρωπατα[1] ζεφύρῳ ςάδ. αω'. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνεμουρίου ἐπὶ τὰς Χελιδονίας νήσους ςάδ. αω'.

σι'. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἱερᾶς ἄκρας ἐπὶ Μελανίππην[2] ςάδ. λ'.

σια'. Ἀπὸ δὲ Μελανίππης εἰς Γάγας ςάδ. ξ'. ἀπὸ δὲ Μελανίππης ἐπὶ ποταμὸν[3] Ἀλμυρὸν[4] ςάδ. ξ'. ὑπὲρ σταδίους ξ'[5] κεῖται πόλις Ἀλμυρὰ καλουμένη. ἀπὸ Μελανίππης[6] εἰς πύργον τὸ Ἴσιον καλούμενον, ςάδ. ξ'.

σιβ'. Ἀπὸ τοῦ Ἰσίου πύργου εἰς Ἀδριακὴν ςάδ. ξ'.

σιγ'. Ἀπὸ Ἀδριακῆς εἰς Σόμηναν ςάδ. δ'.

σιδ'. Ἀπὸ Σομήνας[7] εἰς Ἀπέρλας ςάδ. ξ'.

[1] Vulgo οὐριώπα. — [2] Vulgo ἐν Μελανίππῃ. — [3] Vulgo Ταμόν. Leg. ποταμόν. *Leakius.* — [4] Corrupte pro Λίμυρον, et mox Λίμυρα. — [5] Hic deleo punctum. — [6] Rescrib. ἀπὸ Ἀλμυροῦ. — [7] Vulgo Σόμηναν.

tem versus Orientem ... felicissima cum navigatione, flante zephyro, stadia 1800. Ab Anemurio ad Chelidonias insulas stadia 1000.

210. Ab Hiero (Sacro) promontorio ad Melanippen stadia 30.

211. A Melanippe ad Gagas stadia 60. A Melanippe ad fluvium Almyrum stadia 60. Supra (fluvium) 60 stadiis jacet urbs Almyra dicta. Ab Almyro ad turrim Isiam dictam, stadia 60.

212. Ab Isia turri ad Adriacam stadia 60.

213. Ab Adriaca ad Somenam stadia 4.

214. A Somena ad Aperlas stadia 60.

σιε'. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου εἰς Ἀντίφελλον ςάδ. ν'.

σις'. Ἀπὸ Ἀντιφέλλου εἰς νῆσον Μεγίστην[1] ςάδ. ν'.

σιζ'. Ἀπὸ Μεγίστης[2] εἰς νῆσον Ῥόπην σάδ. ν'.

σιη'. Ἀπὸ Ῥόπης ἐπὶ τὰς Ξεναγόρου νήσους σάδ. τ'[3].

σιθ'. Ἀπὸ τῶν Ξεναγόρου[4] νήσων εἰς Πάταρα[5] σάδ. ξ'.

σκ'. Ἀπὸ Παλάρων ἐπὶ ποταμὸν πλωτόν· ὑπέρκειται πόλις Ξάνθος· σάδ. ξ'.

σκα'. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ξάνθου εἰς Πύδνας ἐπ' εὐθείας[6] σάδ. ξ'.

σκβ'. Ἀπὸ Πύδνων ἕως τῆς Ἱερᾶς ἄκρας σάδ. π'.

σκγ'. Ἀπὸ Ἱερᾶς ἄκρας εἰς Καλαβαντίαν[7] σάδ. λ'.

[1] Vulgo Μεγίστην. — [2] Vulgo Μεγίστης. — [3] Fors. σάδ. π'. — [4] Vulgo Ξεναγόρων. — [5] Vulgo Πάπαραν. — [6] Vulgo ἐπιυθείας. — [7] Fors. Καλαβαντίδα.

215. A promontorio ad Antiphellum stadia 50.
216. Ab Antiphello ad insulam Megisten stadia 50.
217. A Megiste ad insulam Rhopen stadia 50.
218. A Rhope ad Xenagoræ insulas stadia 300 (?).
219. A Xenagoræ insulis ad Patara stadia 60.
220. A Pataris ad fluvium navigabilem (Xanthum), supra quem jacet urbs Xanthus, stadia 60.
221. A fluvio Xantho ad Pydnas recta navigando, stadia 60.
222. A Pydnis ad Sacrum promontorium stadia 80.
223. A Sacro promontorio ad Calabantias stadia 30.

σκδ'. Ἀπὸ Καλαβαντίων εἰς Περδικίας σ?άδ. ν'.

σκε'. Ἀπὸ Περδικίων εἰς Κισσίδας σ?άδ. ν'.

σκϛ'. Ἀπὸ Κισσίδων ἐπὶ νῆσον Λάγουσαν[1] σ?άδ. π'.

σκζ'. Ἀπὸ Λαγουσῶν εἰς Τελεμενσὸν.[1] σ?άδ. ε'.

σκη'. Ἀπὸ Τελεμενσοῦ ἐπὶ Πηδάλιον κατὰ τὴν Ῥύπισαν σ?άδ. σ'. γίνονται ὁμοῦ οἱ πάντες ἕως Τελεμενσοῦ σ?άδ. αφ'.

ΛΟΙΠΟΝ ΚΑΡΙΑ.

σκθ'. Ἐκ Τελεμενσοῦ[3] εἰς Δαίδαλα σ?άδ. ν'.

σλ'. Ἐκ Δαιδάλων εἰς Καλλιμάχην σ?άδ. ν'.

σλα'. Ἐκ Καλλιμάχης εἰς Κρύα[4] σ?άδ. ξ'.

σλβ'. Ἐκ Κρύων εἰς τὸν[5] Κοχλίαν σ?άδ. ν'.

[1] Fors. Λαγούσας. — [2] Corrupte pro Τελμισσόν; sic in seqq. — [3] Vulgo Τελμισσ. — [4] Vulgo Κρούαν. — [5] Cf. adnot.

224. A Calabantiis ad Perdicias stadia 50. —

225. A Perdiciis ad Cissidas stadia 50.

226. A Cissidis ad insulam Lagusam stadia 80.

227. A Lagusis ad Telmissum stadia 5.

228. A Telmisso ad Pedalium per Rhypisam stadia 200. Sunt universa (a Chelidoniis? C.) usque Telmissum, stadia 1500.

SEQUITUR CARIA.

229. A Telmisso ad Dædala stadia 50.

230. A Dædalis ad Callimachen stadia 50.

231. A Callimache ad Crua stadia 60.

232. A Cruis ad Cochliam stadia 50.

σλγ'. Ἐκ Κλυδῶν ἐπὶ τὸ Πηδάλιον ἀκρωτήριον σ͂τάδ. λ'.

σλδ'. Ἀπὸ τοῦ Πηδαλίου ἐπὶ τὸν Ἀγκῶνα τὸν ἐπὶ τοῦ Γλαυκοῦ, σ͂τάδ. π'.

σλε'. Ἀπὸ τοῦ Ἀγκῶνος ἐπὶ τὸν Καυνίων[1] Πάνορμον σ͂τάδ. ρκ'.

σλϛ'. Ἀπὸ τοῦ Πανόρμου ἐπὶ τὴν Κυμαρίαν καλουμένην σ͂τάδ. ν'.

σλζ'. Ἀπὸ Κυμαρίας εἰς Πασάδαν σ͂τάδ. ξ'.

σλη'. Ἀπὸ Πασάδας[2] εἰς Καῦνον σ͂τάδ. λ'.

σλθ'. Ἀπὸ Καύνου[3] εἰς τὴν Ῥόπουσαν σ͂τάδ. ιε'.

σμ'. Ἀπὸ τῆς Ῥοπούσης [εἰς τὸ ἀπέναντι] εἰς Λευκόπαγον σ͂τάδ. μ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Ῥοπούσης εἰς Σάμον σ͂τάδ. ρ'.

σμα'. Ἀπὸ τῆς Σάμου ἐπὶ Ποσείδιον[4] σ͂τάδ. ξ'.

[1] Vulgo τῶν Κουνίων. Leg. Καυνίων. *Leake.* Immo τῶν Κ. G. — [2] Vulgo Πασσάδαν. — [3] Vulgo Καύνων. — [4] Fort. repetendus est articul. τὸ ante Ποσ. ex seqq.

233. A Clydis ad Pedalium promontorium stadia 30.

234. A Pedalio ad Anconem, Glauco adjacentem, stadia 80.

235. Ab Ancone ad Cauniorum (portum) Panormum, stadia 120.

236. A Panormo ad Cymariam dictam, stadia 50.

237. A Cymaria ad Pasadam stadia 60.

238. A Pasada ad Caunum stadia 30.

239. A Cauno ad Rhopusam stadia 15.

240. A Rhopusa ad Leucopagum (Album vicum), in conspectu situm, stadia 40. A Rhopusa ad Samum stadia 100.

241. A Samo ad Posidium stadia 60.

σμβ΄. Ἀπὸ τοῦ Ποσειδίου ἐπὶ τὸν Φάλαρον σταδ. ν΄.

σμγ΄ Ἀπὸ τοῦ Φαλάρου εἰς νῆσον Ἐλαιοῦσαν[1] καλουμένην, σταδ. ν΄.

σμδ΄. Ἀπὸ τῆς Ἐλαιούσης εἰς Ῥόδον σταδ. ρν΄[2]. ἥτις ποιεῖ ἐπὶ Μαλλὸν[3] μὲν σταδ. χ΄ καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Βυζαντίου σταδ. χ΄[4].

σμε΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἀλεξάνδρειαν σταδ. δφ΄. Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἀσκάλωνα[5] σταδ. γχ΄[6]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Κεσαρείαν[7] σταδ. γχ΄[8]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Βηρυτὸν. σταδ. γχ΄[9]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Σιδῶνα σταδ. γχ΄[10]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Βύβλον σταδ. γχ΄[11]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Τρίπολιν σταδ. γχ΄[12]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Σελεύκειαν σταδ. γχ΄[13]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Κιλικίαν σταδ. αφ΄[14]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Κώρυκον σταδ. α΄[15]. Ἐκ

[1] Fors. corrupte pro Ἐλαιοῦσαν. — [2] Numerus suspectus. — [3] Vulg. Μαλλόν. Mox num. mend. — [4] Num. mend. — [5] Vulgo Κάλωνα. — [6] Num. mend. — [7] Corrupte pro Καισάρειαν. — [8] Num. mend. — [9] Num. mend. — [10] Mendose. — [11] Mend. — [12] Mend. numerus. — [13] Mendose. — [14] Mendose. — [15] Mendose.

242. A Posidio ad Phalarum stadia 50.

243. A Phalaro ad insulam Elaüsam dictam, stad. 50.

244. Ab Elaüsa ad Rhodum stadia 150.... Quæ (supputatio) facit ad Mallum stadia 600 (!), et ad fanum Byzantii stadia 600 (!).

245. A Rhodo ad Alexandriam stadia 4500. A Rhodo ad Ascalonem stadia 3600 (!). A Rhodo ad Cæsaream stad. 3600 (!). A Rhodo ad Berytum stad. 3600 (!). A Rhodo ad Sidonem stad. 3600 (!). A Rhodo ad Byblum stad. 3600 (!). A Rhodo ad Tripolim stad. 3600 (!). A Rhodo ad Seleuciam stad. 3600. A Rhodo in Ciliciam stad. 1500 (!). A Rhodo ad Corycum stad. 1000 (!).

Ῥόδου δὲ ἐπὶ τὴν Κύπρον, ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν τὴν ἐπ' ἀνατολὰς, τοῦ κριοῦ οὐριωτάτου ζεφύρῳ, σλάδ. ͵ϐω'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Πάταρα σλάδ. ψ'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Καῦνον σλάδ. υν'[1]. Ἐκ Ῥόδου ἐπὶ νῆσον Ῥόπουσαν σλάδ. τν'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Φύσκον σλάδ. υν'[2]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Ἄγνην σλάδ. τν'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Κνίδον σλάδ. ψν'[3]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Μήσυρον[4] σλάδ. ωκ'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Τῆλον[5] σλάδ. φν'. Ἀπὸ Λεπαταλέων ἐπὶ τὸ Ποσείδιον τὸ Κάρπασον[6], σλάδ. υκ'. Ἐκ Ῥόδου εἰς τὴν Κῶ σλάδ. ων'. Ἐκ Ῥόδου εἰς τὴν Χίον σλάδ. ͵γ'[7]. Ἐκ Ῥόδου εἰς Μύνδον σλάδ. α'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Σάμον σλάδ. ͵αω'. Ἐκ Ῥόδου εἰς Τένεδον σλάδ. ͵γψ'[8].

σμς'. Πλεύσεις δὲ ἔχων ἐκ τῶν εὐωνύμων νή-

[1] Mendose. — [2] Mendose. — [3] Mendose. — [4] Leg. Νίσυρον. — [5] Vulgo Τίλον. — [6] Leg. τὸ Καρπάθου. — [7] Mendose. — [8] Mendose.

A Rhodo ad Cyprum, occidentem versus, ad orientem Crin. . . . felicissima cum navigatione et flante zephyro, stadia 2800. A Rhodo ad Patara stadia 700. A Rhodo ad Caunum stadia 450. A Rhodo ad insulam Rhopusam stadia 350. A Rhodo ad Physcum stadia 450. A Rhodo ad Agnen stadia 350. A Rhodo ad Cnidum stadia 750. A Rhodo ad Nisyrum stadia 820. A Rhodo ad Telum stadia 550. A Lepataleis ad Posidium Carpathi (insulæ), stadia 420. A Rhodo ad Coum stadia 850. A Rhodo ad Chium stadia 3000. A Rhodo ad Myndum stadia 1000. A Rhodo ad Samum stadia 1800. A Rhodo ad Tenedum stadia 3700.

246. Navigabis autem habendo ad sinistram insulas

Hh *

σους Νίσυρον[1]· καὶ τὴν Ἀστυπαλαίαν· ἐκ δὲ τῶν δεξιῶν τὴν Κῶ, καὶ τὴν Λέρον, καὶ τὴν Ἀμουργόν[2], καὶ Ἰόν, καὶ Σίκινον [καὶ τὴν Δάφνην, καὶ τὴν Θήραν[3]], καὶ τὴν Σέριφον, καὶ τὴν Κύθνον[4]. τὸ λοιπὸν ἐπὶ[5] τῆς Δονούσης[6] λάβε εὐώνυμον, ὅθεν ὁρᾶται τὸ Σκύλλαιον[7].

σμζ'. Ἀπὸ Κνίδου εἰς τὴν Κῶ στάδ. ρπ'.

σμη'. Ἀπὸ Κῶ εἰς Ἁλικαρνασὸν στάδ. ρπ'[8]

σμθ'. Ἀπὸ Ἁλικαρνασοῦ εἰς Μύνδον στάδ. σκ'.

σν'. Ἀπὸ Μύνδου εἰς Λέρον στάδ. τν'.

σνα'. Ἀπὸ Μύνδου εἰς τὴν Κῶ στάδ. ρμ'.

σνβ'. Ἀπὸ δὲ Κῶ εἰς Λέρον στάδ. τν'. Ἀπὸ Κῶ εἰς Δῆλον στάδ. ατ'. Ἀπὸ Κῶ εἰς Σάμον διὰ πόρου στάδ. α'[9]. Ἔτι δὲ ἀπὸ Κῶ εἰς τὴν Δῆλον

[1] Vulgo Νήσυρον. — [2] Ubique corrupte Ἀμυργ. — [3] Vulgo Δήραν. Cf. adnot. — [4] Vulgo Κύδνον. — [5] Fors. ἀπὸ. — [6] Cf. adnot. — [7] Vulgo Σκύλαιον. — [8] Fors. ρκ'. Supra corrupte Ἀλικαρνασ. simplici σ. — [9] Mendose.

Nisyrum et Astypalæam; ad dextram vero Coum, et Lerum, et Amurgum, et Ion, et Sicinum [et Daphnen, et Theram], et Seriphum, et Cythnum. Ceterum naviga ad sinistram a Donusa, unde conspicitur Scyllæum.

247. A Cnido ad Coum stadia 180.

248. A Coo ad Halicarnassum stadia 180 (!).

249. Ab Halicarnasso ad Myndum stadia 220.

250. A Myndo ad Lerum stadia 350 (!).

251. A Myndo ad Coum stadia 140.

252. A Coo ad Lerum stadia 350. A Coo ad Delum stadia 1300. A Coo ad Samum per transitum stadia 1000 (!). Etiam a Coo ad Delum naviganti felicissime

πλέειν τοῦ κύρου[1] οὐριωτάτου ἀπηλιώτῃ σ]αδ. ͵ατ'. πλεύσεις δὲ εἰς Κάλυδναν· καταπλεύσεις δὲ ἐκ δεξιῶν ἔχων τὰ Ὑψίρισμα, καὶ τὰς Καλύδνας, καὶ τὴν Κέλερον, καὶ τὴν Λέρον, καὶ τὴν Πάτμον, καὶ τὴν Ἰκαρίαν[2] [καὶ τὴν Ἀμουργόν[3]· καὶ πλεύσεις ἐπὶ τῆς Δονούσης σ]άδ. ν'], [εὐωνύμως] δεξιοὺς δὲ λαβὼν τοὺς Μελανθίους· καὶ τὴν Μύκονον[4]· ἐκ τῶν εὐωνύμων καὶ Τειμων[5], καταχθῇς εἰς Δῆλον.

σνγ'. Ἀπὸ Μύνδου, ἥτις ἐστὶ διὰ τῆς Ἀττικῆς, σ]άδ. ͵αφ'. πλεύσεις δὲ διὰ τῶν Κορσικῶν, καὶ τῆς Τελέρου[6], καὶ τῆς Καλύδνου[7], καὶ τῆς Ὀρβίδας, λαβὼν πλέε ἐπὶ τὰς Ἀμουργίας[8]· τήν τε Νόσουσαν καὶ τὴν Νάξον καὶ τὴν Κύθνον[9] ἔχε δεξιάν· ἐὰν δὲ θέλῃς διὰ νήσων πλέειν, οὕτως πλέεις·

[1] Fort. κριοῦ, ut §. 245. Mox leg. fort. Καλύδνας. — [2] Vulgo τὴν Ἄραν. — [3] Corrupte, ut §. 246. De hoc loco cf. adnot. — [4] Vulgo Μήκονον. — [5] Fort. καταπεινων. Cf. adnot. Mox vulgo Ἀτγικῆς. — [6] Leg. τῆς Λέρου. — [7] Fors. τῶν Καλύδνων. — [8] Fort. ἐπὶ τὴν Ἀμυργόν, ut supra. — [9] Vulgo Κύδνον.

.............ad orientem, stadia 1300. Navigabis autem ad Calydnam; navigabis habendo ad dextram Hypsirisma et Calydnas et Celerim et Lerum et Patmum et Icariam [et Amurgum. Et navigabis Donusam versus stadiis 50, habens ad dextram Melanthios (id est, ad sinistram Melanthiorum);] et Myconum; ad sinistram recedendo adpelles ad Delum.

253. A Myndo, quæ est in conspectu Atticæ, stadia 1500. Navigabis autem per Corsicas et Lerum, et Calydnas et Horbidas..... naviga ad Amurgias. Nosusam et Naxum et Cythnum habe ad dextram. Si autem volueris per insulas navigare, sic navigabis:

ΝΗΣΟΙ.

σνδ'. Ἀπὸ Κῶ εἰς Λέρον[1] σταδ. ον'[2].

σνε'. Ἐκ Λέρου εἰς Λέβινθον σταδ. σν'.

σνϛ'. Ἐκ Λεβίνθου εἰς Κίναρον σταδ. φ'[3].

σνζ'. Ἐκ Κινάρου[4] ἐπὶ τὰ ἔγγιστα τῆς Ἀμουργίας [ἐπὶ τὰ πέρατα] σταδ. πε'. Καὶ ὁ παράπλους ἐπὶ τὰς Κορσίας σταδ. πε'.

σνη'. Ἀπὸ Κορσίων εἰς Μηνόας[5] σταδ. πε'.

σνθ'. Ἐκ τῆς Κορσίας[6] εὐώνυμον ἔχων τὴν Κορσίαν[7], εἰς τὸν Ναξίων Πάνορμον, σταδ. ξε'.

σξ'. Ἀπὸ τοῦ Πανόρμου εἰς Δῆλον σταδ. υκ'[8].

σξα'. Ἀπὸ Κῶ εἰς Λέρον σταδ. τκ'.

[1] Vulgo Λέρνον et mox Λέρνυ. — [2] Hoc διάφραγμα supra §. 252, init., est 350 stadiorum. Leg. τν'. — [3] Mendose. — [4] Vulgo Κινάρων. — [5] Corrupte pro εἰς Μινώαν. — [6] Leg. potius ἐκ τῆς Μινώας. — [7] Leg. τὰς Κορσίας. — [8] Fors. σκ'.

INSULÆ.

254. A Co ad Lerum stadia 350 (!).

255. A Lero ad Lebinthum stadia 250.

256. A Lebintho ad Cinarum stadia 500 (!).

257. A Cinaro ad proximas partes Amurgiæ, [ad terminos] stadia 85; et prætemavigatio ad Corsias (est) stadiorum 85.

258. A Corsiis ad Minoam stadia 85.

259. A Corsia (fors. a *Minoa*. G.), habenti ad sinistram Corsiam, usque ad Naxiorum Panormum, stadia 65.

260. A Panormo ad Delum stadia 420 (!).

261. A Coo ad Lerum stadia 320.

σξϐ'. Ἀπὸ Λέρου ἐπὶ τὸ Παρθένιον στάδ. ξ'. Ἀπὸ Λέρου ἐπὶ τὸ τῆς Πάτμου Ἀμαζώνιον, στάδ. σ'.

σξγ'. Ἀπὸ τοῦ Ἀμαζωνίου ἐπὶ τὴν Κορσίαν[1] στάδ. υ'. Ἀπὸ τῆς ἄκρης[2] Ἀμαζωνίου εἰς Δῆλον στάδ. ψν'.

σξδ'. Ἀπὸ Δήλου εἰς Χῖον στάδ. ρν'[3].

σξε'. Ἀπὸ Ἄνδρου εἰς λιμένα Τύρου[4] στάδ. π'.

σξϛ'. Ἀπὸ Τύρου ἐπ' ἀκρωτήριον.. ...στάδ. ν'.

σξζ'. Ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου... ...ἔγγιστα ἄκρας ....στάδ. υν'.

σξη'. Ἀπὸ τῆς Κρεγέας εἰς Κάρυστον στάδ. ρκ'[5].

NΗΣΟΙ ΑΛΛΑΙ.

σξθ'. Ἐκ Κρεγέας εἰς Πεταλέας στάδ. ρ'.

[1] Mendose pro ἐπὶ τὰς Κορσίας, ut §. 257. — [2] Vulgo τῆς ἄψης. — [3] Mendose. — [4] Fors. Γαύριον. — [5] Suspectus numerus.

262. A Lero ad Parthenium stadia 60. A Lero ad Amazonium Patmi stadia 200.

263. Ab Amazonio ad Corsiam stadia 400. Ab Amazonio ad Delum stadia 750.

264. A Delo ad Chium stadia 150 (!).

265. Ab Andro ad Portum Tyri (fors. *Gaurion*. G.) stadia 80.

266. A Tyri portu ad promontorium............ stadia 50.

267. A promontorio......., qua proximum est promontorio (fors. *Sunio*. G.), stadia 450.

268. A Cregea ad Carystum stadia 120.

INSULÆ ALIÆ.

269. A Cregea ad Petaleas stadia 100.

σο'. Ἐπανήκω[1] πάλιν ἐπὶ τὰ ἔκδηλα διαστήματα πρὸς νήσους τάσδε· ἐκ Δήλου εἰς Θήραν στάδ. τν'. Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὴν Ἀμουργίαν[2] [εἰς τὴν Μινώαν[3]] στάδ. χν'. Ἐκ Δήλου εἰς Ἀνάφην[4] στάδ. ρ'. Ἐκ Δήλου εἰς Ἴον στάδ. χν'. Ἐκ Δήλου εἰς τὰς Κορσίας στάδ. χν'. Ἐκ Δήλου εἰς Κίμωλον[5] στάδ. ω'. Ἐκ Δήλου εἰς Σίφνον στάδ. χμ'. Ἐκ Δήλου εἰς Κύθνον[6] στάδ. τν'. Ἐκ Δήλου εἰς Τῆνον[7] στάδ. τν'[8]. Ἐκ Δήλου εἰς Νάξον στάδ. τν'[9]. Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὴν Δόνουσαν στάδ. τκ'. Ἐκ Δήλου εἰς Πάτμον στάδ. ων'. Ἐκ Δήλου ἐπὶ τὸν Μελάνθιον σκόπελον[10] στάδ. ρπ'. Ἐκ Δήλου εἰς Καίας[11] στάδ. τ'. Ἐκ Δήλου εἰς Ἄνδρον στάδ. ω'. Ἐκ Δήλου εἰς Πάρον στάδ. υ'.

[1] Fors. ἐπάνειμι, ut §§. 271 et 278. — [2] Habet Ἀμυργός §. 246, fin., et 252, sed Ἀμυργία §§. 253 et 257. — [3] Cf. adnot. — [4] Vulgo Ἀναφάνην. — [5] Vulgo Κιμαλὸν. — [6] Vulgo Κύδνον. — [7] Vulgo Σπῖνον. — [8] Mendose. — [9] Mendose. — [10] Vulgo Μελανθισκοπελόν. — [11] Fors. Κέων.

270. Redeo ad intervalla cognita versus insulas hasce: a Delo ad Theram stadia 350 (!). A Delo ad Amurgiam [ad Minoam] stadia 650. A Delo ad Anaphen stadia 100. A Delo ad Ium stadia 650. A Delo ad Corsias stadia 650. A Delo ad Cimolum stadia 800. A Delo ad Siphnum stadia 640. A Delo ad Cythnum stadia 350. A Delo ad Tenum stadia 350 (!). A Delo ad Naxum stadia 350. A Delo ad Donusam stadia 320. A Delo ad Patmum stadia 850. A Delo ad Melanthium scopulum stadia 180. A Delo ad Ceum stadia 300. A Delo ad Andrum stadia 800. A Delo ad Parum stadia 400.

σοα'. Ἐπάνειμι πάλιν εἰς Μύνδον, ἀφ' ἧς κατέλιπον.

σοβ'. Ἐκ Δήλου[1] εἰς Πάνορμον σ7άδ. π'. Ἐκ Δήλου εἰς Βαρβυλίαν[2] σ7άδ. σν'.

σογ'. Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Ποσείδιον καὶ Ἄγκιστρον σ7άδ. σν'.

σοδ'. Ἀπὸ Βαρβυλίων εἰς Ἰασὸν σ7άδ. σκ'.

σοε'. Ἀπὸ Ἰασοῦ ἐπ' ἀκρωτήριον Ποσείδιον, σ7άδ. ρκ'. Ἀπὸ Ἰασοῦ ἐπὶ τὴν Ἀκρίτην σ7άδ. σμ'. οἰκεῖται κατέναντι Πάσσαλα πηγὴ εἰς Θενετόν[3]· ἀποβῆναι εἰς Μύλασσαν[4], σ7άδ. κ'[5].

σος'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδίου εἰς Πάνορμον σ7άδ. μ'.

σοζ'. Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Μίλητον σ7άδ. π'.

[1] Fors. ἐκ Μύνδου, sic et mox. — [2] Mendose pro εἰς Βαργύλια. — [3] Cf. nostra, pag. 420. — [4] Corrupte pro Μύλασα. — [5] Suspectus numerus.

271. Redeo ad Myndum, unde discesseram.

272. A Delo (fors. *a Myndo.* G.) ad Panormum stadia 80. A Delo (fors. *a Myndo.* G.) ad Barbylia stadia 250.

273. A Panormo ad Posidium et Ancistrum (i. e. Hamum), stadia 250 (!).

274. A Barbyliis ad Iasum stadia 220.

275. Ab Iaso ad promontorium Posidium stadia 120. Ab Iaso ad Acriten stadia 240. Habitatur in obposito litore fons Passala..... (A Passalis) ad Mylassa devenire est stadiis 20.

276. A Posidio ad Panormum stadia 40.

277. A Panormo ad Miletum stadia 80.

σοη'. Ἐπάνειμι πάλιν διὰ πόρου εἰς Μύνδον.

σοθ'. Ἀπὸ Πανόρμου εἰς Μίλητον σΊάδ. τ'[1].

σπ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Φαρμακούσης εἰς Μίλητον, σΊάδ. ρκ'.

σπα'. Ἀπὸ Μιλήτου εἰς Σάμον σΊάδ. τ'. Οἱ πάντες ἀπὸ Τελεμενσοῦ[2] ἕως Μιλήτου σΊάδ. ͵βφ'[3].

σπβ'. Ἀπὸ τοῦ Ἀκάμαντος εἰς[4] Κύπρον εὐώνυμα ἔχοντι εἰς Πάφον, σΊάδ. τ'. πόλις ἐσΊὶ κειμένη πρὸς μεσημβρίαν[5]· ἔχει δὲ λιμένα τριπλοῦν παντὶ ἀνέμῳ, καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης.

σπγ'. Ἀπὸ Πάφου εἰς Νουμήνιον· νῆσός ἐσΊιν ἔχουσα πηγήν· ὁ δὲ πλοῦς βραχύς· ὅταν δὲ ἐγγίσῃς τῷ νησίῳ, τὴν γῆν θλίβε δεξιᾷ· σΊάδ. ρκε'[6].

[1] Leg. π', ut §. 278. — [2] Sic §. 228. — [3] Suspectus numerus. — [4] Redundat εἰς. Cf. adnot. — [5] Vulgo πρὸς Μεσημβρίαν. — [6] De structura orationis vid. supr. p. 417.

278. Redeo per transitum ad Myndum.

279. A Panormo ad Miletum stadia 300 (!).

280. A Pharmacusa ad Miletum stadia 120.

281. A Mileto ad Samum stadia 300. A Telemenso ad Miletum stadia universa sunt 2500.

282. Ab Acamante, Cyprum ad sinistram habenti, ad Paphum sunt stadia 300. Urbs est sita ad meridiem : habet autem portum triplicem (aptum navibus excipiendis) cum omni vento; et fanum Veneris.

283. A Papho ad Numenium sunt stadia 125. Insula est cum fonte. Navigatio autem aspera. Quum adpropinquaveris hanc parvam insulam, preme terram ad dextram.

σπδ'. Ἀπὸ Νουμηνίου εἰς Παλαίπαφον σ7άδ. ρκε'.

σπε'. Ἀπὸ Παλαιπάφου εἰς Τρήτους[1]· ἀκρωτήριόν ἐσ7ι· σ7άδ. ν'.

σπϛ'. Ἀπὸ τοῦ Κυριακοῦ[2] εἰς Ἀμαθοῦντα[3] σ7άδ. ρν'. πόλις ἐσ7ὶν ἀλίμενος· ἀσφαλίζου τὸν τόπον. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κυριακοῦ ἐπὶ Καργαίας[4] σ7άδ. μ'. ἀκρωτήριόν ἐσ7ιν ἔχον λιμένα, ὕφορμον, καὶ ὕδωρ.

σπζ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πηδαλίου ἐπὶ νήσους..... σ7άδ. π'. πόλις ἐσ7ὶν ἔρημος, λεγομένη Ἀμμόχωσ7ος· ἔχει δὲ λιμένα παντὶ ἀνέμῳ· ἔχει δὲ ἐν τῇ καταγωγῇ χοιράδας· διαφυλάτ7ου.

σπη'. Ἀπὸ τῶν νήσων εἰς Σαλαμῖνα σ7άδ. ν'. πόλις ἐσ7ί· λιμένα ἔχει.

[1] Vulgo Τρίπους. Straboni Τρῆτα. — [2] Mendose pro Κυρ. — [3] Vulgo εἰς Μάθυντα. — [4] Mendosum. Cf. adnot.

284. A Numenio ad Palæpaphum stadia 125.

285. A Palæpapho ad Tretos, quod promontorium est, stadia 50.

286. A Curiaco ad Amathuntem stadia 150. Urbs est carens portu; adversus locum te tutare. A Cyriaco autem ad Cargæas stadia 40. Promontorium est cum portu, recessu et aqua.

287. A Pedalio ad insulas stadia 80. Urbs est deserta, dicta Ammochostus: habet portum, quem omni vento petere licet: habet autem in adpulsu (peragendo) rupes; cavendum est tibi.

288. Ab insulis ad Salaminem stadia 50. Urbs est, quæ portum habet.

σπζʹ. Ἀπὸ Σαλαμῖνος εἰς Παλαιὰν σtάδ. ρκʹ. κώμη ἐστί, καὶ λιμένα ἔχει, καὶ ὕδωρ.

σπηʹ. Ἀπὸ Παλαιᾶς ἐπὶ τὸν Φιλεοῦντα σtάδ. τʹ.

σπθʹ. Ἀπὸ Φιλεοῦντος ἐπὶ τὰ Ἄκρα[1] .... σtάδ. ξʹ. ὅρμοι εἰσὶ δύο, ὁ μὲν ἐπιχαρωπὸς, ὁ δὲ λευκός· ἔχοντες ἑκάτεροι ὕδωρ· ἐπίκειται δὲ ἐπάνω ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπίκεινται δὲ καὶ νῆσοι δύο, ἔχουσαι ἀμφότεραι ἀνάπλους.

σϟβʹ. Ἀπὸ τοῦ Ἀνεμουρίου τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα τῆς Κύπρου σtάδ. ψʹ.

σϟγʹ. Ἀπὸ Ἀκάμαντος ἔχων δεξιὰν τὴν Κύπρον εἰς Ἀρσινόην τῆς Κιλικίας[2] σtάδ. σο[3]. πόλις ἐστί· λιμένα ἔχει ἔρημον[4]· χειμάζει βορέου.

[1] Hic Iriartus vacuum reliquit, lacunæ indicium : mox tamen §. 299, simile est ἐπὶ τὰ ἄκρα. — [2] Leg. τῆς Κύπρου. — [3] Mendosus numerus. — [4] Vulgo ἴβημον.

289. A Salamine ad Palæam (i. e. Antiquam urbem) stadia 120. Vicus est, et habet portum et aquam.

290. A Palæa ad Phileuntem stadia 300.

291. A Phileunte ad Promontoria....., stadia 60. Stationes sunt duæ, una jucundi adspectus, altera alba; utraque habet aquam. Supra eminet fanum Veneris: adjacent et insulæ duæ, quibus ambabus sunt anapli.

292. Ab Anemurio Ciliciæ ad Acamantem Cypri stadia 700.

293. Ab Acamante, habenti in dextra Cyprum, ad Arsinoën Ciliciæ (immo *Cypri*. G.) sunt stadia 270 (?). Urbs est, quæ portum habet desertum. Hiberna (ibi tutus) a borea.

σϟδ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κρομμυακοῦ[1] ἐπὶ τὸ Μελάβρον στάδ. ν'. ὅρμος ἐστὶ θερινός.

σϟε'. Ἀπὸ Μελάβρου εἰς Σόλους[2] στάδ. τ'. πόλις ἐστὶν ἀλίμενος.

σϟς'. Ἀπὸ Σόλων εἰς Κυρηναῖον στάδ. τν'. πόλις ἐστίν· ἔχει ὕφορμον.

σϟζ'. Ἀπὸ Κυρηναίου εἰς Λάπαθον στάδ. υν'. πόλις ἐστίν, ἔχουσα ὅρμον.

σϟη'. Ἀπὸ Λαπάθου εἰς Καρπασαίαν[3] στάδ. τν'. πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα μικροῖς πλοίοις· χειμάζει βορέου.

σϟθ'. Ἀπὸ Καρπασαίας ἐπὶ τὰ Ἄκρα στάδ. ρ'. ἐντεῦθεν μετέβημεν εἰς τὸ Ἀνεμούριον. Ὁ πᾶς περίπλους τῆς Κύπρου στάδ. ͵ασν'[4].

[1] Vulgo Κρομυακοῦ. Rescribo duplici μ, ob τὸ vulg. Κρόμμυῳ, §. 178. — [2] Vulgo Σώλους et mox Σώλων. Conf. nostra ad §. 154. — [3] Corrupte pro Καρπάσειαν Scylacis, pag. 302. — [4] Mendosum prorsus. Cf. adnot.

294. A Crommyaco ad Melabrum stadia 50. Statio est æstiva.

295. A Melabro ad Solos stadia 300. Urbs est carens portu.

296. A Solis ad *Cyrenæum* (potius *Crommyacum*. G.) stadia 350. Urbs est cum recessu.

297. A *Cyrenæo* (*a Crommyaco*. G.) ad Lapathum stadia 450. Urbs est habens stationem.

298. A Lapatho ad Carpasæam stadia 350. Urbs est cum portu parvis navigiis apto. Hiberna (tutus) a borea.

299. A Carpasæa ad Acra stadia 100. Inde transiimus ad Anemurium. Periplus totus Cypri est stadiorum 1250 (?).

τ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Κουριακοῦ[1] εἰς τὸ Πηλούσιον σ7άδ. ατ'[2].

τα'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κήπου τῆς Κύπρου εἰς Ἀσκάλωνα σ7άδ. ,γτ'.

ΚΡΗΤΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

τϐ'. Ἀπὸ τοῦ Κασίου ἐπὶ τὸ Σαμώνιον τῆς Κρήτης, σ7άδ. φ'[3]. ἀκρωτήριόν ἐστι τῆς Κρήτης ἀνέχον πρὸς Βορέαν[4] ἐπιπολύ· ἔσ7ι δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς· ἔχει ὕφορμον καὶ ὕδωρ· τὰ δὲ ἄλλα ἠφανισμένα.

τγ'. Ἀπὸ Σαμωνίου εἰς Ἱερὰν Πύδναν σ7άδ. π'[5]. πόλις ἐστίν· ἔχει ὅρμον· ἔχει δὲ καὶ νῆσον· καλεῖται Χρύσεα· ἔχει λιμένα καὶ ὕδωρ.

[1] Vulgo Κυριακίου. Cf. S. 286. — [2] Mendose. — [3] Numerus suspectus. Cf. adnot. — [4] Vulgo βορρᾶν. — [5] Mendosum prorsus.

300. Ab eodem Curiaco (prom.) ad Pelusium stadia 1300 (?).

301. A Cepo (i. e. Horto) Cypri ad Ascalonem stadia 3300.

CRETÆ PERIPLUS.

302. A Casio ad Samonium Cretæ stadia 500. Promontorium est Cretæ prominens multum ad septentrionem. Ibi est fanum Minervæ: habet recessum et aquam. Cetera deleta sunt.

303. A Samonio ad Sacram Pydnam stadia 80; urbs est cum statione. Habet etiam insulam, quæ vocatur Chrysea, cum portu et aqua.

τδ'. Ἀπὸ Ἱερᾶς Πύδνης εἰς Βίενον σ]άδ. ο'. πολίδριόν ἐσ]ιν ἀνέχον[1] τῆς θαλάσσης.

τε'. Ἀπὸ Βιένου εἰς Λέβηναν σ]άδ. ο'. ἔχει παράκειται νησίον, ὃ καλεῖται Ὀξεῖα· ὕδωρ ἔχει.

τς'. Ἀπὸ Λεβήνας εἰς Ἁλὰς σ]άδ. κ'.

τζ'. Ἀπὸ Ἁλῶν εἰς Μάταλαν σ]άδ. τ'. πόλις ἐσ]ί, καὶ λιμένα ἔχει.

τη'. Ἀπὸ Ματάλης εἰς Σουλίαν σ]άδ. ξε'. ἀκρωτήριόν ἐσ]ιν ἀνέχον πρὸς μεσημβρίαν. λιμήν ἐσ]ι· καλὸν ὕδωρ ἔχει.

τθ'. Ἀπὸ Σουλήνας[2] εἰς Ψυχέαν σ]άδ. ιβ'.

τι'. Ἀπὸ Ψυχέας ἐπὶ τὸν Λάμωνα σ]άδ. ρν'. λιμὴν ἐσ]ι· καὶ πόλιν[3] ἔχει. δὲ ὕδωρ. ἀπὸ δὲ Πύδνης ἐπὶ τὸν Ψυχέα[4] σ]άδ. τν'. λιμὴν θερινός, καὶ ὕδωρ ἔχει.

[1] Fors. ἀπέχον. — [2] Fort. Συλίας. — [3] Fort. λιμήν ἐστι καὶ πόλις· ἔχει... aut πόλις ἐστὶ καὶ λιμήν. — [4] Fort. τὴν Ψυχέαν.

304. A Sacra Pydna ad Bienum stadia 70. Parvula urbs est, a mari (distans?).

305. A Bieno ad Lebenam stadia 70. Ibi adjacet insula parva, quæ vocatur Oxia (i. e. Acuta): aquam habet.

306. A Lebena ad Halas stadia 20.

307. Ab Halis ad Matalam stadia 300 (?). Urbs est cum portu.

308. A Matala ad Suliam stadia 65. Promontorium est prominens ad meridiem: portus est, cum aqua pulchra.

309. A Sulia ad Psycheam stadia 12.

310. A Psychea ad Lamonem stadia 150. Portus est, et urbem cum aqua habet. A Pydna (?) ad Psycheam stadia 350. Portus æstivus, qui aquam habet.

τια'. Ἀπὸ Ψυχέων[1] ἐπὶ Ἀπολλωνιάδα στάδ. λ'.

τιβ'. Ἀπὸ Ἀπολλωνίας[2] εἰς Φοίνικα στάδ. ρ'. πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα καὶ νῆσον. ἀπὸ Κλαυδίας εἰς Φοίνικα στάδ. τ'. ἔχει πόλιν καὶ λιμένα.

τιγ'. Ἀπὸ Φοίνικος εἰς Τάῤῥον στάδ. ξ'. πόλις μικρά ἐστιν· ἔχει ὅρμον.

τιδ'. Ἀπὸ Τάῤῥου εἰς Ποικιλασσὸν στάδ. ξ'. πόλις ἐστί, καὶ ὅρμον ἔχει, καὶ ὕδωρ.

τιε'. Ἀπὸ Ποικιλάσσου εἰς Σύβαν στάδ. ν'. πόλις ἐστί, καὶ λιμένα καλὸν ἔχει.

τις'. Ἀπὸ Λισσοῦ εἰς Καλαμύδην στάδ. σν'.

τιζ'. Ἀπὸ Καλαμύδης εἰς Κριοῦ Μέτωπον στάδ. λ'. ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλόν· ἔχει ὕδωρ καὶ ὕφορμον.

[1] Fors. mendose pro Ψυχέας, ut supra. — [2] Leg. Ἀπολλωνιάδος. *Iriartus.* — [3] Vulgo Φοινίκης.

311. A Psycheis ad Apolloniadem stadia 30.

312. Ab Apolloniade ad Phœnicem stadia 100. Urbs est cum portu et insula. A Claudia ad Phœnicem stadia 300. Habet urbem et portum.

313. A Phœnice ad Tarrhum stadia 60. Urbs parva est, quæ stationem habet.

314. A Tarrho ad Pœcilassum stadia 60. Urbs est, quæ stationem habet et aquam.

315. A Pœcilasso ad Sybam stadia 50. Urbs est, quæ portum pulchrum habet.

316. A Lisso ad Calamyden stadia 250.

317. A Calamyde ad Criu-Metopon stadia 30. Promontorio est excelsum; habet aquam et recessum.

τιη'. Ἀπὸ Κριοῦ Μετώπου[1] περίπλους εἰς Βίενον στάδ. ιϐ'. λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ.

τιθ'. Ἀπὸ Βιένου εἰς Φαλασάρναν[2] στάδ. σξ'. ὅρμος ἐστὶν, ἐμπόριον, πόλις παλαιά· νῆσος δὲ ἀπὸ σταδ. ξ', Ἰουσάγουρα, βλέπουσα πρὸς ἀνατολάς· ἔχει λιμένα· ἔχει δὲ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐν τῷ λιμένι· ἔστι δὲ καὶ ἄλλη νῆσος ἀπὸ σταδίων γ'. καλεῖται Μέση, καὶ ὅρμον ἔχει· ἡ δὲ τρίτη καλεῖται Μύλη· ὁ δὲ πλοῦς βαθύς· ἀγορὰν[3] ἔχει.

τκ'. Ἀπὸ Μύλης ἐπὶ τὸν Τρητὸν στάδ. ν'. ἀκρωτήριόν ἐστι τετρημένον, καὶ τράχημον[4], τῆς Κρήτης.

τκα'. Ἀπὸ τοῦ Τρητοῦ εἰς Ἀγνεῖον[5] στάδ. ν'. λιμήν ἐστιν ἔχων ἱερὸν Ἀπόλλωνος· ἔστι δὲ ἐσώτερος κόλπος, καὶ καλεῖται Μάρτιλος, καὶ ὕδωρ ἔχει.

[1] Vulgo Μέτωπον. — [2] Vulgo Φαλάσαρναν. — [3] Vulgo ἀγωρὰν. — [4] Vulgo κατὰ Κρημνὸν. — [5] Fors. corrupte ex Ἄγιον.

318. A Criu-Metopo periplus ad Bienum stadiorum 12. Portum habet et aquam.

319. A Bieno ad Phalasarnam stadia 260. Ibi statio est, emporium, urbs antiqua; insula autem distans 60 stadiis, Iusagura, spectans orientem versus; habet portum; habet et fanum Apollinis in portu. Est et alia insula (distans) stadiis 3. Vocatur Mese (Media) et stationem habet. Tertia vocatur Myle. Navigatio alta est. Ibi forum est.

320. A Myle ad Tretum stadia 50. Promontorium est perforatum et asperum Cretæ.

321. A Treto ad Agnium stadia 50. Portus est, habens fanum Apollinis. Est interior sinus, et vocatur Martilus, et aquam habet.

τκβ'. Ἀπὸ Ἀγνείου εἰς Κίσαμον στάδ. π'. πόλις ἐστὶν ἐν κόλπῳ κειμένη. ἔστι δὲ λιμήν· ἔχει καὶ ὕδωρ.

τκγ'. Ἀπὸ Κισσάμου ἐπὶ τὴν Τύρον στάδ. κε'. ἀκρωτήριόν ἐστιν ὑψηλόν, κατάδενδρον[1]· βλέπει πρὸς ἄρκτον.

τκδ'. Ἀπὸ τῆς Τύρου[2] ἐπὶ τὸ Δικτύνιον[3] στάδ. π'. ὅρμος ἐστὶν αἰγιαλός.

τκε'. Ἀπὸ τοῦ Δικτυνίου ἐπὶ τὴν Κοίτην στάδ. ρο'. νῆσός ἐστιν· ἔχει ὅρμον καὶ ὕδωρ· βλέπει πρὸς τὴν Κρήτην πρὸς ἄρκτον.

τκϛ'. Ἀπὸ τοῦ Ἀκοιτίου[4] εἰς Κυδωνίαν[5] στάδ. ξ'. πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα, καὶ εἰς τὴν εἴσοδον βράχη ἔχει.

[1] Vulgo κατὰ δένδρον. Conf. varr. lectt. §. 320. — [2] Vulgo ἀπὸ τὴν Τύρον. Leg. τῆς Τύρου. *Iriartus*. Cf. Dissert. p. 417. — [3] Vulgo Δίκτυνον. — [4] Mendose pro τῆς Κοίτης. — [5] Vulgo Κοιλωνίαν, et mox Κοιλωνίας.

322. Ab Agnio ad Cisamum stadia 80. Urbs est in sinu sita; portum habet et aquam.

323. A Cissamo ad Tyrum stadia 25. Promontorium est excelsum et arboribus consitum: spectat septentrionem versus.

324. A Tyro ad Dictynium stadia 80. Litus statio est.

325. A Dictynio ad Cœten stadia 170. Insula est cum statione et aqua. Spectat ad Cretam septentrionem versus (id est, septentrionalem versus Cretæ partem. G.)

326. A Cœte ad Cydoniam stadia 60. Urbs est cum portu; et habet circa aditum brevia.

τκζ'. Ἀπὸ Κυδωνίας εἰς Ἀσπέραν[1] περιπλέεται σταδ. ρν'· πεζῇ δὲ μίλια[2] ρκ'. ὁ τόπος Μίνω καλεῖται, εἰς ὃν κεῖνται νῆσοι τρεῖς, αἳ καλοῦνται Λευκαί.

τκη'. Ἀπὸ τῆς Μίνωος εἰς Ἀμφιμάτειον στάδ. ρν'. ποταμός ἐστι καὶ λιμὴν περὶ αὐτοῦ παραχειμαστικός, καὶ πύργον ἔχει.

τκθ'. Ἀπὸ Ἀμφιματείου εἰς Ὕδραμον[3] στάδ. ρ'. πόλις ἐστίν· ἔχει αἰγιαλόν· καλεῖται δὲ ἡ πόλις Ἐλευθέρα· πεζῇ δὲ ἀναβῆναι ἀπὸ τοῦ Ἀμφιματείου[4] μίλια[5] ν'. Ἀπὸ Ἀμφιματείου[6] εἰς Ἀστάλην στάδ. λ'. λιμήν ἐστιν εὐωνύμως· ἔχει ὕδωρ· [ἐντεῦθεν Ἐλευθέρα ἀπὸ σταδίων ν'[7].]

[1] Fors. εἰς ἑσπέραν. Cf. adnot. — [2] Mendose pro στάδια. *Mannert.* — [3] Mendose pro Ῥίθυμναν. — [4] Fors. ἀπὸ τοῦ Ὑδράμου. — [5] Leg. στάδια. Cf. adnot. — [6] Fors. ἀπὸ Ὑδράμου. — [7] Cf. adnot.

327. A Cydonia Asperam versus (fors. ad occidentem. G.) circumnavigatur stadiis 150; pedestri autem itinere stadiis 120. Locus Mino vocatur, juxta quem jacent insulæ tres, quæ vocantur Leucæ (Albæ).

328. A Minoe ad Amphimatrium stadia 150. Fluvius est et portus circa illum, ubi hibernant; turrim et habet.

329. Ab Amphimatrio ad Hydramum (i. e. *Rhitymnam*. G.) stadia 100. Urbs est, quæ habet litus (importuosum)..... Urbs autem vocatur Eleuthera. Pedestri itinere ab Amphimatrio (interiora versus) eunti, sunt stadia 50. Ab Amphimatrio ad Astalen stadia 30. Ad sinistram est portus cum aqua. [Inde Eleuthera (distans) 50 stadiis.]

τλʹ. Ἀπὸ Ἀστάλης εἰς Ἡράκλειον στάδ. ρʹ. πόλις ἐστίν· ἔχει λιμένα καὶ ὕδωρ ἀπὸ σταδίων κʹ. πόλις κεῖται Μονησός[1]· ἀπόκειται δὲ καὶ νῆ σος ἀπὸ σταδίων μʹ πρὸς δύσιν· καλεῖται Δῖος.

τλαʹ. Ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου εἰς Χεῤῥόνησον πόλιν στάδ. λʹ[2]. ὕδωρ ἔχει καὶ νῆσον ἔχουσαν πύργον καὶ λιμένα.

τλβʹ. Ἀπὸ Χεῤῥονήσου εἰς Σολοῦντας[3] στάδ. ξʹ. ἄκρα ἐστίν· ὕφορμον ἔχει δὲ καὶ ὕδωρ καλόν. ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς γῆς στάδια κʹ.

τλγʹ. Ἀπὸ Σολοῦντος εἰς Καμάραν στάδ. ιεʹ.

τλδʹ. Ἀπὸ Καμάρας[4] εἰς Ἑτέραν στάδ. κεʹ.

τλεʹ. Ἀπὸ τῆς Ἑτέρας ἐπὶ τὴν Κητίαν ἄκραν, στάδ. ιεʹ. ὕφορμός ἐστιν, ἄνυδρος δέ.

[1] Mendose pro Γνωσσός. — [2] Fors. στάδ. τʹ. — [3] Mendose pro Ὀλοῦντα et mox Ὀλοῦντος. — [4] Vulgo Καμάραν.

330. Ab Astale ad Heracleum stadia 100 (!). Urbs est cum portu et aqua, distantibus stadiis 20. Urbs jacet Monesus (fors. Gnossus. G.). Distat et insula stadiis 40, occidentem versus (spectans); vocatur Dius.

331. Ab Heracleo ad Cherrhonesum urbem stadia 30 (!). Aquam habet et insulam cum turri, et portum.

332. A Cherrhoneso ad Oluntem stadia 60. Est promontorium, ubi recessus est et aqua pulchra. Distat autem a continente (statio!) stadiis 20.

333. A Solunte ad Camaram stadia 15.

334. A Camara ad Heteram (fors. ad aliam urbem.... G.) stadia 25.

335. Ab Hetera ad Cetiam promontorium stadia 15 (!). Recessus est, sed aqua carens.

τλϛ. Ἀπὸ τῆς Κητίας ἄκρας εἰς Διονυσιάδα σ̈άδ. τ'. νῆσοί εἰσι δύο, ἔχουσαι λιμένα καὶ ὕδωρ.

τλζ'. Ἀπὸ Διονυσιάδος εἰς τὸ Σαμώνιον[1], ὅθεν ἠρξάμεθα περιάγειν τὴν Κρήτην, σ̈άδ. ρκ'.

[1] Vulgo Ἀμμώνιον.

336. A Cetia promontorio ad Dionysiadem stadia 300. Insulæ (ibi) duæ sunt, habentes portum et aquam.

337. A Dionysiade ad Samonium, unde incepimus circumire Cretam, stadia 120.

ADNOTATIONES

IN STADIASMUM.

IN PROLOGUM.

Διηγημάτων οὖν τούτων] De his abrupte positis vide supra p. 417.

Σπουδαῖον... τῆς σῆς ἀγάπης] De quo, et de compellatione ibi ἀδελφέ, vid. p. 420.

Ἀγάμενος... ἔδοξέ μοι] Sic rumpitur constructio verborum, et videtur ἀγάμενος esse nominat. absolutus. Ceterum mox eadem forma ἀρξάμενος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας..., et ulterius etiam similis, θέλων πάντας... ὠφελεῖν, ostendunt auctorem adhibuisse ἔδοξέ μοι eadem syntaxi, ac si scripsisset ἐγὼ θελῶ δηλῶσαί σοι...

Τῆς Μεγάλης θαλ.] De qua adpellatione vide nostra p. 421, 422.

Ὅπως δὲ τούτων ἀναγνούς,...] Hæc respiciunt ad δηλῶσαί σοι. Sed non *peritus horum fiet* qui nunc compellatur, *quia ab Alexandria initium describendi fuerit*, quod innuit Iriarti interpretatio. Vertendum igitur sic : ... *repræsentandum existimavi, ut horum peritus legendo fias. Initium autem ducam ab Alexandria*... De structura fut. ὅπως ἔσῃ, cf. Matthiæ *Gramm. gr.* §. 519, not. 7, pag. 998, ed. 1827.

Τῆς Φαρίνδος] Nullus, quod sciam, inter veteres, Alexandriam Ægypti Φαρίνδα cognominavit. Non inde necessario consequitur, recentiorem eum esse, qui hoc epitheton adhibuit; sed aliquid novi suspicari licet in eo, quod frustra apud veteres id quæsiveris. Stephanus Byz., dum varia hujus urbis nomina memorat, ait : ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις, καὶ Φάρος... Ibi Berkel. ad voc., et Tzschuckius ad Mel. I, not. exeg. pag. 314, consentiunt in notando apud Stephanum solum Alexandriam *Pharum* dictam fuisse. Forsan juncta tandem cum urbe insula Pharo, insulæ nomen ad urbem ipsam transiit, sed ex confusione fere eadem, quam Stephano eidem exprobraverim, Laodiceam contendenti *Leucen Acten* vocatam fuisse. De quo vide nostra mox

ad §. 129. Sed potius conjicerem serius epitheton Φαρίης Alexandriæ adfixum fuisse tum a quibusdam, tum ab auctore Prologi, ut illa distingueretur ab aliis ejusdem nominis, et inde nonnullos civitati ipsi nomen insulæ tribuisse, aut adseruisse hanc adpellationem ab aliis civitati tributam fuisse; quod agit Stephanus. Sic fortasse Stephani errorem explanat noster.

Ἕως Διοσκουριάδος] Pollicetur noster se profecturum ab Alexandria orientem versus, et silentio prætermittendam esse Libyam maritimam ad occidentem Ægypti. Sed Libyæ descriptionem illam, quamvis omittendam, nescio quis inseruerit. De quo vide nostra p. 425, 426.

Καὶ τῆς Εὐρώπης ἀπὸ Ἱεροῦ τῆς πρὸς Χαλκ.] Cujus fani meminit etiam noster §. 244.—Sic nuntiabat auctor Prologi, se, prætermisso litore Ponti Euxini a Dioscuriade ad Bosporum Thracium, a Bosporo illo profecturum esse ad Columnas. De quo cf. nostra pag. 426.—Liquet enim ibi illud *Hieron* esse Jovis Urii, in ore Bospori insidens, quod Urio Jovi Menippus ap. Steph. voc. Χαλκηδών, et Arrianus Peripl. Pont. Eux. fin., tribuunt, sed Ptolemæus Dianæ. Pintianus et Palmerius ad Strab. pag. 843, Almel., Arrianum advocant ad emendandum Ptolemæum, apud quem legi volunt Ἱερὸν Διὸς Οὐρίου, pro Ἱερὸν Ἀρτέμιδος. Sed violenta forsan est medela: nam sæpe numina duo in fano eodem colebantur, et potuit locus idem modó uni, modo alteri non mendose tribui. Ut ut est, quod recte vidit Gyllius de *Bospor. Thrac.* 1, 2, minime de diversis fanis intelligendi sunt auctores, qui *Hieron* laudant, vel *Jovis Urii*, vel *Dianæ*, vel nude *Hieron*, ut Scylax, p. 281, fin., et p. 291, et Strabo, p. 843, et noster ipse; et anonymus Ravennas, 1, 17, cujus verba sunt: *Remigatur juxta litus maris ab Hiero et Chaldæorum terra usque ad Lazorum patriam (a).*» De fano Jovis Urii cf. Bergler. et Wagner. ad Alciphron. II, ep. 4, p. 352.—Quamvis autem de loco ipso dubitatio nulla oriatur, neque ullo modo hæc ἀπὸ Ἱεροῦ lædant geographiam, inserta tamen fere suspicatus fuerim, quum secundum τῆς pendere non possit ab Ἱεροῦ, nisi forte tunc temporis Hieron, ceu civitas subaudiatur. Sin aliter leg. fort. καὶ ἀπὸ τῆς Εὐρ. τῆς πρὸς...., quum semel inserto ἀπὸ.

(a) Quem locum minime intelligit editor Dom Porcheron, pag. 34: .. *nullatenus dubito quin hic legi debeat* Achæorum terra: *Hierus siquidem urbs et fluvius est... in Sarmatia Asiatica, ubi etiam Achæi.* Sed nihil mutandum est: *Hieron* (nec vero *Hierus*) est fanum Jovis Urii, et *Chaldæi* iidem ac Chalybes Scylacis p. 289, et aliorum.

Ἱεροῦ, prius ἀπὸ mox delendum fuerit. Si servaveris ἀπὸ Ἱεροῦ, erunt præcedentia τῆς Εὐρώπης genitivi partitivi, pendentes ab Ἱεροῦ. Forsan quoque secundum τῆς adpositio erit prioris. — Ibi notandum genus quoddam confusionis apud veteres, quo non caret auctor ipse Prologi. Scylax nempe pag. 281, dum Europæ litus sequitur ab occidente ad orientem per Bosporum, nos perducit ad Hieron, quod in Asia tamen insidet, atque Hiero relicto, præternavigationem Thraciæ persequitur. Sic Arrianus, l. c., Europæ litus secutus contrario itinere, nos ducit ab insulis Cyaneis, Europæ aperte adjacentibus, ad fanum Jovis Urii, id est, ab Europa subito in Asiam transilit. Mox Arrianus idem ait Daphnen, Europæ portum, distare ab hoc fano 40 stadiis, quo iterum ab Asia in Europam haud præmoniti transvehimur. Nempe in his et similibus, loci duo proximi confunduntur, et inde auctor proficiscitur ut litus quodvis sequatur, sive Asiæ, sive Europæ. Sic noster *ab Hiero* (Asiæ) profectus, descriptionem Europæ pollicetur usque ad Herculeas Columnas.

Θέλων πάντας... ὠφελεῖν] De quibus emphasi non carentibus, vide nostra supr. p. 431.

Ἐμφανῶ (sic) δὲ κ. τ. διαιρέσεις] Fort. leg. ἐμφανῶ, quum mox habeat δείξω σοι sub fin. Prologi. — Ibi male Iriartus vertit διαιρέσεις *dimensiones*, immo ita versionem suam componit, ut videantur αἱ διαιρέσεις adferri ante insularum descriptionem : contrarium potius ait noster. Sic ego vertam : *Patefaciam quoque intervalla ab Asia in Europam, postquam insularum inter se distantiam descripserim, quotquot illæ sint.* Ceterum hæ διαιρέσεις supra dictæ redeunt ad διαφράγματα, qualia reperiuntur sub fin. Scylacei Periplı, pag. 324, sqq. De quo vide nostra supr. p. 428.

Καὶ ποιν ἀνέμοις χρῶνται] Quæ verba plurimum valent ad explananda ea, de quibus disserui ad §. 16.

1. Εἰς Χερσόνησον· λιμὴν ἐστίν· στάδ. β΄.] De structura orationis vid. Dissert. pag. 417. — Apud Scylac., pag. 307, init., sunt stadia 200 a Pharo ad Chersonesum, et videretur primo adspectu hic numerus emendatio nostri στάδ. β΄, quod jam crediderat Mannertus, x, 11, p. 24. Sed mendosus est utriusque numerus, Scylacis nimius, Stadiasmi arctior. Hic stadia 70 numerat Strabo p. 1150, C, quod mendo carere vidit viator diligentissimus *Pacho* (*Voyage dans la Marmar. et la Cyrén.* Paris, 1827, pag. 3), quum *tribus horis* iter illud peregerit. Forsan legebatur στάδια ο΄, ubi unus vidit σ, et alter β,

miscendo literam ϛ et accentum numeralem. — Videtur Chersonesi situs fere respondere hodierno *el Habiar*.

2. Εἰς Δυσμάς] Ptolemæus nullum locum memorat Chersonesum inter et Plinthinen. Strabo, pag. 1150, C, Almel., interponit Ναύων κώμην. Hæc collocanda sunt circa hod. *Bousbekah*.

Χίλι· οὐ μαζι ζ'.] Quæ verborum compendia ita videntur legenda : χιλίων οὐ μείζονος ζ'. *Iriartus*.

Ibi res est forsan de altitudine maris, ut §. 12, et de pondere cujus capaces erant ibi naves. Si respicit litera ζ' ad stadiorum numerum, mendosa est; nam videntur esse stadia 70 a Chersoneso ad locum, ubi Dysmæ collocari possunt.

3. Vulg. εἰς Βλινθίνην] Rescripsi Πλινθ. Quærendus hic locus circa hod. *Tour des Arabes*.

Σάλος] Σάλος locus est litori proximus, in quo naves σαλεύουσιν ἄν, ut ait Arrian. *Peripl. Pont. Eux.* p. 15, med. ed. Huds. Cf. ibid. p. 17, fin. et Anonym. Pont. Eux. t. III, pag. 7, Huds. Consule Schneideri Lex. gr. ad voc. Rectius etiam londinensis editor Steph. Thesaur. col. 8248, sic : Σάλος, *maris ora, in qua stant et fluctuant naves anchoris alligatæ, quæ ad litus adpellere non possunt*. Illud est gallice *mouillage*. Interdum σάλος est juxta *portum*, λιμένα; cf. §. 9, vel juxta ὅρμον et ὕφορμον ; cf. Anonym. Pont. Eux. l. c. Sæpius deest λιμὴν ubi σάλος laudatur. En ibidem §. 3, habet noster : σάλος ἐστίν· ὁ τόπος ἀλίμενος. Cf. §§. 97, 118. Ubique vertam σάλος *salum*, fugiendæ confusionis gratia.

De similibus hic semel dicendum.

Est λιμὴν *locus*, *vel natura* (αὐτοφυής, Thuc. I, 93), *vel industria cinctus* (χειροποίητος, Schol. ad Thuc. l. c., et noster §. 31), *in quo naves includuntur*. Interdum tamen distinguuntur λιμένες κλειστοί ab aliis. Cf. Scylac. pag. 265, lin. 4 et 8, et ex. laudata ibi in *Indice* p. 587.

Ναύσταθμος interdum pro λιμὴν laxius usurpatur, sed videtur potius ad νεώριον redire, et portuum partem quamdam intimam esse. Strabo, p. 944, A : . . ὁ λιμὴν ἔχων ναύσταθμον. Et Scylax hunc eumdem portum Sami vocat λιμένα κλειστόν, pag. 296. Scylax contra, pag. 263, Gythium vocat λιμένα, ἐν ᾧ νεώριον, Strabo, p. 559, A, ἐπίνειον . . . (ἔχον) ναύσταθμον ὀρυκτόν.

Ὅρμος et ὕφορμος est *statio navium*, quæ videtur tutior esse quam *salum*, sed *portus* adpellatione haud digna; et videtur latina vox *statio* eodem fere sensu usurpari, quum dixerit Vell. Paterc. II, 72 : *Statio pro portu est*; cf. Schelleri Lex. lat.

ad voc. Potest tamen ὅρμος includi in ipso portu, λιμένι, ut in Arriani hisce, VII, 19, 9: λιμένα... ἐποίει ὀρυχθῆναι, ὅσον χιλίαις ναυσὶν ὅρμον εἶναι. Sic Anon. Pont. Eux. vol. III, p. 10, Huds.: ἐνταῦθα λιμὴν μέγας..., ὅρμος ναυσί. Ibid. p. 11, fin. λιμὴν πάντων ἀνέμων, καὶ ὅρμος ναυσίν. Sed sæpius distinguitur λιμήν ab ὅρμος; immo ubi est ὅρμος, solet λιμήν non laudari.

Πάνορμος, in Steph. *Thesaur.* est *statio navibus omnibus et omni tempore commoda*. Recte, saltem ex parte: nam reperias minime πάνορμος θερινός, vel πάνορμος παραχειμαστικός. Sed potest portus, haud πάνορμος dictus, vel magnas naves continere. Nam §. 117: λιμήν ἐστι παραχειμαστικός· ἐν τούτῳ παραχειμάζει μεγάλα πλοῖα; et §. 14: ὅρμος... παντοίαις ναυσίν. Sic τὸ πάνορμος respicit potius *ad tempestates omnes*, quam *ad naves omnis generis*. Neque intelligendum est hac voce in portum *omnibus ventis* naves intrare posse; nam illud aliter exprimit noster: λιμὴν ἐστὶ παντὶ ἀνέμῳ. Cf. ad §. 16. Nescio igitur an Homeri schol. ad *Odyss.* XIII, 195, recte dixerit: πάνορμοι· σκέπην ἔχοντες παντὸς ἀνέμου.

Ὕφορμος in Steph. *Th.* dicitur esse locus stationi aptus. Sed ego, duce venerando patre meo in *Philologue*, t. XVI, p. 212, crediderim ὕφορμον habere aliquid latentis et abditi. Potest esse ὕφορμος ubi deest portus magnus; potest etiam reperiri in portu ipso, ut §. 286: immo sæpe quod λιμήν dicitur uni, alteri est ὕφορμος. Cf. ad Scylac. not. 592, pag. 485; quæ voces facile permutantur. Ego autem vertam *recessus navibus*, eo potius quod fere ubique apud nostrum lateant ὕφορμοι sub promontoriis. Cf. §§. 17, 24, 39, 47, 61, 84, 109, 286, 302, 317, 332, 335. Interdum sine promontoriis laudatis exhibentur ὕφορμοι; sed pone sequitur ὑπ' αὐτό, ut §. 12, vel ὑπ' αὐτῆς, ut §. 74. In §. 29, post laudatum ὕφορμον, reperitur χηλὴ ἐπὶ θαλάσσης σκόπελος; sic in §. 39. Immo notandum est, in §. 19, nostrum meminisse promontorii, *sed non ὕφορμον habentis*, quasi *promontorium* et *recessus navium* conjungi solerent. Hæc sufficiunt ut sensus idem voci servetur in locis ubi nude ὕφορμος reperitur, ex. gr. in §§. 8, 14, 27, 40, 94, 296.

Tandem vox αἰγιαλός, vel absolute usurpata, mihi videtur interdum, et fere ubique (a) apud nostrum, exprimere *locum malefidum carinis*, quamvis sæpius adjectivus ἀλίμενος vel δύσορμος

(a) Videtur in §. 124, portus quidam insidere τῷ αἰγιαλῷ; sed mendose. Vid. nostra ad l. Alibi (§. 324) legitur quidem: ὅρμος ἐστὶ αἰγιαλοῖς. Vide-sis, lector, utrum hunc locum suspicari malueris, quam sensum vocis alioqui constantem delere. Fateor etiam Mannertum, VIII, 692 et 696, vertere *eine offene Rhede*.

adjiciatur, ut in Steph. *Thesaur.* col. 1145 (3615 ed. Lond.) et ap. Strab. pag. 355, B, Almel. : ... ἔπειτα προσεχὴς αἰγιαλὸς ἀλίμενος, et ibid. pag. 492, A. Noster nuda voce illud idem exprimit, ut §§. 60, 70, 71, 81, 91, 329. Cf. Scymnum Chium vs. 723. Eodem sensu Xenoph. *Anabas.* VI, 4, §. 4, ait : λιμὴν, .. τὸ πρὸς ἑσπέραν αἰγιαλὸν ἔχων. Hic locus hucusque minus fuit intellectus. Neque aliter rationem reddas sequentium ibid. §. 7 : ἐσκήνουν δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ. Quid? *in litore, juxta mare?* Illud friget. Sed αἰγιαλὸς hic respicit ad litoris partem, ubi est αἰγιαλὸς supra laudatus; similem fere locorum naturam describit noster §. 33. Neque omittenda nunc Pausaniæ verba hæc, II, 34, p. 570, ed. Clav. : Μετὰ ταύτην αἰγιαλός τε παρήκει. . . . καὶ ἄκρα μετὰ τὸν αἰγιαλὸν . . . . ἔχει ΔΕ καὶ λιμένας (ἢ ἀκτὴν) ἐν αὐτῇ. Sic Ptolemæus, IV, c. 4, postquam promontoria et *portus* numeravit, adjicit : Βρόχων αἰγιαλός. Mannertus, *Geogr.* X, II, p. 93, vertit *eine blosse Küste*, i. e. *nudum litus*, quod non satis est ad exprimendam vim pactitiam loci. Nempe, quum λιμὴν sit, vel ὅρμος, locus quilibet ad quem naves adpellere possunt, pars alia quælibet litoris, ideo quod *litus* tantum sit, contraria facile fit λιμένι, et ceu ἀλίμενος subintelligitur. Potest locus esse ἀλίμενος, et vel σάλῳ carere, si litus fuerit lentæ declivitatis, neque ad illud, deficiente aquæ fundo, naves tuto devenire potuerint. Potest etiam esse importuosus ob asperitatem abruptam oræ; cujus modi est αἰγιαλὸς βαθὺς Stadiasmi, §. 70, 71.

Σταδ. ϛ′] Mendose : stadia 96 numerari posse videntur a Dysmis ad Plinthinen.

4. Ἐπὶ τὸ Ποσίδειον . . . σταδ. ζ′] Nostro tantum laudatus, judice Mannerto, X, II, p. 24 : sed ipsissimus est qui Straboni, p. 1150, B, dicitur Ταπόσιρις, οὐκ ἐπὶ θαλάττῃ, πανήγυριν δεχομένη μεγάλην. Concinit noster dicendo hanc urbem esse *sine portu*, et ibi fanum esse, in quo procul dubio celebrabatur πανήγυρις Strabonis. Cujus Taposiris meminerunt Ptolem. et Procop. *de Ædific.* VI, I. Cadit nomen illud in hod. *Abousir.* Cf. Ritter. Erdk. I, I, p. 872, et *Pacho, Voy. dans la Marm.* p. 7. — Ab Alexandria ad Taposirim stadia 250 vere numerari possunt, quod intervallum Procop. l. c. ait esse *unius diei iter*, et *Pacho* horarum *undecim*.

Ἱερὸν τοῦ Ὀσίριδος] Procop. *de Ædif.* VI, I, ibi collocat Osiridis sepulcrum. Templi cujusdam ruinas reperit *Pacho*, sed vanum judicat Procopii commentum, sic (l. c.) : *La mythologie égyptienne plaçait le tombeau d'Osiris à Philæ, et les*

symboles de cette fable religieuse se trouvent encore de nos jours représentés sur les monumens de cette île... Les ruines du temple n'offrent que des rapprochemens avec le style égyptien ; et l'on ne peut le faire remonter au-delà des premiers Lagides. At minime his ostenditur templum illud Osiridi sacrum non fuisse, neque error nostro exprobrandus.

Ἐπὶ τὸ Χῖ] Χειμῶ κώμη Ptolem. Ibi fere Κυνὸς Σῆμα Strabonis. — Ibi non stadia 7, sed 107 exprimere debuisset noster. Hic locus quærendus est haud procul ab hod. *Bourden*. Vid. tabulam accuratam quam *Pacho* suo itineri præfixit.

6. Γλαῦκον] Γλαυκὸν ἄκρον Ptolem. et eidem. Γλαύκον, vicus mediterraneus dictus. Strabo, p. 1150, B, ad occidentem Cynossematis collocat plures portus sine nomine. Quorum unus fuit Glaucum. — Fors. quærendus hic locus circa hod. *Lamaïd.*

7. Ἀντίφρας] Ἀντίφραι Straboni, Ἀντίφρα Ptolem. G. — Vix 2 M. geogr. ad occidentem Glauci, Ptolem. laudat *portum Leucaspim* ; quem Strabo quoque brevius laudat. Stadiasmus contra prætermittit eum, et in ejus locum adfert mendose *Antiphras*, quæ ulterius occidentem versus jacebant. *Mannert.* l. c. X, II, pag. 25.

Vix possumus quidem perturbationem locorum in Stadiasmo non agnoscere, neque in Antiphrarum situ solum, sed in inversa serie Antiphrarum, Derrhi, et Zephyri. Nam solus noster damnatur duplici auctoritate Strabonis et Ptolemæi. Sic illi componunt seriem locorum ab oriente ad occid.

STRAB.	PTOLEM.	STADIASM.
Taposiris.	....	*Positium.*
Cynossema.	*Chimo* pagus.	*Chi.*
(Portus plures).	*Glaucum* prom.	*Glaucus.*
Leucaspis.	*Leucaspis.*	....
Zephyrium.	....	*Antiphræ.*
Deris.	*Derrhis.*	*Derrhum.*
Antiphræ.	*Antiphra.*	*Zephyrium.*
Pnigeus.	....	*Pnyx.*
Phœnicus.	*Phœnicus.*	*Phœnicus.*

Sic Stadiasmus, pro *Glaucus, Antiphræ, Derrhum, Zephyrium, Pnyx*, habere debuisset : *Glaucus, Zephyrium, Derrhum, Antiphræ,... Pnyx.* Sic ego seriem locorum, et stadiorum numerum periculo meo componam : A Glauco (fors. *Lamaïd*), ad Leucaspim (fors. *Dresieh*) stad. 160; inde ad

Zephyrium (fors. *Djemmeimah*) 130; inde ad Derim promont. 190; inde ad Antiphras 80 stadia.

Σάλος] Antiphræ forsan removendæ sunt paullulum in mediterranea loca; et ruinas ibi reperit *Pacho*. Laudat tamen noster ibi *salum*, quod in locum deficientis portus, naves excipiebat. Stadia 80 numerari possunt a Deri, non *a Glauco*, ad salum Antiphrarum.

8. Τὸ Δέῤῥον] Mox genitivus τῆς Δέῤῥας aliam formam ἡ Δέῤῥα innuit. Strabo Δέρις, Ptolem. Δέῤῥις. Hod. *el Heyf*, ut recte opinantur tum plures, tum *Pacho*, l. c. p. 18. Sic ille *ib*. p. 14: *Le nom de Dresieh offre, il est vrai, une grande analogie avec celui de Deris, cap situé à l'ouest du golfe des Arabes...; mais ce nom* (Dresieh) *paraît être, comme plusieurs autres, une transposition que les Arabes ont faite dans la dénomination des lieux.*

9. Ζέφυρον] Ζεφύριος τόπος Straboni, l. c. Fors. circa hod. *Djemmeimah*. Cf. ad §. 7.

Λιμὴν.... καὶ σάλος] De quo vide ad §. 3.

Σταδ. υ'.] Hunc numerum (400) corruptum prorsus judicat Mannertus, X, II, pag. 26, nec immerito.

10. Πεζώνην] Insulam *Pedoniam* juxta Antiphras collocat Strabo, pag. 1150, A; cujus meminit et Ptolem. Si eadem fuerit *Pezone* Stadiasmi, vocula νῆσον forsan excidit. Sed non videtur noster insulam intellexisse; et concinit *Pezone* Stadiasmi cum altera *Pedonia* (vico mediterraneo), quam Ptolemæus collocat quoque ad orientem *Pnigeos*.

Ἀπὸ σταδίων....] Sic intervallum, quod *a loco* quodam dici deberet, noster *ab intervallo ipso* prave exprimit; quasi scriberetur latine: *a stadiis viginti est locus...*, pro *distat hic locus viginti stadiis ab alio loco*. Hæc prava constructio sæpius reperitur, ut §. 40, 110, 111, fin., 136, 148, 179, 319, 329, fin., 330. — Hic excidit stadiorum numerus. Forsan tamen delendum σταδίων, et legendum ἀπὸ ταύτης, id est, a Pezone; et ultima segmenti verba σταδ. ζ', habenda erunt pro intervallo a Pezone ad rupem, sive insulam Myrmecem. Sin aliter, quo rediret σταδ. ζ'! Non possunt hæc stadia 7 nos secundum litus a Pezone occidentem versus perducere, quum mox noster occidentem versus stadia 7 *a Pezone* illa *ad Pnigem* numeret.

Μύρμηξ] Μύρμηξ νῆσος a Ptolem. collocatur in finibus Cyrenaïci litoris.

11. Πνιγέα] Πνιγεὺς κώμη Straboni, p. 1150, sic Ptolemæo, sed inter mediterraneos vicos collocata, et forsan item a

nostro. Nam desinit hoc promontorium *δεξιὰν εἰς τὸν πλατα-μῶνα*, id est, ni fallor, *recta versus mare in eandem planitiem.* Ergo distabat paullulum a mari maxima hujus promontorii altitudo, et vicus qui ei insidebat. Mannertus contra, x, 11, pag. 26, vertit: *recta interiorem regionem versus* (... *welche rechts einwärts lauft*). Sed πλαταμών solet usurpari de litorali loco; cf. Schneid. Lex. ad voc.

12. Φοινικοῦντα] Laudatus Straboni, pag. 1150, A, et Ptolemæo. Mox νῆσοι Δίδυμαι, Ptolemæo sunt Δίδυμαι νῆσοι δύο. Stadia 140 vere reperiuntur a Pnige ad Phœnicuntem.

Ὕφορμος] De qua voce cf. ad §. 3, p. 506, 507.

Ὕδωρ... λακκαῖον] *Aquam cisterninam.* Ait Fischerus ad Aristoph. *Plut.* vs. 811, λάκκον differre a φρέαρ, *et esse locum in terra excavatum, quo aqua pluvialis excipiatur.* Et revera suum ὕδωρ λακκαῖον collocat noster non in puteo, sed ἐν φάραγγι. Alibi, §. 30, includit ὄμβριον ὕδωρ in νάπη. Scribit *Pacho* in *Voy. dans la Marmar.* p. 3: *Je remarquai de petits bassins creusés dans la roche pour recueillir l'eau des pluies. Ils sont disposés sur des plans d'inégale hauteur, et de manière que l'inférieur seul est rempli par ceux qui se trouvent plus élevés.*

Quum laudat noster ὕδωρ in litore; liquet *aquam* esse *dulcem*, ut jam vidit Mannert. x, 11, p. 12 et 241. Interdum tamen exprimit ὕδωρ γλυκύ (§§. 33, 66): alibi ὕδωρ ποτίμον §. 94; vel ὕδωρ ἐν ἄμμῳ, §§. 15, 29, 36, 50; ὕδωρ πηγαῖον ἐν τοῖς ἄγκοις §. 27; ὕδωρ ῥεύματα ἔχον §. 76; ὕδωρ ἀνακλὸν §§. 27, 74; ἀνακλὸν §. 42 (cf. adnot. ad §. 27); ὕδωρ ἐν αἰγιαλῷ §§. 38, 53; ἐπὶ πύργου §. 13, vel ἐν τῷ πύργῳ §. 40; ἐπὶ τοῦ φρουρίου §. 62; ἐν ταῖς ἠπείροις §. 35; immo ὕδωρ πολύ §. 39; ὕδωρ πλατύ §§. 36, 41; ὕδωρ γλυκύ, ἐν ὀρύξεις §. 66; ὕδωρ καλὸν §. 308.

Hæc respiciunt ad paucitatem aquæ in his regionibus; et id causa fuit cur ap. Lucianum *de Dipsad.* init., p. 234, Reitz., depingatur Libya meridionalis.... οὐχ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ εἴπου ἄρα ἐν κοίλοις συνεσθηκὸς ὑπὸ τοῦ ὀλίγου λείψανον

13. Τὰ Ἑρμαῖα] Mox Ἑρμαίου, formam Ἑρμαῖον innuit; sin aliter Ἑρμαίων legendum foret. Habet Ptolem. Ἑρμαία ἄκρα. Ibi numerum στάδ. ζ' (7) mendosum judicant Mannertus, l. c. p. 27, majorem Ptolemæo exprimente, et noster *Lapie*, qui stadia 17, ibi numeravit. Fors. leg. ιζ' pro ζ'. — Promontorium illud Hermæum, stadiis 20 a Leuce Acte distans, ponendum est in asperitate quadam, in recentioribus tabulis haud exigua, ad meridiem magni promontorii.

'Ορμίζου] Imperativa forma sæpe delectatur noster, ut §§. 18, 24, 35, 37, 43, 56, 91, 111, 119, 253, 283, 286, 287, 293, 298. Interdum futuri formam adhibet, §§. 252, 253, vel subjunctivi pro imperativo, ut §. 252, fin.

14. 'Επὶ Λευκὴν 'Ακτὴν] *Ras el Kanaïs.* Quam Ptolem. pariter distinguit ab Hermæa. Meminit ejus Scylax, §. 106, p. 307, et ait esse a Chersoneso ad Leucen Acten navigationem diei et noctis, quod judicat Mannertus, x, 2, pag. 27, respondere 1000 stadiis; et revera 1050 ibi reperio stadia, quorum 700 in *gradu* uno continentur. Sigillatim noster, sed mendose, 880 ab Alexandria numerat ad Leucen Acten; seriem litoralem locorum ita disponit *Lapie*, ut 1354 stadia reperiat, sed *prætemavigationis*, dum Scylax πλοῦν, id est, *rectam navigationem* dederit. Strabo, p. 749, A, ait eodem sensu Leucen Acten ab Alexandria 1000 circiter stadiis distare. Hoc promontorium, teste eodem, p. 1150, A, ita vocabatur, quia λευκόγειος locus erat. De quo sic *Pacho* loc. cit. pag. 19 : *Depuis Abousir (Taposiris) jusqu'à la grande Akabah (Leuce Acte), le rivage est le plus souvent formé par une digue de sables blanchâtres.*

Τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις] Hic et in simili loco Scymni, *Fragm.* vs. 92, verto : *(portus) navibus per ventos occiduos advectis (apertus).* Sic Anon. *Pont. Eux.* t. III, p. 8, Huds., de Carusa habet : καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, quod vulgo vertunt : *et portum patentem ventis ab occidente flantibus,* nec mendose, ni fallor. Mannertus contra, x, II, p. 27, interpretatur, *ein sicheres Lager gegen die Westwinde,* quod non probaverim. Cf ad §. 16.

15. Ζύγρην] Fort. Ζύγριν. Hæc *Zygris* Ptolemæo est Ζυζὶς λιμήν. De simili syllaborum inversione cf. Berkel. ad Stephan. voc. Ζυγαντίς, et nostra mox ad §. 93. — Non stadia 7, sed 127, ibi reperit *Lapie.*

16. Vulgo Λαδαμάντην] Rescripsi Λαοδαμαντίνη, ob sequens Λαδαμαντίας. Scylax, p. 307, Λαοδαμάντειον; Ptolem. Λαοδαμάντιον. Hod. fors. *Mahadah.* — Ceterum tradit Scylax esse a Leuce Acte ad Laodamantium diei dimidiati navigationem ; noster 27 stadia tantum habet; sed forsan colligenda sunt 147 stadia, quæ minus a Scylace discrepant. Ceterum, quum soleat Scylax 500 stadia *una die* itineris intelligere, liquet eum diem itineris dimidiam laxiori sensu usurpare, ut sæpe. Cf. ad Scylac. pag. 328, 329. Sic sigillatim noster stadia 169 numerat a Leuce Acte ad Laodamantium ; illud ait Scylax esse *diei*

dimidiati iter. Sic Scylax *diem unam* habet ab Api ad Tyndareos scopulos, illud videtur 407 stadiis respondere. Cf. ad §. 23.

Παντὶ ἀνέμῳ] Id est, *in quem penetrare naves omnis ventus patitur.* Mannertus tamen vertit, l. c. p. 28, *ein Hafen gegen jaden Wind*, sed non rectius quam ad §§. 14 et 30. Hujus modi enim ablativis gaudet noster, pendentibus a subaud. εἴ τις πλέῃ σὺν... Quam dicendi formam adimplet Polyb. IV, 44, §. 6: ἄν τε γάρ... τρέχῃ τις τοῖς νότοις, ἄν τε... τοῖς ἐτησίοις... Sic noster, §. 35: ὁρμίζου ἐπ' αὐτὴν τοῖς ἄνωθεν ἀνέμοις. Conf. §. 52. In Prologo aperte ostenditur similes dicendi formas respicere *ad ventos quibus portus adeundus erat*, quum de insulis moneamur, ποίοις ἀνέμοις χρῶνται. Quomodo illud intelligas de ventis, a quibus tutus foret portus! — Iterat Stadiasmus illud λιμὴν παντὶ ἀνέμῳ, §§. 21, 30, 281, 286. Supra autem noster, §. 14, commendat portum τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις; alibi §. 62, stationem τοῖς ἐτησίαις.

Forsan aliter intelligendus est §. 77, ὅρμος καλὸς ἀπὸ λιβός, scilicet *statio pulchra, a Libe vento tuta;* et §§. 293, 298, χειμάζει βορέου, id est, *tutus adversus boream*, subaud. ἀπό. Hanc formam iterum explanare videtur Polyb. XVI, 29, fin.: ἔχει δὲ (Abydus) λιμένα δυνάμενον σκέπειν ἀπὸ παντὸς ἀνέμου τοὺς ἐνορμοῦντας; nam aperte pendent ἀπὸ π. ἀν. a verbo σκέπειν, non ab ἐνορμ. Sic Anon. *Pont. Eux.* t. III, Huds. p. 11, fin.: λιμὴν πάντων ἀνέμων, quod non idem crediderim ac λ. πᾶσιν ἀνέμοις, sed pendere a subaud. σκέπην παρέχων ἀπό...; quod diserte ostendit Anon. id. pag. 15: ὁ δὲ ὅρμος οἷος... σκέπην (ναυσὶν) παρέχειν ἀπὸ νότου ἀνέμου·... σαλεύοιεν δ' ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ ὁρμοῦντα τὰ πλοῖα. Hac dicendi forma exprimitur illud ipsum, quod ablativo exprimi male contendit supra Mannertus.

17. Vulgo Ἐπὶ τὰ Καλαμαίου] Καλλίου ἄκρον Ptolem. Stadia 40 hic recte numerantur. Hic locus quærendus circa *Kassaba Zarghah*, ubi *Pacho* (l. c. p. 22) ruinas reperit in excelso loco sitas, quod satis congruit cum nostri verbis.

18. Γεραίας Γόνυ] Sic Ptolem. Stadia 9 bene constant cum natura locorum.

Ἐπὶ δὲ τῆς γῆς δένδρον] Forsan arboribus consitum erat litus, quod navigantibus indicium loci peculiare erat. Sic Xenophon, *Anab.* VI, 4, depingit litus juxta *Calpen* esse arboribus refertum; et Stadiasmus ipse, §. 329, laudat promont. quoddam Cretæ κατάδενδρον. Sed potuit quoque noster *unam* arborem laudare in regione *totalement dépourvue de forêts, et*

où la vue d'un arbre est un phénomène, ut ait *Pacho* l. c. pag. 63.

19. Ἄρτην] Ibi fere Πυθὶς ἄκρα Ptolemæi. — Stadia 120 videntur a vero non recedere. — Mox ταῦροι δύο, ὡς νῆσοι, quod sensu fere ullo carere videtur : proxima esset lectio τάφροι; sed quomodo aliquid cavi, simile insulis esse possit! Sensus requirit potius λόφοι, nam colliculi duo in promontorii fastigio, vel e mari, surgentes, insularum speciem præ se ferunt. Sed post tamen ἄκρα quædam et *tauri* et *insulæ* simul imaginem apud veteres præbere. Noster, vs. 93 : ἄκρα..., ἔστι γὰρ ὁμοία νήσῳ. Haud raro nuperus Portolanus gr. (cf. mox pag. 538, fin.), laudat promont., quod ὁμοιάζη ὡσὰν νησί, ex. gr. cap. 135. Alibi, §. 72, σκόπελος quidam, id est, parva insula, dicitur ὅμοιος ἐλέφαντι. Ceterum in geographia veteri similitudines hujusmodi libenter deprehenduntur. Strabo de vicino loco Deri (cf. §. 8), ait pag. 1150, B :... ὁ Δέρις, καλούμενος οὕτως, διὰ τὴν πλησίον πέτραν... δέρει ἐοικυῖαν. Philostrat. *Vit. Apollon.* IV, pag. 193, A, ed. 1608, de promont. Cretæ quodam :... ἀκρωτήριον... λέοντι εἰκασμένον, οἷα πολλὰ αἱ ξυντυχίαι τῶν πετρῶν ἀποφαίνουσι. Possunt *tauri*, nec immerito, opinor, cum *leonibus* et *elephantibus* suam effigiem in promontoriis quibusdam vindicare. Conf. nostra ad Scylac. p. 498. — Ἀνατεῖνον. Vulg. ἀνάπινον, quasi imperativa vox esset. Sed noster adhibet hoc verbum de locis surgentibus; cf. §§. 50, 163. — Ταύτην κάμψας. Quo respicit illud ταύτην! Deest vox unde pendeat. Forsan tunc auctor ἄκραν intelligebat, dum scripserit supra ἀκρωτήριον. — Pro vulg. Παρετόνιον ubique rescribo Παραιτόνιον, eo potius quod, §. 51, lectio vulgata Παρετονίου, sonum diphthongi αι referat. Habet Παραιτόνιον Ptolem., sed Παραιτώνιον Strabo, pag. 1149, C, et 1150. Hod. *Berek-Marsah*.

19, fin. Στάδ. αφν'.] Id est, 1550 stadia. Strabo, p. 1150, A, huic intervallo 1300 stadia tribuet, cum emendatione Mannerti, qui, X, II, 29, straboneis hisce : ἀπὸ δὲ τοῦ Παραιτωνίου χίλιοί που καὶ τριακόσιοι στάδιοι, adjicit εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Plinius innuit 1600 stadia (200 mill.), Scylax 1700, ut jam vidit Mannertus, l. c. p. 30. Videtur Stadiasmi hic numerus mendo carere. Nam etsi stadia 1076 sigillatim reperio, quum non semel arctiora intervalla aperte dentur, possent sparsi numeri, si recte scriberentur, redire ad summam 1550 stadiorum. De quo intervallo sic *Pacho* l. c. pag. 29 : *Les distances données par Strabon et Arrien* (III, 4), *d'Alexandrie à Parætonium, correspondent exactement avec l'observation en longitude faite par M. Gauthier, si l'on adopte pour Strabon des stades de 600*

au degré, et que l'on suive la ligne la plus courte ; et si, pour Arrien, on suit les sinuosités, et que l'on compte les stades à 700 au degré. Sic aliorum numerorum ratio reddi potest, quum non multum inter se differant.

20. Non 7, sed 27 stadia desiderantur; fort. leg. κζ'.

21. Σταδ. ζ'. Mendosus etiam numerus. Fort. μζ' (47). — νῆσοι... δύο. Quas censet Mannertus esse *Phocusas* Ptolemæi. — λιμὴν... παντὶ ἀνέμῳ. De quo cf. nostra ad §. 16.

22. Ταύτην πλέεις] Imperativam formam, qua gaudet noster (cf. ad §. 13), forsan delevit librarius, ob pronuntiationem sibilantis mox σταδ., et pro πλέε σταδ., scripsit πλέεις. Sed servari potest illud præsens, cum imperativi sensu, ut §. 252, fin.; vel rescribe potius compositum παραπλέεις, cum activo sensu, ut §§. 46, 135. Forsan quoque conjicere licet εἰς ταύτην εἰ πλέεις; sed hanc interpretationem vix patitur contextus.

Ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου καὶ τῶν Δελφίνων] Videntur expellenda καὶ τῶν Δελφίνων. Non potest idem esse intervallum a Delphinibus, et a Zephyro ad Apim, quum Delphines ad orientem 7 (vel 27) stadiis a Zephyro distent.

Ἐπὶ Νάπην] Bene vidit Mannertus, X, II, p. 30, illud mendosum esse pro τὸν Ἆπιν. Stadia 30 recte numerantur. — Apis hod. *Boun-Adjoubah.* De quo sic *Pacho* l. c. p. 33 : *Suivant Scylax, Apis était la limite de l'Égypte ; il est remarquable que Boun-Adjoubah sert encore aujourd'hui de point de démarcation entre le gouvernement d'Égypte et celui de Tripoli.*

23. Εἰς νήσους...] Quarum insularum nomen inde excidit Ptolemæus ibi collocat Αἰνησίππου νῆσον, Straboni, p. 1150, A, Αἰνησιππείας (Αἰνησιππάσπις, ed. Almel. G.) dictam. *Mannert.*

Has insulas esse *Tyndareos scopulos* Scylacis et Ptolemæi suspicor, hod. *el Chaïry.* Plures insulas ibi quasi spargit Ptolemæus, neque ex illo, sed ex tab. geogr. potius, quærenda est series locorum, quam cum verbis Stadiasmi componamus. Relicta Api, non 7, sed 407 stadia peragamus necesse est, ut sequentia non discrepent cum natura locorum. Illud nos deducit ad rupes quasdam, *Tyndareas* Scylacis, quum dixerit ille, p. 307, 308, *esse ab Apide ad Scopulos Tyndareos navigationem diei.* Videtur enim noster hoc idem intervallum respicere. Immo §. 26, *Scopuli* alii laudantur, quos vere reperire est haud procul a prioribus, si priores fuerint hod. *el Chaïry.*

24. Εἰς Λινύδας] Melius Λινύδα. Sed hic portus Ptolemæo est Σελινοῦς λιμήν; et si redeamus ad genuinam scribendi formam, legendum erit εἰς Σελινοῦντα σταδ...., quod, si cum volubilitate

linguæ pronuntiatur, facile cadit in εἰς Λιγύδας. Τὸ Σι initiale in præcedens εἰς confunditur, et finale ς ex sequenti sibilatione τῶ σλάδ., sumitur. Hod. *capo Rameda.* Stadia 70 non perperam hic dantur.

Βράχη] Similia brevia sæpe laudat noster, §§. 24, 37, 105, 107, 108, 111, 163, 326. De his litoribus sic diligentissimus *Pacho* loc. cit. pag. 58 : *D'Abousir à la petite Akabah* (Leuce Acte Stadiasmi, §. 14), *le rivage est généralement cotoyé par une digue de sables blanchâtres qui s'avance très-loin sous les eaux, et occasione des bas-fonds dangereux pour l'abordage des navires.*

25. Ἀζύ] Ζαγυλὶς κώμη Ptolemæo. Non 8, sed 80 stadia requirit series locorum. Facile π′ (80) abiit in η′ (8).

26. Σκόπελοι] Quæ rupes non sunt, ni fallor, *Tyndarei scopuli* Scylacis, pag. 308 init.; sed paullo occidentaliores : cf. nostra ad §. 23. — Supra post ἐπὶ Δαρείου aliquid accusativi casus excidit.

Vulgo ἀκωρϐολία] Leg. ἀγκωρϐολία. Ceterum Schneiderus in suo lex. habet tantum formam ἀγκωρϐόλιον; hic autem ægre legerem ἀγκωρϐόλια, plurali numero. Nova igitur forma vocis forsan subpetit. De voce ἀγκωρϐόλιον conf. Casaub. ad Strab. pag. 240, ed. Almel.

27. Χαυταῖον] Χετταία κώμη Ptolem. Stadia 140 vere reperiuntur.

Ὕδωρ... πηγαῖον] Hujus modi aquam esse, ἐάν τέ τις ποταμός, ἐάν τε καὶ κρήνη ᾖ, ait Plato *de Leg.* VI, pag. 761, B, ed. Steph.

Ἀνακτόν] Quæ vox videtur adhiberi pro ἀναγόμενον. Deest in lexicis. Sic §. 42, ὕδωρ συνακτόν, quod pariter deest in lex., et iterum ἀνακτόν §. 74. Ad explanandam vim hujus vocis satis valent hæc verba diligentissimi *Pacho* in *Voy. dans la Marmar. et la Cyrén.* pag. 45 : *On aperçoit des restes de canaux d'irrigation; ils sillonnent la plaine en tout sens.... On les voit se diriger tantôt perpendiculairement, tantôt horizontalement, selon qu'ils furent destinés à conduire les eaux des pluies dans les citernes, ou des citernes dans les champs.* Quod non semel vidit *Pacho* noster. Cf. ad §. 12.

28. Ζυγρίς] Non Ζυγαί, sed Ζυγὶς κώμη Ptolem. Jam *Zygrin* aliam habet Stadiasmus §. 15, sed cum mendosa scribendi forma. Numerus 140 mendo carere videtur.

29. Ἐννησύφορα] Est Αἰνησίσφυρα λιμήν Ptolem. et Straboni p. 1150, A, rectius procul dubio, ut jam vidit Mannert. x, 11,

pag. 32. Stadia hic 5 prave scribuntur; nam 50 fere reposcit series locorum.

Ὕφορμος] De hac voce cf. ad §. 12. De aqua ἐν τῇ ἄμμῳ, cf. ad §. 27.

30. Vulgo εἰς Καβάθλιον] Καταβαθμὸν poscunt Strabo, p. 1140, A, et 1149 fin., Ptolem.; Stephanusque, et ceteri. De monte hod. *Akabah* cf. *Pacho* l. c. p. 41. At promontorium ibi laudatum, fors. respondet hodierno *Cap Luco.* Stadia 120 hic recte numerat noster.

Λιμὴν... παντὶ ἀνέμῳ] Cf. ad §. 16. Mannert. X, II, 33, male : *gesichert gegen jeden Wind.*

Ὕδωρ... ἐν τῇ πρώτῃ νάπῃ... ὄμβριον] De quo vide nostra ad §. 12. Laudat Schneiderus, lex. gr. in Νάπη, Platonis hæc verba (Legg. VI, p. 269, p. 761, B, ed. Steph.) :... ῥέοντα ἐκ τῶν ὑψηλῶν ἐς τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι νάπας, ὅσαι κοῖλαι, quæ bene faciunt ad hunc locum.

Ὕδωρ... ὄμβριον] Cf. ad §. 12.

31. Vulgo ἀπὸ Καβαθλίου] Rescripsi Καταβάθμου. De ulterioribus ad occidentem litoribus, ubi portus et stationes bene multas memorat noster, parum concinit ille cum Strabone, contendente inter Apolloniam, Cyrenes portum, et Catabathmum, stationes perpaucas esse, p. 1195, A : καὶ γὰρ λιμένες ὀλίγοι καὶ ὕφορμοι καὶ κατοικίαι, καὶ ὑδρεῖαι.

Πετρᾶντα] Stadia 150 recte numerantur ad Petrantem; nam nos εἰς Πέτραντα vere perducit noster, quamvis iterum §. 34 ejusdem meminerit : nempe insident in duobus promontoriis proximis *Catabathmus* et *Petrans.* Intervallum *rectæ navigationis* primum dedit noster, et mox iterum a Catabathmo profectus, nos deducit ad *Sycen* distantem a Catabathmo 30 fere stadiis, et cetera intervalla minima exprimit, quibus 138 stadia habemus a *Catabathmo* ad *Euriam*; quibus addendus est numerus incertus ab Euria ad Petrantem : sic præternavigatio a Catabathmo ad Petrantem major erit recta navigatione 150 stadiorum.

Παραπλεύσας] Id est, repetendo a Catabathmo.

Ἐπὶ τὴν Συκῆν] Singularis forma forsan pro plurali, ut §. 18, Δένδρον. Mox tamen ὑπὸ τὰς συκᾶς. Arbor illa ibi abundabat; cf. §. 33 : nam gaudet locis excelsis. Archiloch. ap. Athen. XIII, p. 594, D : Συκῆ πετραίη...

Ὁ τόπος Συκῆ καλεῖται] Ostendit loci descriptio hanc litoris partem *urbe,* vel *vico* caruisse, quum habitationes deleverint homines colendis ficubus dediti. *Mannert.* X, II, 35.

Non reperitur hic locus, neque ullus alius, Catabathmum inter et Panormum apud Ptolem.; sed huic forsan adludit Stephanus : ἔστι καὶ ἑτέρα (Συκῆ πλησίον) Ἀλεξανδρείας.

Γίνονται ὁμοῦ] Hic desse videtur usitata forma οἱ πάντες post γίνονται ὁμοῦ, ut §§. 19, 193, 228. Sæpius in similibus deest γίνονται ante οἱ πάντες ὁμοῦ, ut §§. 51, 56, 83, 123, 142, 208.

Ἕως Πετρεύοντος Συκῆς..] Non idem est locus *Petrans* et *Syce*, quum prior sit 150 stadiis a Catabathmo distans, posterior 30 tantum stadiis. Ibi delendum esse Συκῆς valde censeo. Librarius nempe, nescio quis, quum intervallum daretur ab Alexandria ad locum quo jam devenimus, non satis esse credidit, si legeretur ἕως Πετρεύοντος : quid enim! mox ἀπὸ Συκῆς εἰς Πάνορμον auctor proficiscitur; usque *ad Sycen* pervenire debemus, aiebat ille, dum stadiorum summa ab Alexandria datur; et supra lineam, vel post Πετρεύοντος, adjecit Συκῆς, sive quod substituere vellet Συκῆς in locum Πετρεύοντος, sive quod utrumque inconsiderate conjungeret ceu unum et idem.

Sed ibi notanda causa erroris : quum supra nos deduxerit auctor *a Catabathmo ad Petrantem*, sub finem segmenti statim posuit summam stadiorum ab Alexandria ad Petrantem, quam dare mox §. 34, convenientius debuisset. Quæ perturbatio alteram gignit; proxime enim habemus ΛΟΙΠΟΝ ΜΑΡΜΑΡΙΚΗ, quæ verba post §. 34 collocanda erant : nam Marmarica Ptolemæi incipit tantum a Petrante, et relicta ad orientem Panormo, quæ in *nomo Libyæ* includitur. Minime videtur noster hic a Ptolemæo recedere, dum Scylacis Marmarica (pag. 307) pertingat orientem versus usque ad Apin. Titulus igitur supra male collocatur. Neque est quod conjicias delendum esse ibi Πετρεύοντος, et legendum .. ἕως Συκῆς; nam magnum intervallum ab Alexandria noster non perduxisset numerando ad locum ignotum *Sycen*, sed ad clariorem *Petrantem Magnum*. Sic Scylax pag. 308 : ἐκ Πλύνων εἰς Πέτραντα... πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας.

Hic locus suspicionem mihi movet de titulis in contextu Stadiasmi positis.

Σταδ. ωϛ] Mendosus est numerus; nam supra, §. 19, habuimus 1550 stadia ab Alexandria ad Parætonium; inde sigillatim 804 reperio, id est, 2354 stadia ab Alexandria ad Petrantem, si mendorum suspicionem tollas. Sed longe plura stadia numeranda sunt a Parætonio ad Petrantem; 1381 stadia numerat *Lapie*, et ab Alexandria ad Petrantem circiter 2900.

32. Πάνορμος] Πάνορμος λιμήν Ptolemæo, qui eum etiam in *nomo Libyæ* collocat, nec vero in Marmarica; ad quam divisionem prorsus redit et Stadiasmus. Cf. supra adnot. Solus cum Ptolem. noster hunc portum laudat, ut jam vidit Mannert. l. c. p. 35. Ibi, et mox usque ad §. 36 concordant numeri cum naturâ locorum. — Panormus hod. *Marsah-Soloum*. Cf. *Pacho* l. c. p. 43. — Ὕδωρ ἔχει. Ibi viator supra laud. reperit puteos plures, antiquum opus.

33. Εὐφεὶν] Ceteris, ni fallor, omissus locus. Forsan respondet hodierno *Soliman*. Ibi φάραγξ et ἔσω αἰγιαλός laudantur, id est, ad occidentem promontorii, *asperitates quædam* litoris, quæ navium adpulsum non patiuntur. At simul prope suppetebat statio navibus, ὅρμος: sic Xenophon (Anab. VI, 4, §. 4) in portu *Calpe*, similem αἰγιαλὸν in ipso λιμένι collocat. Cf. ad §. 3. — Mox ὕδωρ γλυκύ; cf. ad §. 12.

34. Ἐπὶ τὸν Πετρῶντα. . . .] Deest numerus, qui stadiis 1100 constare posset.

35. Καρδάμην] Ἀρδανὶς ἄκρον Ptolemæo. Procul dubio adspiratio τῶ A sonum edidit proximum τῷ Κα (*a*); et sequens Καρδαμιώτως, formam in ιν desinentem poscit (Κάρδαμιν): ita ut ad Ἀρδανὶν facile redeamus. Straboni tamen, p. 1195, C, dicitur Ἀρδανάξης, ἄκρα ταπεινή, ὕφορμον ἔχουσα. Forsan ibi rescrib. Ἀρδανάξις, quæ genuina lectio foret, et quam innuit mox vulgatum Καρδαμιώτως Stadiasmi. Hanc formam Ἀρδανάξης mendosam judicat Casaubonus (sic et Mannert. loc. cit. pag. 37) ad Strab. pag. 68, ed. Almel., ubi laudatur portus Menelaus, ὁ κατὰ τὴν Ἀρδανίαν λιμήν. Sed forsan regionis nomen illud est, quo civitatis ipsius nomen aliter desinens, non est damnandum.

36. Μενέλαον] Cujus meminerunt Herodotus, IV, 169, Scylax, p. 308, Strab. p. 68, B. Ptolem. inter loca mediterranea recenset, ut ait Vossius ad Scylacem, pag. 506. De situ conf. Ritter. Geogr. vol. I, p. 953.

37. Ἀπὸ Καταιών] Ptolem. habet Καταιώνιον ἄκρον. Ceterum deficit intervallum a Menelao ad Catæonium. Videtur hic locus, 108 stad. distans a Scyrthanio, esse circa hod. *Kuriat*, et intervallum, prætermissum inde ad Menelaum, esse 230 stadiorum.

Vulgo εἰς Πυρθμάνιον] Rescribendum Σκυρθάνιον, vel Κυρθάνιον. Cf. nostra ad Scylac. pag. 506, fin. — Mox βράχη. Cf. adnot. ad §. 24.

(*a*) Conf. aliquid simile ad §. 84.

Παραπλέει] Quod sæpe præcipit noster circa loca difficilia et abrupta, ubi πλοῦς non est εὐπαρακόμιστος, ut ait Polybius, IV, 44, §. 6, et ubi monendus est nauta ἑρμάτων.... ὑπεξάγειν τὸ σκάφος, ut ait Philostrat. p. 129, B, ed. 1608. Cf. nostrum §§. 45, 56, 135, 153, 154.

38. Ἀντίπυργον] Habet Scylax, p. 308, formam Ἀντίπυργος, Ptolemæus Ἀντίπυργος. Vide nostra ad Scylacem, p. 506, 507. Anonymus noster comprobationem adfert Cellario, formam Ἀντίπυργος optanti. Mox enim : νῆσος δ' ἐστι, καὶ κατ' αὐτὴν πύργος. — Stadia 220 recte ibi numerantur. — Hanc stationem, quam θερινόν dicit noster, refert *Pacho*, l. c. p. 48, esse tutam ab omni vento, at non orientem versus. Hic locus hod. *Toubrouk*. — Incertum utrum fanum illud Ammonis in continente, an in ipsa insula fuerit. Ut ut est, magnas ruinas in continentis ora *Pacho* reperit. Si fuerit mox αἰγιαλός in continente, suum non amisit sensum *importuosi loci* : cf. ad §. 3. Ceterum ibi reperit *Pacho*, *un prolongement rocailleux de la côte*.

39. Ἀπὸ τοῦ Μικροῦ Πετρ.] Hic lacuna. Nam deest ratio intervalli ab Antipyrgo ad Petrantem, fors. stadia 400. Scylax, pag. 308, diei dimidiati iter esse ait, apud quem *integram diem* reperire mallem. — Πετρεύων, corrupta lectio Stadiasmi, est Πέτρας ὁ μικρός Scylaci, Πέτρας μικρός Ptolem.

Εἰς τὸν Βάτραχον] Βάτραχος λιμήν Ptolem. Stadia 30 hic bene numerantur. Hoc idem intervallum 2 horis peregit *Pacho*. Cf. l. c. pag. 49. De Batracho portu sic viator idem, l. c. pag. 51 : *Ces marécages sont en été le séjour d'une prodigieuse quantité de grenouilles, qui donnèrent dans l'antiquité leur nom au port.... Une belle source d'eau sulfureuse, nommée AIN EL-GAZAL, forme un ruisseau à quelques pas de ce port.* Noster : ἔχει ὕδωρ πολύ...

40. Vulgo εἰς Σπεδαίαν] Rescribo Πλαταίαν ex Scylace et aliis; et mox §. 41, vulgatum ἀπὸ Πλατίος, primam syllabam vocis genuinam esse Πλα ostendit. Sed locum continentsi intelligendum tradit noster, forsan imperite, quum Platæa insula sit apud omnes. Cf. not. ad Scylac. pag. 508. Sed potuit continentis ora insulæ obposita, hoc nomen usurpare : immo in conspectu Platææ Itinerar. Anton. collocat *Papi*, forsan corrupte dictum pro Platæa continentis. — At, si Platæam in continente collocaverit noster, prætermittitne Platæam insulam, hod. *Bomba*, et minime in hoc litore ignobilem! Minime. Bene vidit *Pacho*, l. c. pag. 51, 52, Scylacis *Aëdo-*

niam (pag. 308), esse insulam illam quam reperit juxta *Batrachum* portum et Petrantem parvum, et *Platæam* ejusdem esse hodiernam *Bomba*. Sed noster prætermisit insulam juxta Batrachum sitam, Aëdoniam Scylacis, et quum devenerit ad Platæam (in litore insidentem), ibi *Sidoniam* suam (corrupte forsan dictam pro *Aëdoniam*) collocasse, eamdem ac *Platæam insulam* Scylacis, hod. *Bomba*. Hanc confusionem aperte ostendit, quod insulam nullam juxta Batrachum posuerit noster §. 39, et stadiis 250 (verius 150) peractis a Batracho ad Platæam suam, ibi *Sidoniæ* meminerit, 30 *stadiis* (a Platæa) *distantis*; et revera, stadia 150 nos deducunt a Batracho portu ad litoris locum obversum hodiernæ *Bomba*, et ab insula illa 30 stadiis distantem. Considerandum est insuper Sidoniam nostri jacere πρὸς τῷ πλάγει, quod minime repugnat a vero, si hod. *Bomba* intelligas, sed non convenit alteri insulæ juxta Batrachum portum proxime adjacenti. Nullam insulam *Platæam* laudat Ptolemæus, sed *Aëdonin* ultimam ad occident. in hoc litore: valde crediderim *Aëdonin* Ptolemæi esse hod. *Bomba*, ut apud nostrum. Ex his omnibus conjicerem, Platæam Herodoti et Scylacis in hod. *Bomba* quærendam esse, sed apud recentiores *Aëdoniam* nomen fuisse antiquæ Platææ, et de hod. Bomba esse intelligendum. Cui conjecturæ ansam præbet *Pacho* ipse, dicendo (l. c. p. 52) insulam *Bomba* ad orientem Cyrenes solam fuisse, quæ habitari diu potuerit. Quum duarum una tantum sine intermissione habitata fuerit, nomen Aëdonia in illam transiit; et illud veri similius foret, si locus continentis quidam *Platæa* dictus fuit. Sic non falluntur Mannertus, l. c. X, II, 39, neque *Pacho*, dum Platæam volunt esse hod. *Bomba*; sed distinguenda erat geographiæ historica ratio. In hoc tamen alucinatur Mannertus, quod apud nostrum crediderit excidisse nomen insulæ cujusdam post ἀπὸ σταδίων λ'..., quod Πλαταία fuisset; sed, ni fallor ego, rem aliter, nec pejus composui.

εἰς Πλατ. σταδ. σν'.] Non stadia 250, sed 150 aptius numerantur in tab. De quo vid. supr.

Σιδωνία] Habet Scylax p. 308, vulgo Διδωνία, quod, duce Vossio, emendavi in Ἀηδωνία, ex Ptolemæo, cui insula dicitur Ἀηδωνίς. Hæc *Sidonia* nostri est hod. *Bomba*; cf. adnot. supra. Ὕφορμος ibi laudatur, sic ap. Scylac. in insulis Platæa et Aëdonia. Et apta *Bomba* ὑφόρμῳ, quum viderit *Pacho* hanc insulam, *élevant ses flancs escarpés au-dessus des flots*, l. c. p. 51, et mox adjiciat: *Cette île est peut-être la seule de la*

Marmarique qui offre encore de nos jours un bon mouillage. Cf. Ritter. *Erdk.* I, I, p. 954.

41. Εἰς τὸ Παλίουρον] Παλίουρος κώμη Straboni, p. 1195, B, unde Παλίουρος Ptolemæo, qui laudat τὴν ὑπὸ Παλίουρον λίμνην, ἐν ᾗ ἐστι κογχύλιον. Noster quoque ait esse ibi ὕδωρ πλατύ. De quo sic *Pacho*, l. c. p. 52, 53 : *Le lit du torrent (Temmimeh) est large de 30 à 40 mètres.... Des pasteurs me dirent qu'on voyait sur cette partie de la côte quelques traces de ruines* (procul dubio Paliuri vici). — Hic excidit numerus stadiorum, fors. 50 recti itineris, paullo plura præternavigationis.

42. Φαίαν] Ptolem. Φθία λιμήν. Noster portum nullum ibi laudat. Locus ceteris scriptoribus prætermissus. *Mannert.* X, II, 39. — Ibi non stadia 6, sed 70 numeranda, et fort. leg. σταδ'. ξ' pro ϛ'. Ibi noster laudat ὕδωρ συνακτόν; cf. ad §. 27.

43. Τὸν Διόνυσον] Quem prætermittit Ptolem.; sed quum videatur noster hisce ἐντεῦθεν ἀριστερᾷ κατάγου, hunc locum laudare ceu *stationem navalem*, conjicit Mannertus, X, II, 40, hanc stationem esse, quam Strabo, p. 1195, B, vocat λιμένα, et Chersoneso adhærentem facit. Silet Strabo de Phthia, sed Paliurum inter et Chersonesum, *Heracleum fanum* collocat, quod omittunt noster et Ptolem. — Non stad. 6, sed 70, ut supra, numeranda sunt.

Ἐντεῦθεν] Id est forsan, *a Phthia* præcedente, si volueris verbum κατάγεσθαι intelligi de Dionyso. Si contra vox ἐντεῦθεν ex Dionyso navem profectam innuit, vis verbi in sequentem Chersonesum incidat necesse est : sic autem carebit portu Dionysus neque cum Mannerto conjicere poteris Dionysum esse *portum Chersonesi*.

44. Χερρόνησον] Meminit Scylax, p. 308, et Strab. p. 1195, B, Χερσόνησος μεγάλη Ptolem. Hod. *Ras Jathné*, vel *Ras el-Tyn*, vel *Raxatin*. — Stadia 60, non 6, ibi numeranda. Fort. leg. σταδ'. ξ'.

45. Ναζάριν] Ob τὸ ν ex præcedente τὴν perperam sumto. Habet Scylax vulgo Ἀχιλλεὺς, quod rescribit Gronovius Ἀζιρείτης vel Ἀζιλίτης ex Herodoto, IV, 157. Sed laudat etiam Gronovius ex Synesio, formam Ἀζάριον, quæ Ἀζάριν apud nostrum reposcere videtur. Ceterum noster adstruit emendationem Gronovii, quoad *locum* pertinet. Hunc portum Synesius, Epist. IV, p. 164, ed. Morell., vocat λιμενίσκιον (quæ vox deficit in Lex.), i. e. parvum portum *hybernum*, quod prætermisisse nostrum miror, quum accurate θερινοὺς ὑφόρμους designaverit.

Hæc *Azaris* vel *Aziris*, eadem esse videtur ac *Uzalis*, quam laudat Servius ad Æneid. III, 399, et conditam esse ait a Locris Ozolis. De quo vide *Rochett.* l. c. II, 317, 318. Formam Ἄζιλιν habet Callimach. *in Apoll.* vs. 89; vid. ib. Schol. Ἄζιλις κώμη Ptolem. mendose. — Laudat Strabo, p. 1195, B, *duo Zephyria* Naustathmum inter et Chersonesum; forsan respondet secundum Zephyrium vel Darni, vel Azili. — Non stadia 100, sed fere 200 numeranda mihi videntur a Chersoneso ad Azarin, aut plura quam 150 ab Azari ad Darnin, quum 350 fere sint a Chersoneso ad Darnin. Ut ut est, collocanda est cum Mannerto, X, II, 40, 41, 78, Aziris ad occid. Chersonesi (hod. *Ras el-Tyn*), quamvis Herodotus, IV, 157, hanc urbem adserat esse ἀντίον τῆς νήσου (Platææ, id est, *Bomba*). Scilicet ibi ἀντίον non arctiori sensu intelligendum est, quod diligentem *Pacho* in errorem abripuit de situ *Aziris*; loc. cit. pag. 53. — Laudat noster ποταμὸν μέγαν, et rupes asperas, quibus respondent Herodoti νάπαι τε κάλλισται... καὶ ποταμός.

46. Παταγαῖα] Vox deficit in lexicis τὸ παταγαῖον de litore fluctibus stridentibus percusso. Vertit Mannertus, X, II, p. 79, *brandungen*, gallice *brisans*. Hoc enim litus totum a *Ras el-Tyn* ad *Dernah* asperitatibus montium constat. Ægre crediderim cum Mannerto hæc *Patagæa* esse stationis, *Landungsplatzes*, nomen.

Εἰς Ζαρινὴν] Recte vidit Mannertus, l. c. p. 78, mendose legi ap. Ptolem. Δάρδανις pro Δάρνις; vera namque illa lectio est, ad quam facile reduci potest Ζαρινήν. Scilicet Δ et Ζ pronuntiando facile confunduntur, et iotacismus reliqua peregit. Stadia 150 hic bene forsan numerantur; conf. tamen supra.

47. Ζεφύριον] Strab. p. 1195, B: (Ad occid. Naustathmi) τὸ Ζεφύριον, πρόσορμον ἔχον. Ζεφύριον ἄκρον Ptol. Non 150, sed 200 stadia, immo forsan 250 desiderarem a Zarine ad Zephyrium.

Δικαιία] Estne corrupte pro Δικαία? Conjiciendumne Διπλασία, vel Δικεφαλία? Vertit Mannertus, loc. cit. pag. 80: *mit gedoppeltem Vorsprunge.* — Sæpe similia loca μπικέφαλα describit anonymus Portolanus (laud. infr. p. 538, fin.), ex. gratia, cap. 135, ad occident. Alexandriæ.

48. Χέρσιν] Χέρσις κώμη Ptolom. Stadia 70, recte. — Mox hoc intervallum 10 stad. procul dubio intelligendum est a continente, et fallitur Mannertus, X, II, p. 80, vertendo: *nur 10 Stadien von Chersis abstehend.*

Ἀφροδισίας] Sic Scylax pag. 309: Ἀφροδισίας νῆσος, ὕφορμος. Insula quoque est apud Stephanum. Cf. ibi nostra pag. 510.

Ptolem. Λαιὰ ἡ Ἀφροδίτης νῆσος. — Ὅρμος Stadiasmi est ὕφορμος ap. Scylacem, verius fors.

49. Ἐρυθρόν] Ἐρυθρὸν τόπος Ptolem. Stephanus : Ἐρυθρά· ... ἔστι καὶ Λιβύης ἄλλη. Stadia 6 mendose hic dantur, quod jam vidit Mannert. l. c. leg. ο'(70), vel ξ' (60).

50. Εἰς Ναύσταθμ. σταδ. ο'.] Stadia 70, recte.

Σάλος... ἀνατείνων] *Weite offene Rhede*, ut vertit Mannert. l. c. pag. 80. Ceterum Scylax, p. 309, habet Ναύσταθμος λιμήν, Ptolem. Ναύσταθμον λιμήν. Excidit igitur λιμένα, aut intelligendum est; immo portum πάνορμον, id est, quem omni tempore adire licet. Nam Scylax, p. 309, postquam laudavit *Naustathmum*, et *portum Cyrenes* (Apolloniam), adjicit : εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ λιμένες πάνορμοι. De qua voce vid. nostra ad §. 3. — Mox ὕδωρ ἐν τῇ ἄμμῳ; cf. ad §. 12.

51. Ἀπολλωνίαν] Laudata urbs Ptolem. Stephanus : Ἀπολλωνία... πόλις Λιβύης. Scylax, p. 309, laudat tantum λιμένα τὸν Κυρήνης, quod mox ait esse πάνορμον. Cf. ad §. 50 et ad §. 3. — Stadia 120 ibi bene numerantur.

Στάδ. ,γφν'.] Id est, 3550; qui numerus sat bene quadrat cum locorum natura. Sigillatim, sed mendose et cum lacunis numerorum, habet noster 2442 a Parætonio ad Apolloniadem (804 a Parætonio ad Petrantem Ficum, et 1638 inde ad Apollon.). In hoc eodem intervallo *Lapie* numerat 3895 stadia (1381 a Paræton. ad Petrant., et 2514 inde ad Apollon.). Sic summa Stadiasmi satis redit ad summam, quam sibi composuit *Lapie* ex metiendis intervallis a loco ad locum.

Ἀπολλωνιάδα] Forsan est Ἀπολλωνία urbs, Ἀπολλωνιὰς urbs cum territorio. At potius duplex ibi forma usurpatur.

52. Vulgo Λοιπὸν Κυρήνης] Rescripsi Κυρήνη, quum ubique, §§. 32, 57, 84, 98, 107, 124, 143, 194, 208, 229, in similibus titulis nominativum noster adhibeat post λοιπόν. Malim forsan vulgatam lectionem, ut naturæ locorum convenientiorem; nam pergit, sed non incipit Cyrenaicæ descriptio ad occidentem Apolloniæ. Sed libentius crediderim hunc titulum male collocatum esse, quod non semel reperitur (conf. ad §. 107); et, quum incipiat Ptolemæi *Cyrene regio* jam a Darni, *Zarina* Stadiasmi, forsan non verius ibi discrepat noster a Ptolemæo, quam de Marmaricæ terminis oriental. Cf. nostra ad §. 31. Immo concinit noster cum eodem in ponendis Cyrenaicæ terminis occid. ad Philænorum Aras. Cf. adnot. ad §. 83. De terminis Cyrenaicæ et Marmaricæ ap. varios cf. Mannert. X, II, 40, 41, et *Pacho*, l. c. p. 55.

Φοινικοῦντα] Mendose. Ptolem. Φυκῦς ἄκρον καὶ χωρίον. Scylax, p. 309 : Φυκῦς κόλπος.

Ὁρμίζουσαν ὑπ' ἀπλοῖς] Conjeci κ. ἔχει· ὁρμίζει ἐπ' αὐτὴν τοῖς, vel ὑπὸ τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις. Supra, §. 35 : ὁρμίζει ἐπ' αὐτὴν τοῖς ἄνωθεν ἀνέμοις.

53. Εἰς Ναυσίδα] Ptolem. Αὐσίγδα. Pauciora stadia (106) hic numerantur. Fort. leg. σϛ' (206).

54. Πτολεμαΐδα] Ἐπίσημος Πτολεμαΐς Ptolem. Hod. *Tholometah*, teste viatore diligentiss. *Pacho*.

55. Vulgo Εἰς Τεύχειραν] Scylaci, p. 310, laudatur urbs Τεύχειρα, et Ptolemæo; sed Ταύχειρα Stephano voc. Χερρόνησος, fin., et voc. Ἀρσινόη, ubi pro πόλις Παραιτονίυ Λιβύης, ἡ πρότερον Ταύχειρα, rescripsit Berkel. π. Πενταπόλεως Λιβύης κ. τ. λ. Habet vir doctus nostrum saltem consentientem, quo caruit. — Hod. *Taoukrah ; Bengazi* nonnullis : de hodiernis nominibus Teuchirorum cf. Schlichtorst. *Geogr. Herodot.* pag. 136. — Stadia 250 ubi numerat noster, *leucas* ibi septem reperit *Pacho*.

56. Βερνικίδα] Corrupte pro Βερενίκην Ptolemæi et Stephani. *Hesperis* olim dicta civitas. Sic concinit Scylax, p. 311, ab Hesperidibus initium Syrtis ducendo. Cf. nostra ad §§. 57 et 84, et Casaub. ad Strab. p. 185, Almel. — Ceterum stadia 450, potius quam 350 reperio a Teuchiris ad Berenicen. — πλεύσαντες. . .] Aut legendum κάμψαντι πλεύσαντι σταδ'. ϛ', aut habebimus pravam structuram πλεύσαντες. . . ὄψει, quam a nostro ipso manare facillime judicaverim. — Cf. pag. 502. De voce μελανόν cf. p. 417, et de sensu p. 183. — Πλημαρίοις μικροῖς, ut §§. 85 et 92; de quo vid. supr. p. 417. — σταδ'. αρν', id est 1150. Sigillatim vero 1066 reperio : at 1300 stadia vere esse reperit *Lapie*.

57. Distinguit noster *Cyrenæorum Syrtim* a *Magna Syrti*, §. 84. At mendose, ni fallor, vel inaniter, mox §. 63, legitur iterum Σύρτις Κυρήνης in titulo. — Disertius Strabo, p. 1193, C, et Ptolemæus, *Borion* prom. Syrtis finem faciunt ; sed parum discrepat Anonymus a Strabone et Ptolemæo, quum post laudatam tantum Berenicen, Syrtim Cyrenæorum incipientem depingat. Sunt quidem post Berenicen loca plura, quæ prætermittit Strabo, et quorum meminit Stadiasmus, antequam ad Borium deveniat ; at hæc ratio non erat, cur iterum post Borium collocaretur initium Syrtis. De arctissimo intervallo hic res est ; nec fallitur scriptor ullus, initium Syrtis ponendo juxta locum quemlibet ibi adjacentem. Auctorem

Scylacem, pag. 311, immo et Eratosthenem apud Strab. pag. 185, A, habuit noster, ut Syrtis a Berenice inciperet, quum apud Scylacem incipiat ab Hesperidibus, iisdem ac Berenice urbe, quoad locum spectat. Forsan librarius vidit, vel apud Strabonem, vel apud Ptolem., incipere Syrtim a Borio, et prioris tituli §. 57 oblitus, admonitionem posteriorem adponendam esse credidit. — *Rhinia, Pithum, Theotimæum* et *Halas*, solus laudat noster, quod sciam.

59. Ad Theotimæum stadia 10 circiter, non unum, requirere videtur locorum natura. Fort. leg. σταδ. ια'. — Mox pro ὕπαλος, leg. ὕφαλος, subaud. fors. νῆσος vel πέτρα. Etymol. M.: ὕφαλοι, αἱ ὑπὸ θάλασσαν κεκρυμμέναι πέτραι. Sed legitur apud Ptolem., quamvis de vicino tantum loco, ὕφαλοι ὅρμοι; potest igitur ὅρμος esse ὕφαλος, et fors. apud nostrum referendum est τὸ ὕφαλος ad ὅρμος.

60. Σταδ. ψ'] Mendosum prorsus. — Αἰγιαλός. Hic habet Ptolem. Βρέων αἰγιαλός. Cf. nostra ad §. 3.

61. De Borio, vide nostra ad §. 57.

62. *Cherse* illa, ut ait Mannertus, X, II, p. 111, est Ptolemæi Διάχερσις φρούριον, hod. *Karkora*. — ὅρμος... ἐτησίοις. Cf. ad §. 16.

63. Σύρτις Κυρήνης] Cf. ad §. 57. — *Amastor* ceteris prætermittitur.

64. Ad illud Heracleum respiciunt Stephani verba: Ἡράκλεια, πόλις... Λιβύης. Ptolem. Ἡρακλέυ (leg. Ἡρακλέυς) πύργος. Habet infra noster ἀκρωτήριον... Ἡρακλέυς, quod redit ad *Turrim* Ptolemæi.

65. Δρέπανον] Stephan. voc. Δρεπάνη. Ἔστι καὶ Δρέπανον πόλις Λιβύης. Ptolem. Δρέπανος ἄκρον, sed positum ad occidentem *Diarrhoadis*, ita ut perturbatio sit locorum aut apud Ptolem., aut apud nostrum.

66. Σεραπεῖον] Omissum ceteris, quod sciam.

Ἔχει] Rumpitur hic series orationis, quæ posceret ἔχων. Cf. ad §. 123.

67. Διαρροάδα] Διάρροια λιμὴν Ptolem.

68. Σταδ. α'.] Mendosum forsan. Cf. ad §. 59.

69. Ἀπὸ δὲ τοῦ Σεραπείου] Suæ consuetudinis immemor noster, non ab ultimo dicto loco proficiscitur, sed ad jam præterita redit. Foretne pro Σεραπ. conjiciendum Ἄπιδος vel Ἄπις? Mox ἀλίμενος non est ora *importuosa*, quod solet αἰγιαλός dici apud nostrum, sed *locus portu carens*, ut verti. Sic §. 97.

70. Ἀπὸ τ. Καινοῦ ἐ. τ. Εὐσχοινον] Hæc duo loca in litore

prætermittit Ptolemæus. Habet tamen in mediterr. Καινόπολιν et Ἐχῖνον κώμην. — Mox pro vulg. κυνὸς, rescripsi βουνὸς cum Mannerto, x, II, 112. Hujusmodi βουνὸν laudat Strabo in litore Ciliciæ, pag. 986, A. Quæ vox Eustathio in *Odyss.* p. 680, lin. 37, dicitur βάρβαρος λέξις, λιβυκὴ γάρ. Cf. Valcken. ad Herodot. IV, 158.

71. Ὑφάλων] Ptolem. ὕφαλοι ὅρμοι.

72. Σκοπηλίτην] Fors. Μύσηνος νῆσος Ptolemæi. *Mannert.* l. c. pag. 112, 113. — ὅμοιος ἐλέφαντι. Cf. ad §. 19.

73. Ποντία] Cujus insulæ meminit Ptolemæus, et illa nihil commune habet cum Pontia Scylacis, p. 316, ut recte vidit Vossius ad l. Immo τὸ Ποντία Scylacis emendat Slothouwerus in Δερκωντία. Cf. ad Scylac. pag. 530 et 582. At non duobus stadiis, sed 40 circiter distabat Pontia a continente. Fort. leg. σταδ΄. μ΄. De β et μ confusis cf. ad Scylac. pag. 345 et 554.

74. Ἀπὸ Ποντίας... De constructione illa cf. ad §. 327. — — μεσημβρ. Habent tantum lexica μεσημβρία; Schneiderus excogitat μεσημβρεία, ut primitivam formam τῆ μεσημβρία.

Μαΐα] Γαῖα νῆσος Ptolem. Fort. supr. leg. σταδ΄. ιζ΄.

76. Prætermittit Ptolemæus *Astrochonda* et Crocodilum, et sequentia loca usque ad Automalaca, §. 82.

78. Ἐπὶ Ἀντιδρέπανον] Et revera promontorium illud obversum est prom. *Drepano*, quem laudat noster §§. 65, 66.

80. Τειχέα.] Forma ionica. Cf. Matthiæ *Gr. gr.* §. 119; *Anm.* I, p. 241, ed. 1825.

81. Ἀμμωνὸς quidam locus Ptolemæo collocatur intra duas Syrtes, alienus prorsus ab his Ammonii fontibus.

82. Vulgo Αὐτομαλάκας] Sed finale ς ex sibilanti voce proxima, σταδ΄., procul dubio desumtum est. Stephanus : Αὐτομάλακα; χωρίον Λιβύης. Ptolem. Αὐτομάλαξ. De situ vid. Strab. p. 1193, B, ubi Αὐτόμαλα locus dicitur.

83. Φιλήμων Βωμοὺς] Corrupte pro Φιλαίνων Βωμ., quod habet Strab. p. 1193, B. Scylax, p. 312, et Ptolem. Φιλαίνου Βωμ. Cf. nostra ad Scylac. p. 517.

Κυρηναίων... χώρα] Hic Cyrenæorum limites occidentales collocat noster, sic et Ptolemæus; sed Strabo, pag. 1193, A, paullo ulterius ad occidentem.

Σταδ΄. β΄] Mendose. A Berenice stadia 1580 rectæ navigationis, et 2500 præternavigationis reperit *Lapie.* Ego sigillatim apud nostrum stadia 3652 colligo, sed non sine mendis.

84. Λοιπὸν Σύρτις μεγάλη] Jam vidimus ad §. 57 nostrum distinguere *Cyrenæorum Syrtim* a *Magna Syrti*; et sunt Phi-

laenorum aræ terminus utriusque. Scylax contra, p. 311, *Syrtim* suam nude dictam, incipientem facit *ab Hesperidibus*, iisdem ac *Berenice*, unde incipit Stadiasmi *Syrtis Cyrenæorum*. Ceterum ait Scylax ab Hesperidibus ad intimam sinus partem, id est, ad Philæni Aras, esse iter 3 dierum noctiumque (circiter 3000 stad.). Stadiasmus sigillatim 4578 stadia numerat a Berenice ad Philænorum Aras; nec video cur scripserit Mannertus, X, II, p. 117, hoc intervallum apud nostrum esse 2000 stadiorum. Eratosthenes ap. Strab. p. 185, A, hunc recessum litoris eumdem ait esse 1800 stadiorum. Ego non componerem discrepantias illas, ut Mannertus, dicendo Eratosthenem innuere *rectam navigationem*, Stadiasmum *præternavigationem*. Nam videtur Scylax voce πλοῦς exprimere ipse rectam navigationem, dum 3000 stadia numerat. Conf. *Indic.* in Scylac. p. 593, voc. πλοῦς. Mendosum numerum ap. Strab. esse suspicor; et legendum δισχιλίων ὀκτακοσίων. Sic propior erit scylaceo Eratosthenis numerus, quem intelligemus etiam de *recta navigatione*; nec mirum erit, quod circiter 1500 stadia insuper noster numeraverit, quum litoris asperitates vel minimas sequatur. — Ἀπὸ... Βωμούς. Cf. p. 417.

Φιλίππου ἄκρας] Ἵππου ἄκρα Ptolem. Forsan adspiratio τοῦ ι initialis, Φιππου audienti adtulit, unde Φιλίππου. Cf. ad §. 35, et ad Scymn. vs. 89, supra pag. 337.

85. Τὸν Ἔπηρον] Οἰσποεὶς κώμη Ptolem. mendose. — Φρούριον βαρβάρων. Illud semel reperitur, dum plurima indigenarum φρούρια etiam occurrerent in Libyæ litore. Hic locus prodit exscriptionem aliorum libellorum. Cf. p. 431, init.

86. Ἐπὶ Κόρακα] Vulg. Κόρακι. Ptolem.: Φάραξ κώμη. Mendose, apud utrumque, ait Mannertus l. c. p. 119, quum Strabo, p. 1193, B, veram lectionem nos docet esse Χάραξ.

87. Εὐφραντάς] ὁ Εὐφράντας πύργος Strab. p. 1193, A. Πύργος Εὐφράντα Ptolem.

88. Δυσωπόν] Græcam significationem τοῦ Σαχάζαμα κώμη Ptolemæi noster dedit. *Mannert.* X, II, p. 120.

89. Ἀσπίδα] Strabo, p. 1193, A: Τόπος ἐστὶν Ἀσπίς, ὁ λιμὴν κάλλιστος τῶν ἐν τῇ Σύρτει. Laudatus Ptolemæo. De situ hujus portus hodie dignoscendo cf. Ritter. *Erdkund.* I, p. 932.

90. Ταριχαίαν] Non Ταριχαῖαι, sed Ταριχεῖαι habent Scylax, p. 313, fin., et Strabo, p. 1191, B; Ταριχέαι Stephano. Sunt apud Strabonem *Tarichiæ* insulæ juxta litus Adrymen inter et Thapsum. Hæ nihil commune habent cum *Tarichæis* Stadiasmi. Scylax *Tarichias* collocat ad orientem *Brachionis* id

est, *Meningis* insulæ, a qua distant diei unius itinere. Stadiasmus Tarichæas suas collocat multo orientaliores, etiam in Magna Syrti, nec procul ab Euphranta Turri. Apud Scylacem quid essent *Tarichiæ* parum intellexeram : nunc autem video *Tarichias* Scylacis, pariter ac Stadiasmi, locos esse continentis, ex eo dictos quod *Salinæ* ibi erant, sicut ταριχεῖαι vocantur paludosi loci, ubi Strabo collocat Tarichias, νησία πολλὰ καὶ πυκνά. In ipsissimo loco Tarichæorum Stadiasmi, Strabo, p. 1193, lacum marinum et insulas parvas collocat: Εἰσπλέοντι δὴ τὴν Μεγάλην Σύρτιν (ab occidente) ἐν δεξιᾷ μετὰ τὰς Κεφαλάς, ἔστι λίμνη... ἐκδιδοῦσα εἰς τὸν κόλπον, ἔχουσα νησία καὶ ὕφορμον πρὸ τοῦ στόματος. Hic ὕφορμος Strabonis est Καλυμάχυμα κώμη Ptolemæi. Sed Tarichiæ Scylacis quærendæ sunt circa *Zuchim* (*Zeucharim* Stadiasmi, §. 99), ubi Strabo, pag. 1191 fin., collocat ταριχείας παντοδαπάς, et juxta hod. *Château Bibien*. Cf. *Carte réduite de la Méditerr. Dépôt de la Marine*, 1821. Fallitur Tzschuckius ad Mel. II, not. exeg. p. 655, scribendo Scylacem non multum discrepare a Strabone de situ Tarichiarum. Nunc rescribo ap. Scylac. p. 313, lin. 5, μετὰ Λωτοφάγους καὶ Ταριχείας. Sic desinit apud Scylacem regio Lotophagorum juxta Tarichias; et supra ex his : Κατὰ δὲ ταῦτα... incipere deberet alia divisio orationis, ut titulus ΛΩΤΟΦΑΓΟΙ, p. 312, non plura amplecteretur, quam regionem ipsam Lotophagorum. Etiamnunc (cf. nostra ad Scylac. pag. 521, not. 700) suspicor serius adjecta fuisse hæc ibid. lin. 13 et 14 : Πλοῦς ἀπὸ Ταριχειῶν εἰς τὴν νῆσον, ἡμ. μιᾶς. Nam auctor, qui hanc partem Peripli scripserat, hoc intervallum laudasset supra post μετὰ Λωτοφ. καὶ Ταριχείας, nec quinquies vocem νῆσος sine intermissione iterasset.

91. Ἐπὶ Κεφαλάς] Sic Strab. p. 1192 et 1193, A. Ptolem. Κεφαλαὶ ἄκρον. — Περιφερόμενος. Quæ sequuntur, intelligenda sunt de locis ulterioribus, et Lepti proximis. Silet noster de intervallo a Cephalis ad Leptim Magnam; stadia circiter 650 hic conjici possunt. — De voce Λευκόν, cf. nostra ad Dicæarch. supr. p. 183. — Vulgo Λέπτης. Rescribo Λέπτις et mox Λέπτεως pro Λέπτεων, quod satis jubet vulgata forma vocis, et præsertim noster, qui mox §. 101, fin. habeat ἀπὸ Λέπτεως. Idem correxi in §. 110 et 111. Cf. ad §. 100. Leptim Magnam non prætermittit Ptolem., apud quem pro mendosis Νεάπολις ἡ καὶ Τείπολις, legendum est N. ἡ καὶ Λέπτις. Strabo, p. 1192, init. : Νεάπολις, ἣν καὶ Λέπτιν καλοῦσιν. Scylaci pag. 312 et 313, init. Νέα πόλις dicitur. Hod. *Lebida*. Cf. Ritter. *Erdk.* 1, 1, p. 923

et 926. — Mox σ̄ταδ. δς', id est, 4006 : sed a Philæni aris ad Leptin Magnam, stadia 2300 tantum sigillatim reperio; *Lapie* 2500 stadia numerari posse conjicit.

92. Ἑρμαῖον] Omissus Ptolem. et aliis locus. Videtur Hermæum collocandum esse in prom. ad occid. Leptis, et distante circiter 50 stadiis. Fort. leg. mox σ̄ταδ. με' (45).

93. Ἄφρα] Corrupte pro Γαράφα Ptolemæi, et Γεράφαρα (leg. Γάφαρα) Scylacis, p. 312. Quamvis creberrimæ sint in locorum nominibus hujusmodi transpositiones (cf. ad §. 15), Scylacis formam Γάφαρα optandam esse, duce Harduino, censeo, quam innuit etiam *Gaphra* Plinii, x, 4, et ipsa Ἄφρα Stadiasmi. Apud nostrum librarius quidam sonum τοῦ Γ initialis, audiendo habuit pro adspiratione levi, et scripsit Ἄφ. pro Γάφ. — Stadia 305 a Lepti, sive Neapoli urbe, ad Gaphara numerat noster; Scylax, p. 313, init., *navigationem unius diei* esse tradit. Illud etiam ostendit in generalibus supputationibus tantum, *unius diei navigationem* ap. Scylac. respondere 500 stadiis; sin aliter, nihil absoluti *die itineris* exprimi. Cf. nostra ad Scylac. p. 328, 329 et 334, init.

Ἔστι γὰρ ὁμοία νήσῳ] Hæc respiciunt ad ἔχουσα ἐξ ἑκατέρων...; sin aliter pro Νεόσπορα aliquid desideraretur, cui inesset sensus *insulæ*. Fors. Νησόσπορα. Cf. ad §. 19. — Conjicit Longuevillius ὁμοία κήπῳ.

94. Ἀμαραίαν] Nullus alius loci hujus meminit. *Mannert.*

95. Μεγέρθιν] Fort. *Magradis* Itiner. Anton. pag. 62. *Mannert.* x, 11, 135.

96. Μακαραίαν] Ceteris omissa. *Mannert.* l. c.

97. Σαράθραν] Σαβάθρα Ptolemæi, Ἀβρότονον Scylacis, p. 313, et Strabonis, p. 1192, init. Scylax : Ἀβρότονον πόλις καὶ λιμήν. Apud nostrum est urbs ἀλίμενος, sed σάλον habet : diligentius autem et peritius locorum naturam depingit Stadiasmus, quam Scylax.

98. Ἐπὶ Λοκροὺς] De Locris in Libyam devectis vide Virgil. *Æneid.* xi, 265, et ibi Servium; conf. Rochett. loc. cit. ii, p. 316-318. Minime ibi noster ad Locros Epizephyrios nos transvehit, ut Strabo his verbis, p. 1192, A : ἐντεῦθεν (id est, a Lepti Magna) δ' ἐστὶ δίαρμα ἐπὶ Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίων τετρακισχίλιοι σ̄τάδιοι. Libyæ *vicus* est τὸ Λοκροί.

99. Ζεύχαριν] Ζοῦχις Straboni, p. 1191, fin. Ζεῖθα ἄκρα Ptolemæi. Hanc *Zeucharim*, vel *Zuchim*, forsan apud Scylacem p. 313, lin. 3, dignoscere debuisset Gronovius, potius quam *Œam.* Nam primum Œa est ad orientem Abrotoni, vel Sa-

bathræ, ap. Ptolem. et alios; Gronovius contra eam sic posuit ad occidentem, perperam. Eo potius conjicerem, ἀπὸ δ'. Ἀβροτόνου Ζύχις (vel Ζεύχαρις) ἄκρα· ἀπὸ ταύτης παράπλους ἡμέρας μιᾶς, quod Stadiasmus duos inter locos illos stadia 600 (et recte) numeraverit; hæc 600 stadia bene quadrant cum *unius diei navigatione* Scylacis, dum stadia 800 noster numerat (et 700 vere sunt) a Megerthi ad Sabathram, vel Abrotonum, cujus ad orientem Œam posuisset, si ejus meminisset. Atqui stadia 800, majorem quam diei unius navigationem poscerent. Considerandum insuper *Zuchim* a Strabone proximam collocari ad occidentem Abrotoni, et solam laudari ab initio Syrtis, utpote præcipuam hoc in litore. Ibi sunt Tarichiæ Scylacis (cf. supr. ad §. 90) et ταριχεῖαι παντοδαπαί Strabonis. — Πύργος λιμήν ἐστι. Ibi turris ipsa portus est. Sic §. 311, Ἴασος dicitur πύργος, et nomen portus cujusdam est proprium.

100. Vulgo ἀπὸ Ζεύχαριν] Sive ob repetitionem inconsideratam præcedentis Ζεύχαριν, sive quod librarius hodierno idiomate usurpaverit ἀπό cum acc. casu. Cf. supr. p. 417. — Mox vulgo Γέργην. Rescripsi Γέργιν et mox Γέργιως pro Γεργίων in §. 101 et 103, simili ratione ac in §. 91. Vide ibi not. Conf. Procop. *de Ædif.* VI, 4, et Mannert. X, II, pag. 143. — στάδ. πν'. Mendose. Fere nullus dubito quin rescribendum sit τν'. Stadia enim 350 vere reperiuntur, quibus si adjicias 150 a Gergi ad Meningem, 500 habebis a Zeuchari ad Meningem: illud concinit cum Scylace, p. 313, lin. 13 et 14, a Tarichiis ad hanc insulam *diei unius* navigationem numerante. Supra autem ad §. 99, monstravimus ibidem esse Tarichias Scylacis, ubi Zuchis Strabonis et Zeucharis Stadiasmi. — Πόλις. . . . ἐπὶ νήσῳ, id est, in insulæ parte, quæ continenti imminebat. Sic in §. 274, ubi vid. adnot. — De Meninge insula uberrime tractant Tzschuck. ad Mel. II, not. exeg. pag. 650, et Mannert. X, II, p. 142-145.

101. Βωμὸς Ἡράκλεος (vulg. Ἡρακλέων) μέγιστός κ.] Fors. ἔστι δὲ ἐ. α. βωμὸς μέγιστος· Ἡράκλεος Βωμὸς καλεῖται.

101, fin. Στάδ. ϐτ'] Id est 2300, quod vere reperitur in tab. geogr. Sigillatim ego ex certis numeris 1935 reperio; si §. 100, pro πν', rescribas τν', adjicienda erunt 350, quod summam adferet 2285 stadiorum. Illud minime a summa data discrepat.

102. Εἰς τὴν Ἤπειρον] Videtur hæc *Epirus* civitas fuisse Meningis insulæ imperio addicta, quamvis in continente sita. Sic insulæ Lesbus, Rhodus, et aliæ, suam περαίαν γῆν in opposita parte continentis habebant. Immo aliquid simile innuit

Ptolemæus scribendo : Ἡδάφθα (Κιδιφθὰ Stadiasmi) πόλις κατὰ τὸ πέρας. Hæc civitas κατὰ τὸ πέρας non videtur eadem esse ac *Epirus* Stadiasmi, sed Meningi insulæ addicta, sicut *Epirus*. Ceterum valde suspicor cum Mannerto, l. c. p. 156, Epirum Stadiasmi esse *Epichum* Scylac. p. 313, fin., eo potius quod a Meninge ad hanc *Epichum* Scylax numeret *diei dimidiati* navigationem, noster *stadia 200*. Sic inter se concinunt ambo.

103. Ἀπὸ... Γεργίως] Suspectus locus. Nam postquam noster numeravit a Meninge ad Epirum *stadia 200*, et jam ante 150 a Gergi ad Meningem, vix crediderim illum retro ad Gergim redire, ut inde nos deducat ad locum distantem *a Gergi 180 tantum stadiis*. Ego supra lacunam esse suspicarer, et rescriberem ἀπὸ δὲ τῆς Γιχθέως... Nam Γιχθὶς Ptolemæo est, sed ad occidentem, fateor, *Hedaphthæ*, dum noster suam urbem quamlibet ponere videatur ad orientem *Cidiphthæ* (*Hedaphtæ* Ptolemæi). — Videtur Cidiphthe in conspectu Cercinæ collocanda : plura igitur quam 180 stad. a Gergi ad Cidiphthen numeranda sunt. Fort. 800 stad.

104. Βακάπης] Κάπη Ptolemæi, mendose. Apud utrumque leg. Ταχάπη. Cf. Plin. V, 4, et Mannert. X, II, p. 146. Supra lacuna est intervalli a Cidiphtha ad Tacapen.

Εἰς Νεάπολιν] Diversam a Neapoli illa, quam laudat Ptolem., et cujus meminit noster mox §. 111.

105. Ἀπὸ Ἀχόλης] Ἄχολα Ptolem. Ἀχόλλα Strab. 1188, C. Cf. Mannert. X, II, p. 153, 154. Alipotam Mannertus conjicit eamdem esse ac τὸ Οὐσίλλα Ptolemæi. Has urbes ego ponerem circa *Taphruram* Itinerarii. Hæc *Alipota* forsan est, aut huic proxima urbs, cujus nomen excidit ap. Scylacem, pag. 314, lin. 2. Hic etiam concinit Scylax cum Stadiasmo, de intervallis. Habet Scylax dimidiam diei a Cercine ad *Epichum*, vel *Epirum*, unam diem inde ad.... (fort. *Alipotam*). *Post illam Cercinitis insula*. Noster posuit *Epirum* 200 stadiis a Meninge distantem; quibus adjicienda 180 ad *Cidiphtham* (cf. nostra ad §. 103), 100 ad *Neapolim*, 120 ad Alipotam. Respondent 200 stadia ad Epirum, navigationi dimidiati diei ap. Scylac. et inde *diei unius navigationi*, stadia 400, quæ habet noster usque ad Alipotam : erunt *dies navigationis* hæc stadia 400, quibus quotlibet adjicies ab Alipota ad Cercinem, quam Scylax ipse ponit μετὰ ταύτην, non κατὰ ταύτην (fort. Ἀλιπόταν). Sed fateor totum hunc locum Stadiasmi obscurum esse, quum non proficiscatur auctor *ab urbibus jam ante laudatis* ad ulteriores, pro consuetudine perpetua.

Σπάδ. ψν'.] Ait noster distare Cercinam a Meninge 750 stadiis. Strabo ait *has insulas jacere utrinque ante fauces Syrtis Minoris*, p. 185, A, et p. 1191, C, et in secundo loco, esse τὸ πλάτος τοῦ στόματος ἑξακοσίων, 600 stadiorum. Quomodo autem non mendose Stadiasmus 750 haberet, immo διὰ πόρου, ab insula ad insulam? Fort. rescribendum στάδ. φν' (550).

Ἀπὸ Θίθνης] Forsan aliquid commune habet illa *Thithne* cum *Thena* Itinerarii Anton., et cum *Tinneia*, ad quam Locri delati fuerunt, et quam laudat Servius ad *Æneid.* III, 399. Pro *Tinneia* rescribit Rochettius, l. c. II, 318, *Tindium*, Hellanici auctoritate fretus (ad Dionys. voc. Τίνδιον).

106. Εἰς Θάψον σπάδ. ψ'] Hæc nos cogunt apud Scylac. p. 314, lin. 4, rescribere καὶ μετὰ ταύτην Θάψος, pro κατά, eo magis quod Scylax ipse adjiciat *ab insula Cercinite* (Cercina Stadiasmi et Strabonis) *ad Thapsum prænavigationem esse diei unius et dimidiæ.* Illud sat bene congruit cum 700 stadiis nostri et ejus numerum fulcit.

Νῆσον... πελαγίαν] Scilicet *Lopadusam*. Strabo, p. 1191, B: Θάψος..., καὶ μετὰ (leg. κατὰ) ταύτην νῆσος πελαγία Λοπάδουσα. Cf. Plin. V, 7, et Mannert. X, II, p. 241.

Τὸ Ἰκάρειον πέλαγος] Aliquis forsan suspicabitur legend. τὸ Σικελικὸν πέλ. Nam nusquam, quod sciam, Icarium mare tantum patet ab Asia minori occidentem versus. Strabo, p. 186, B, ait Icarium mare sese extendere μέχρι Ῥόδου καὶ Κρήτης καὶ Κύπρου, sed non ultra Peloponnesum. Strabo contra, p. 185 init.: Τό τε πρὸ τῶν Σύρτεων (πέλαγος),... καὶ αὐταὶ αἱ Σύρτεις, καὶ τὸ Αὐσόνειον μὲν πάλαι, νῦν δὲ... Σικελικόν. Cum his quadraret noster dicendo *has insulas* (Cercinam scilicet et Lopadusam) *cingere Siculum mare.*

107. ΛΟΙΠΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗ.] Titulus prave collocatus. Incipit Phœnicia tantum a §. 119. Immo desideratur Phœniciæ descriptio; nam desinit Phœnicia a Palto (cf. Mannert. VI, I, p. 402 et 449), et *Balaneas Carnamque* tantum laudat noster ad meridiem Palti. Cf. §§. 119, 120.

Εἰς Λέπτιν... στάδ. ϙ'] Laudata Scylaci, p. 314. A Thapso ad Leptin minorem tab. Peut. 8 mill. numerat. Hodierna loci rudera vocantur *Lempta*. Cf. Mann. l. c. p. 242. Hic brevia (βραχέα) etiamnunc reperiuntur.

Καταγωγή] Cf. ad Scymn. vs. 335.

108. Θερμάν] Ceteris omissam. *Mannert.* X, II, p. 242.

109. Ἀκρωτήριον] Fors. Ῥουσπῖνα Ptolemæi, ut jam vidit Mannert. X, II, pag. 243. — Emendationem δύο νησία ex cl.

Hasio accepimus. — Supra ἐπ' αὐτῷ improprie pro ἐφ' ἑαυτῷ.

110. Ἀδραμύτην] Δρ̣ίτης vulgo habet Scylax, p. 314, l. 7; sed mox, p. 315, l. 9, 10; genitiv. Ἀδρύμητος, quod Ἀδρύμης innuit. Ἀδρύμη Straboni, pag. 1191, B, aut potius Ἀδρύμης. De variis vocis formis cf. Tzschuck. ad Mel. 1, not. exeg. p. 178, et Mannert. l. c. Non stadia 40, sed 140 numeranda sunt a Bacchi prom. Leg. igitur σ̓τάδ. ρμ'.

111. Ἐπὶ τ. Ἀσπίδα στάδ. φ'.] Hic numerus, quem rectum judicat Mannertus, X, II, p. 250, pravus est procul dubio; et stadia 850 ego reperire mihi videor. Mox ait noster stadia 200 esse a sinu Neapolis, id est a Neapoli ipsa, ad urbem Aspidem; stadia contra 300 verius forsan numerarentur. Si certum numerum haberemus ab Aspide ad Neapolim, et ab Adrymeto ad Aspidem, illud prodesset ad emendandum locum Scylacis hunccce, p. 315, lin. 10 : παράπλυς δὲ ἀπὸ Ἀδρύμητος ἐπὶ Νέαν πόλιν ἡμερῶν τ' (300), quod emendavit Vossius in ἡμερῶν τριῶν. Nullo autem modo dies navigationis *tres* numerari possunt ab Adrymeto ad Neapolim, ut ait ipse Mannertus, l. c. p. 249; quem vide. Stadia 600 circiter ibi reperio. In generali supputatione respondet scylacea diei præternavigatio 500 stadiis; sed laxiori sensu potuit Scylax scribere ἡμερῶν β'.

Οἷον ἀσπίς] Cf. Strab. p. 1191, A. — Letronnius conjicit περιφερές pro περιφανές, ut sensus et forma τῆς ἀσπίδος prænuntietur.

Παραφαίνων ἐξ εὐ.] Suspectus locus, quem Mannert. l. c. p. 250, sic vertit : *quam versus ita naviga, ut tibi arctus ad sinistram fulgeat.* Sic παραφαίνων intelligit vir doctus activo, ni fallor, sensu, *spectando septentrionem ad sinistram.* Sed illud repugnat ab usu vocis; et insuper vix possunt ii septentrionem habere ad sinistram, qui Aspidem deveniunt. Sed forsan tamen adhibuit noster παραφαίνων hoc sensu et navigantibus id præcipere voluit, ut, relicta Adrymeto, *orientem versus* paullulum recedant, et septentrionem ad sinistram habeant, in altum evecti, antequam ad Aspidem se convertant. Quum autem in conspectu hujus promontorii sunt, recta eum petunt (at non jam septentrionem ad sinistram habentes, sed ad dextram) et jam adspiciunt Aspidem et simul Neapolim ad meridiem Aspidis sitam. Mox igitur legerem ϗ μετ' αὐτὴν Νεάπολις. Nam hic seriem locorum rumpit noster, dum Neapolim ante Aspidem laudare debuisset : sed ab hac serie servanda eum illud deterruit, quod ab Adrymeto litus non sequeretur, sed quasi circuitum depingeret Siciliam versus, unde rursus se convertit

ad Aspidem, prætermissa Neapoli, cujus serius non meminisse non potuit. Si mendum supra subesse credideris, conjiciam, πλέε πρὸς τὴν ἄρκτον, παρατείνων ἐξ εὐωνύμων, naviga *septentrionem versus, paullulum recedendo ex sinistra*, id est, dextram versus (gallice, *en penchant sur la droite*). Sic verbum idem adhibuit noster §. 19: ἀνάτεινον εἰς τὸ πέλαγος.

Καὶ ἐπ' αὐτήν] Fors. μετ' αὐτήν. Vid. supra. Conjicit Longuevillius meus ἐπ' αὐτῇ; gallice, *à la suite de*...

Νεάπολις] Thucydid. VII, 50, laudat Νέαν πόλιν, Καρχηδονιακὸν ἐμπόριον. Sic Νέα πόλις Scylaci, p. 315 (sic enim scribere debuissem ibi lin. 9), Νεάπολις Ptolem., ut Stadiasm.

Ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα στάδ. σ'.] Non 200, sed 300 stadia sunt.

112. Ἐπὶ Θερμά] Fors. *Balnei ad Aquas* tabul. Peuting. Cf. Mannert. l. c. p. 261; sed potius *Hermæum* Scylacis, p. 315. Non stadia 60, sed 180 ibi reperit *Lapie*. Scylax, p. 315, ait esse *præternavigationem diei unius et dimidiati*, id est, 750 circiter stadiorum a Neapoli ad Hermæum. Fere totidem reperio in optimis tab. geographicis, et illud insuper ostendit pauciora stadia ibi apud nostrum dari ab Adrymeto ad Aspidem (500 st.), et a Neapoli ad Aspidem (200).

113. Εἰς Κάρπην] Καρπίς Ptolemæi. Non 160, sed 360 stadia reperiuntur ab Hermæo promontorio ad locum ubi Carpe collocanda videtur.

114. Εἰς Μάξυλαν στάδ. κ'.] Non 20, sed 180 (ρπ') stadia ibi reperit diligentissimus *Lapie*.

115. Γαλάβραντα] Circa *Cutada* fl. Ptolemæi. Stadia 50, et mox 126, vere sunt. — ἀμμώδιον in lexic. non reperitur.

116. De Carthagine uberius Tzschuck. ad Mel. I, not. exeg. p. 174, et Mannert. l. c. p. 264, sqq.

Λιμένα ἔχει] *Cothonem* dictum. De quo vide Strab. p. 1189, B, Appian. *Punic*. §. 96. Cf. Bochart. *Chanaan*, p. 512, sq., Letronnium ad Strab. gallic. interpr. t. V, pag. 472, 473, et Mannert. l. c. p. 272.

Ἐν δὲ τῇ πόλει πύργος] Strabo, p. 1189, B: Κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἡ ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία.

Στάδ. φν'.] Id est, 550. Mendose prorsus. Nam, quamvis aliquid dubii sit in supputatione plurimorum locorum, ait tamen noster (§. 105), summam 750 stadiorum esse a Meninge ad Cercinam; inde sigillatim ad Carthaginem 2120 stadia reperio, id est, a Meninge 2870. Sunt vere 3000 stadia ibi numeranda *rectæ navigationis*.

117. Κάστρα Κορνηλίων] Ptolem. Κορνηλία παρεμβολή. Laudat

Polybius, XIV, 6, τὴν ἄκραν τὴν πρὸς ἕω ἰοῦσι τῆς Ἰτύκης, ἐν ᾗ τὴν παραχειμασίαν ἐποιοῦντο (οἱ Ῥωμαῖοι). Hæc ἄκρα est forsan eadem ac *Castra Cornelii*, eo magis quod locus παραχειμαστικός sit etiam apud nostrum. De quo cf. præfat. nostr. p. 415. Cf. Mannert. X, II, pag. 286. — Deest vox παραχειμαστικός in lexic. — Non stadia 303, sed 203 tantum videntur numerari posse a Carthagine.

118. Οὔτικα] Ἰτύκη Scylax, pag. 317, et Ptolem. Οὐτίκη. Dio Cass. lib. 41, pag. 172, B, lib. 42, fin.; ed. 1606. — A Carthagine ad Cornelii Castra noster 303 stadia habet, sic 327 ad Uticam; sed 203 tantum numerari possunt a Carthagine ad Castra Cornelii, sic 227 a Carthagine ad Uticam. Scylax loc. cit. hoc intervallum ait esse præternavigationem *unius diei*. Cf. ad §. 93. — Vulgo σάλος ἔχει, ut §. 97.

Hic desinit, ut jam vidit Mannertus, X, II, p. 287, Libyæ litoralis descriptio : ad Cœlesyriam transit noster.

119. Εἰς Κάρναν] Mendose Straboni, p. 1093, B, Κάρανος (pro Κάρνος), τὸ ἐπίνειον τῆς Ἀράδου, sed in continente situs portus. Κάρνος Artemidoro apud Stephan. Byzant. voc Κάρνη. *Carne* Plinio, V, 20. Cf. supr. p. 423. Ceterum inconsiderate desilit librarius ab Utica ad Carnum, stadiis 24 tantum numeratis, dum 15000 hoc intervallum constat.

Κοιτ. δὲ ἔχει πλοίοις] Vulgo sic interpungitur κοιτ. δὲ ἔχει· πλοίοις μικρ. ἀσφ. . . . Ceterum videntur illa *cubicula* esse νεώσοικοι, quales depingunt Thucyd. VII, 25, et Diodor. XIV, 42; de quo cf. Hudson. ad Thucyd. VII, 22, et Letronnium, *Essai critiq. sur la topogr. de Syrac.* p. 29, 30. Notandum est, Carnum ἐπίνειον Straboni vocari.

120. Βαλανίας] Sic nonnulli. Sed Strab. pag. 1093, B, Βαλαναία, Ptolem. Βαλαναῖαι. *Valania* Sanuto, *Secret. fidel.* III, part. XIV, cap. 2. Cf. Mannert. VI, I, pag. 401. Balaneæ erant procul dubio *locus*, neque *promontorium* tantummodo: illud forsan causa fuit cur nescio quis suprascripserit ἐπὶ χωρίον, quasi ἐπ' ἀκρωτήριον non satis apte dictum judicaret. Haud alia conjicerem de hisce: . . . . . . εἰς κώμην ἐπ' ἄκραν Ἰαννααίαν §. 149. — Stadia 200 bene numerantur a Carno ad Balaneas.

121. Πάλτον] Laudatus Straboni l. c. Ptolemæoque. Non stadia 6, sed 60 adferre debuisset noster. In pejus etiam ruit §. 123, hoc idem intervallum 200 stadiorum esse scribendo.

122. Βαρχίων] Quid sit, nescio.

123. Σταδ. ς'.] Mendose. Cf. ad §. 121. — Παραπλέοντες mox rumpit seriem orationis, ut §. 122, κάμψαντες, et mox

§. 172. De quo vide præfat. nostram, p. 417. — εἰσελθεῖν pendet ab ὥστε subaud. — A Ptolemaide ad Paltum, non stadia ͵Β (2000), sed 1750 tantum sunt.

124. Κοίλη Συρία] Conjici potest titulum male collocari, et jam incipere Cœlesyriam a Carno §. 119, in quo concineret noster cum Ptolemæo Phœniciam ad merid. Eleutheri includente. Sed forsan vere inde tantum incipit Cœlesyria Stadiasmi, hucusque Phœniciam, quamvis omissam, producentis. Strabo enim, p. 1093, B:... Γάβαλα (Cœlesyriæ civitas)· εἶτ' ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παραλία· Πάλτος.... Sic enim interpungendum. Recte ibi Corayus, p. 182, recepit παραλία ex Bocharto pro vulg. παλαιά. De his terminis cf. Mannert. l. c. VI, 1, p. 402 et 449. Herodotus Phœniciam ceu Syriæ partem septentrionalem depingit, III, 91, nec videtur Syros ullos ponere Ciliciam inter et Phœniciam, cujus terminus est *Posidium* urbs, mox §§. 131, 132, laudata. Scylax, p. 301, 302, Thapsacum amnem habet Phœniciæ terminum ad septentr. Ille pariter ac Herodotus, Phœnices in Syria collocat, et aperte Ciliciæ proximos et συνεχεῖς. Cf. nostra ad Scylac. p. 489, 574 et 623. Si volueris Scylacis geographiam hic ad Herodoti normam componere, erit Thapsacus fl. *Orontes* aliorum; nam *Posidium* illud, Phœniciæ terminus herodoteus, distat tantum Oronte 70 stadiis, quod innuit Stadiasm. §. 137. Sic satis concinent Scylax et Herodotus de Phœniciæ terminis, eo magis quod laxius Herodot. Posidium posuerit ἐπ' οὔροισι, *in finibus Syrorum et Cilicum (a).* Sed quum Scylax videatur Tripolim proximam facere Thapsaco suo, immo quum Cariæ præternavigationem 2 *dierum* esse dicat, Lyciæ *diei et noctis*, Pamphyliæ *diei dimidiati*, Ciliciæ 3 *dierum et 2 noctium (b)*, Thapsacum fl. removendum esse credidi meridiem versus usque ad Tripolim urbem, et dignoscendum esse in *Eleuthero* Ptolemæi. Forsan erravit Scylax, sed videntur ejus verba haud aliter intelligi posse. Apud Xenoph. *Anab.* I, 4, §. 4, *Cersus* fl. dividit *Pylas Ciliciæ et Syriæ.* Sic ille Phœniciam non incipientem a Cilicia facit, sed Syros ponit ad septentr. Phœniciæ *(c)* in quo ceteri postea eum ducem sequuti fuerunt, inter quos Ptolemæus, et noster. Inter recentiores alii forsan *Paltum* Phœniciæ terminum faciunt, ut Stadiasmus noster: alii *Eleutherum* flumen,

(a) Sic Stephan. laud. ad. §. 132.

(b) Perperam apud Scylac. p. 574, init. scripsi: *dierum trium et noctium totidem.*

(c) Illud mox Xenoph. aperte ostendit §§. 5 et 6.

ut ait Strabo, p. 1093, C, inter quos Ptolemæus. — Syriæ terminos septentrionales et Ciliciæ orientales, Strabo, p. 1086, A, B, laxius collocat in Amano monte, sed non in Amanicis Pylis, quo Issus civitas, ad orientem sita Amanicarum Portarum, extra Ciliciam poneretur: idem contra p. 994, collocat ad orientem Issi, τὰς Πύλας λεγομένας, ὅρον Κιλίκων τε καὶ Σύρων. Sed Herodotus, ut supra vidimus, *Posidium* Ciliciæ terminum facit, Xenophon *Cersum* fluvium. Sic latior est Cilicia Herodoti, paullo arctior Xenophontis, et ceterorum, ut Strabonis, Diodori, XVII, 32, Ptolemæi, et Stadiasmi, qui, Amanicis Pylis et Isso in Cilicia inclusis, hujus regionis limites in Ciliciis Portis collocant. De Pylis ibi pluribus, vide mox ad §. 145; de Ciliciæ terminis adi, si lubet, Mannert. VI, II, 50, et Tzschuck. ad Mel. not. exeg. p. 401.

Ἐπὶ χ. Πελλήτων] Forsan Πελλήτας, quis sit hic locus, nescio. — Ἐπὶ λιμένα χειμέρινον. Fort. λίμνην, ob sequens χειμέρινην, et insuper ideo quod foret aliter hic *portus* ἐπ' αἰγιαλῷ, *in litore importuoso*. Nam satis aperte noster hanc vocem cum sensu *importuosi litoris* usque adhibet. Cf. nostra ad §. 3. — Mox vulgo φάραγγα, ut §. 12 vulgo φάραγξ. De qua voce et similibus cf. Ukert. *Geogr. Gr. et Rom.* I, II, pag. 9.

125. Εἰς Τάλβας] Fors. Γάβαλα Ptolemæi et aliorum. Cf. Mannert. l. c. VI, I, p. 449.

126. Ποτ. Πλωτόν] Hic nullum fluvium laudat Ptolem., at supra *Eleutherum* ad meridiem *Balanæorum*; sed omnino diversum a *Ploto*. Fors. *Plotus* erit hod. *Nahr-Chobar*.

127. Ἑξῆς... Λαοδίκεια] Leg. ἐφ' ἧς. Plinius, V, 20: *Promontorium in quo Laodicea*. — Στάδ. σ'. Mendose; nam stadia 100 tantum sunt a fl. *Nahr-Chobar* ad prom. ubi insidebat *Laodicea*: — Στάδ. ο'. Mendose etiam: stadia 170 numeranda sunt. Fort. excidit ρ ante ο'. — Ad Laodiceam 250 st. reperit *Lapie*. De forma ἐπὶ τὰ πρὸς ἠῶ τ. Ἄρκτου, cf. ad §§. 153, 154.

128. Εἰς Ἡράκλειαν] Vulg. Ἡράκλαν. Sed Ἡράκλεια Straboni, p. 1091, B, et Ptolem. Non stadia 20, sed 180 reperire mihi videor, tum ex metiendis tab. geogr., tum ex numeris Stadiasmi sigillatim collectis. Fort. leg. στάδ. ρπ'. Mox iterum a Laodicea proficiscitur noster, ut per loca interposita ad Heracleam nos deducat.

129. Λιμὴν... Λευκός] Prætermissus Straboni, p. 1091, B, Ptolemæo, et ceteris, quod sciam. At Stephanus et Eustath. ad Dionys. vs. 915, contendunt Laodiceam olim dictam fuisse Λευκὴν ἀκτήν; cujus confusionis rationem reddunt Ap-

pianus et noster, si utrumque inter se conferas. Prior enim *de Bell. civ.* IV, 60, laudat Laodiceæ portum quemdam sine nomine: ... καὶ ἐς τὸ πέλαγος ἔχουσα ὅρμον. Hic ille ὅρμος est, quem Stadiasmus vocat Λευκὸν λιμένα. Sic Portus ille Laodiceæ erat, civitatis ἐπὶ Χεῤῥονήσου insidentis; ut ait Appian. De quo sic Tzschuck. ad Mel. not. exeg. p. 389: *Portum hodie obstructum esse limo, præter superiores, adfirmat etiam Volney (Voyage en Syrie),* t. II, p. 131. Nescio ubi hunc portum alii collocent; at Appianum et Stadiasmum sequutus, ego collocarem ad occidentem promontorii *Ziaret.* — Similem Stephani errorem vide supr. p. 502, 503.

130. Πλατείαν] Hunc vicum etiam omittunt omnes. Sed collocandus est, ni fallor, ad septentr. promontorii hod. *Ziaret.*

131. Ἐπ' ἄκραν Πολίαν... στάδ. ρκ'.] Cum hoc numero nos deducit noster ad locum litoris a Laodicea distantem 180 stadiis præternavigationis, et 100 a Posidio. Sed quum in optimis tabulis reperiam promontorium quoddam, 100 stadiis tantum a Posidio distans, conjicio hoc esse promont. Poliam Stadiasmi, et in ipso Polia insidere Heracleam, a qua 100 stadia ait noster ipse esse ad Posidium. Sin aliter lacunam suspicatus fueris esse intervalli a *Polia* ad Heracleam, quod ægre crediderim. Vide mox nostra.

Ἀπὸ Ἡρακλείας... στάδ. ρ'.] In tab. geogr. a Laodicea ad Posidium, 300 stadia circiter reperio: immo auctor Anonymus *Portolani* græci, cap. 126, ed. Venet. 1671, a *Caruzzo* et *Possidi* ad *Ladicia* 30 M. italica, id est, 300 fere stadia, numerat. Noster autem ipse hoc intervallum sic componit: a Laodicea ad Leucum Portum, 30; ad Pasieriam, 30; ad Poliam, 120; mox ab Heraclea ad Posidium, 100; universa 280, quæ parum recedunt a 300, eo magis quod ab Heraclea ad Posidium stad. 100 *rectæ* navigationis numeraverit noster. Hæc nos ad id cogunt, ut locos ibi laudatos in intervallo expresso 280 stad. includamus, neque Heracleam a Polia prom. removeamus. — Si Mannertus hunc Stadiasmum nostrum minus sero cognovisset (cf. supr. pag. 416), non scripsisset VI, 1, 452 (ex d'Anvillio forsan), Heracleam *paucis tantum millibus* a Laodicea distare, dum XX fere sint; neque cum Pocockio Heracleam vidisset in hodierno *Meinta-Burdsche*, quod nimis ad meridiem recedere videtur. — Posidii meminerunt Herodotus, III, 91, Strab. p. 1091, Ptolem., Stephan. Byz. et Plinius, V, 20. Hod. *Bosseda* vel *Possidi.* — τὸν ἐπώνυμον. Cf. ad §. 137.

132. In versione lat. dele inclusum (*Polia*). — Σπίδ. τ'; mendose : nam 1800 stadia fere sunt a Posidio ad Sidonem. — Ὄρος.... Θρόνος non respondet Θεοῦ Προσώπῳ Scylacis, quod 600 circiter stadiis a Sidone distabat, sed forsan monti cuidam 50 stadiis ab urbe illa distanti, orientem et septentrionem versus.

133. Ἀπὸ Σιδωνίας] Forsan per incuriam hoc nomen, ulterioris cujusdam loco posuit. Forsan proficisci debuisset ἀπὸ Ποσειδίου ad Casium. Nam Strabo, pag. 1091, B, scribit contrario ordine : εἶτα τὸ Κάσιον· ἐφεξῆς δὲ Ποσείδιον πολίχνη..... Immo a Posidio ad Casium montem stadia 60 vere sunt. — ὁρίζοντα τὸ Κάσιον improprie pro προσεχῆ τῷ Κασίῳ.

Χαλαδρόπολιν, leg. Χαραδρ.] Mox ἀπὸ Χαλάδρου, quod innuit formam Χάλαδρος, fere ut ap. Anon. Pont. Eux. Φαραγγεία et Φαράγγου πόλις. Plinius, V, 20, laudat *Charadrum*, non mendose, ut ait, Mannertus, VI, 1, 542. Plinius nempe Laodiceam inter et Posidium collocat *Dipolim*, *Heracleam* et *Charadrum*. Dipolim vel Diospolim illam Mannertus vult ex Palæstina perperam illuc transvectam esse, et Charadrum ex Cilicia. Sed, quum Plinius ipse, lib. V, 29, init. habeat in Cilicia occidentali *Laodiceam, adpellatam primum Diospolim*, melius forsan conjiceretur inde civitatem ita sumtam fuisse, ut duo ejus nomina duas urbes confuse efficerent. Sed in primo Plinii loco mss. omnes exhibent *Dipolis*, quod forsan adpositio erat Laodiceæ ipsius, portum habentis, *Leucum* (S. 129), ceu *alteram urbis partem* : potuit Laodicea a quibusdam δίπολις vocari. Forsan quoque hæc Dipolis haud aliena est a loco, quem Stadiasmus vocat Πολίαν, Laodiceam inter et Heracleam. Ut ut est, caret omnino mendo *Charadrus* Plinii, quod vidisset Mannertus, si Stadiasmus noster virum doctum tunc non latuisset. Cf. supra, pag. 416. Sed superest apud Plinium, quod Charadrum videatur ad meridiem Posidii collocasse, dum noster ad septentrionem posuit; nostro potius quam Plinio hic confiderem, et Charadrum ponerem inter prom. *Bosseda* et ostia Orontis. Fors. Charadrus paullulum a mari recedebat, ita ut unus ante, alter post Posidium hunc locum laudare potuerit, haud perperam. — Stadia 60 videntur non mendose scripta, si proficiscaris a *Posidio*.

134. Νῆσον... Μακράν] In d'Anvillii tab. quadam reperio insulam parvam ad ostia Orontis, sed nimis remotam ad

septentr. ut concinat cum numero stadiorum, et descriptione anonymi nostri.

135. Νυμφαῖον] Νυμφαῖον, σπηλαῖόν τι ἱερόν Straboni, p. 1091, B, qui litoralem seriem sic ordinat : Orontis ostia, Nymphæum, Casium montem, et Posidium. Noster videtur stadia 120 numerare a Posidio ad Nymphæum; fere totidem reperio a Posidio ad Orontis ostia, ita ut Nymphæum proximum Oronti ponere cogamur. Strabo illud laxius collocat εἶτα. Cf. adnot. mox.

136. Ἐπὶ.... Ἀντιόχειαν] Dicta Straboni Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, p. 1087. Cujus urbis videtur *Nymphæum* fuisse quasi portus maritimus. Laudat Sanutus, *Secret. fidel.* III, part. XIV, cap. 2, Antiochiam decem millibus italicis recedentem a mari et a portu *Soldy* vel *Sancto Simeone*, quem *Soldinum* vocat in tab. geogr. Forsan fuerat *Nymphæum* fere ubi *Soldinum* Sanuti. Ait noster recedere Orontem ab urbe stadiis 15, Strabo tantum (p. 1090, A) : ῥεῖ δὲ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμός. — Laudat Stadiasmus *emporium* urbis, quia naves usque ad eam adverso fluvio navigarent; ἀνάπλουν... αὐθήμερον, teste Strabone, p. 1090, B. Antiochiam 400 stadiis a mari recedentem facit noster, mendose : videtur Strabonis interpres latinus stadia 120 tantum esse contendere; sed, prava loci lectione semel cum Corayo emendata, ex Seleucia hoc intervallum erit ad Antiochiam, et 40 a Seleucia ad mare. Immo, si Strabo jam dixisset *quot stadiis* Antiochia distet a mari, non adjiceret ἀνάπλουν esse αὐθήμερον. Hunc *anaplum*, non 400, sed 120 stadiorum esse conjicio.

137. Εἰς Σελεύκειαν στάδ. μ'.] Cujus meminit Strabo, p. 994, fin., et pag. 1091, A; immo, pag. 1090, B, testatur cum Stadiasmo eam recedere ab ostiis Orontis σταδίους τετταράκοντα. — Stadia 110 a Posidio ad Seleuciam, recti itineris, forsan non sunt mendosa, sed paullulum arcta pro usurpato stadiorum modulo. — Τὸν ἐπίτομον, adverbialiter, subaud. κατὰ πλοῦν. Sic §§. 131, 167, 208. — Quærenda Seleucia circa hod. *Suedie*, vel *Suveidieh*. Cf. Mannert. VI, 1, 481.

138. Τὰ Γεώργια] Ignotus locus ceteris, quod sciam, nisi corrupta sit lectio. Videtur mendo carere numerus 142. Hic obiter : a Seleucia ad Solos Strabo, p. 994, 995, ait esse rectæ navigationis fere 1000 stadia; nec falso.

139. Vulgo ἐπὶ τῶν Ῥωσσαίων κόλπον] Rescripsi τὸν, ideo quod post ἐπὶ vel εἰς noster locum proximum cum accusativo laudare soleat; mox reposui Ῥωσσαῖον, quum nusquam græce

legatur θάλασσα, vel κόλπος τῶν.. ., sequente ethnico. Hic sinus Ἰσσικός dictus Straboni, p. 994, B, et aliis. — Numerus τ΄ (300) mendosus est; nam stadia 70, vel 80 supersunt, ut pervenias ad Rhossicum prom. Fort. leg. σταδ. π΄. Stadia 300, quæ vulgo sunt, vere reperirentur a Posidio ad Rhossicum prom., sed non rectæ navigationis. Mox stadia 200 rectæ navigationis numerantur a Posidio, non mendose, ni fallor.

140. Ἀπὸ Ῥωσσοῦ Τερδνίας (sic vulgo)] Sic videtur noster cum Ptolemæo *Rhossum* a Rhossica rupe distinguere. Sed Rhossus a promontorio distabat intervallo quovis, quod prætermisit noster. Ego 40 fere stadia suspicatus fuerim, quum 260 stadiis circiter distet Alexandria a Rhossico scopulo, et tab. Peuting. Alexandriam 28 M., id est, 224 fere stadiis distantem fecerit. — Mox adjicit noster mendose distare Myriandrum a Rhosso stadiis 6; incertus est verus numerus: sed quum stadia 120 dederit noster Alexandriam inter et Myriandrum, hæc, si mendo carent, Myriandrum faciunt 140 stadiis a Rhossico promontorio remotam. Sic distaret Myriandrus a Rhosso urbe 100 fere stadiis. Stadia 60 conjicit *Lapie*. Quum Rhossici scopuli et Alexandriæ tantum situs apprime cognitus sit, de locis interjacentibus nihil extra dubitationem adferri potest. — Ceterum civitas *Rhossus* Ῥωσός dicitur Straboni, p. 994, B, sed Ῥωσσός, *ib.* p. 1091, A, et Ptolemæo. Cf. Berkel. ad Stephan. et Mannert. VI, 1, 485, 486. Ceterum *Pieria*, non Ptolemæo *soli*, ut ait Mannert. l. c. p. 483, sed et Straboni ipsi provincia nuncupatur. Habet quidem Strabo, p. 1091:... ἡ Σελεύκεια, καὶ ἡ Πιερία, ὄρος συνεχὲς τῷ Ἀμάνῳ. Sed *Pieria* illa est *regio* simul ac *mons*: si Πιερία non foret χώρη, vocaretur potius τὸ Πιέριον ὄρος. Eodem sensu noster laudat *Rhossum Pieriæ*.

141. Ἀλεξάνδρειαν] Cujus meminit Scymnus *Fragm.* vs 187. *Alexandretta* dicta Sanuto, *Secret. fidel.* III, part. XIV, cap. 2. — Mox pro κατισίου Iriartus rescribit κατ' Ἰσίου. Sed quid hoc sibi vult? Habet Ptolemæus: Ἀλεξάνδρεια ἡ κατὰ Ἴσσον, et tab. Peuting. *Alexandria Catison*, inde subpetit emendatio loci nostri, et situs Alexandriæ juxta Issum ostenditur.

142. Κιλικίας Πύλας] Fors. *Passus Portellæ* Sanuti loc. cit. Hæc stadia 200 ab Alexandria, respondent diei dimidiæ ap. Sanutum. Ibi pro stad. 200, verius 120 præternavigationis numeranda esse conjicit *Lapie*. De variis πύλαις cf. mox ad §. 145. — Mox σταδ. ϐφ΄. Nullo modo stadia 2500 a Pako

reperiri possunt. Ait Leakius in *Journal of a Tour in Asia minor*, p. 208, nostrum multum peccare in datis intervallis, et ex. gr., a Palto ad Cilicias Portas intervallum exprimi plus quam vero duplex. Recte error deprehenditur : stadia 1250 fere esse crediderim.

143. De Ciliciæ terminis vide nostra ad §. 124.

Εἰς τὸ Ἱερόν] Quum retro ab Alexandria noster devenerit ad Cilicias portas (cf. nostra ad §. 145), iter nunc ducitur per mediterranea loca a Ciliciis portis ad latus Alexandriæ quoddam montibus obversum, ubi Hieron, Alexandriæ ipsius pars, forsan stabat. Mox proficiscitur noster ab Hiero ad Issum : illud est quasi ab Alexandria ipsa Issum peteret.

Εἰς τὸν τόπον εἰς πόλιν] Suspicor εἰς τὸν τόπον genuinam esse, lectionem, et quum *Hieron* Alexandriæ ipsius aditus foret, nescio quis illud ipsum exprimere voluerit adjiciendo εἰς πόλιν, quod irrepsit in textum. De termino eundi sic repetito cf. ad §§. 149, 188, 240.

144. Εἰς... Ἀμυσσόν] Procul dubio mendose pro Ἰσσόν. Hæc civitas, τῆς Κιλικίας ἐσχάτη πόλις, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ οἰκουμένη, teste Xenophonte, *Cyrop.* I, 4, secunda Ciliciæ fuit, postquam Alexandria condita fuerit; nam Alexandria intra Cilicias portas inclusa erat. — Issus erat ad merid. Amanicarum Port., neque Mannertum sequar, VI, II, 51, Issum in recentiori *Bayas* collocantem; cf. nostra ad §. 145. — Stad. 700 mendose numerantur ab Hiero, vel Alexandria ad Issum; 90 fere sunt. — Itineraria tamen Issum removent XVI. M. ab Alexandria (cf. Mannert. VI, II, pag. 47, 48), id est, 128 stadiis. — Hic obiter emendandus Strabo, p. 994, Almel., cujus verba sunt : Μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσός, πολίχνιον ὕφορμον ἔχον. Corayus interpungit : Ἰσσὸς πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον, rectius procul dubio; sed leg. omnino Ἰσσ. πολ., ὕφορμον ἔχον, ut supra Αἰγαῖαι πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον.

145. Ἀμμωνιακάς] Leg. Ἀμανικάς. Strabo (pag. 994, Almel.), Ptolem. V, 8 et 15, et Stadiasmus, concinunt in distinguendis duplicibus Pylis. (Cf. supr. §. 142).... Quarum situs apprime recognitus est (a); septentrionalium nempe, id est, *Amanicarum*, inter hod. *Ayas* et *Bayas*, ad septentrionalem partem sinus, ἐν τῷ κοιλοτάτῳ τοῦ κόλπου, ut recte describit Stadiasmus; *meridionalium*, id est, *Ciliciarum*, inter hod. *Bayas* et *Iskenderun*, sed non ubi Pocockius cum aliis recentio-

(a) *Pocock. Trav.* t. II, part. 1, cap. 20. *Kinner's Journal, Asia minor*, pag. 135, &c.

ribus reperit ruinas, vulgo dictas *the Pillars of Jonas.* Immo sunt tertiæ, ab *Iskenderun* in Antiochiæ campum, dictæ *Pass of Beilan*, quas bene distinguit Ptolemæus a duabus aliis, et vocat *Passum Syriæ*... Forsan *Beilan* est corrupte dictum ex Πύλην (vel Πύλαι). *Leakius* in *Journal of a Tour in Asia minor*, pag. 208, 209.

Aliter cum viro diligentissimo *Lapie* locorum seriem compono. Et primum, Amanicæ Pylæ collocari non possunt inter *Ayas* et *Bayas*, quum montibus careat hoc litus. Amanicas portas ponimus ad orientem hodiern. *Bayas*, et Issum ad merid. Amanicarum Port.; Alexandriam cum *Hiero* suo, ad merid. Issi, quod requirit Anonymus. Videtur quidem noster ire recta a Myriandro ad Alexandriam, et silentio prætermittere hod. *Pass of Beilan*: sed illud *præternavigationis* intervallum navigantium gratia exprimitur (quod non vidit Leakius), neque ibi locus erat Portas laudandi. Sed mox ab Alexandria ad Portas retrogradum iter datur, at mediterraneum, et per *Hieron* a Ciliciis Portis ad Issum devenimus. De quo vide nostra ad §. 143. — Strabonis αἱ Πύλαι λεγόμεναι, sunt prorsus *Amanidæ*, quamvis hæreat Casaubonus (p. 994, Almel.). Mannertus, VI, II, 48, not. *c*, ait Strabonis Pylas esse *Syrias* Ptolemæi; sed *Syriæ* Pylæ Ptolemæi, sunt *Ciliciæ* Stadiasmi, hod. *Pass of Beilan*.

146. Εἰς κώμην ἄλλην] Forsan *Cambolon*. tab. Peuting. et aliorum, hod. *Carabolat*. Cf. Mannert. VI, II, p. 56. Sed intervalla ibi data parum intelligo.

Ἀπὸ τ. Μυριάνδρου... σ̕τάδ. ρ′.] A Myriandro trajectum ad vicum supra laud. procul dubio innuit noster. Sed stadia fere 300, non 100, numeranda sunt. — νεροδρομοῦντος. Solet noster similia genitivo absolut. exprimere, ut εὐθυδρομοῦντος §. 147, vel dat. εὐθυδρομοῦντι, ut §§. 127, 148 et 154. Sic adverbialiter illud idem exprimit, συρρέοντων, §§. 139, 209 fors., 245, 251 fors. De qua voce vid. schol. in Eurip. *Med.* vs. 273.

147. Ἀπὸ τῶν ἄλλων] Mendose forsan pro ἀπὸ τῆς ἄλλης (κώμης), cujus meminit §. 146: nisi forte intervallum prætermiserit a vico illo ad Ægæas, et legendum sit ἀπὸ τῶν Πυλῶν.

Αἰγαίας] De formis variis conf. Mannert. VI, II, p. 57. — Stadia 100 mox numerantur a Myriandro ad Ægæas, mendose; nam 300 fere sunt. — De voce εὐθυδρομοῦντος conf. ad §. 146. Ibi minime intelligo hæc, ἐπὶ τῷ πολὺ νότου, in §. 148 iterata.

148. Ἐπὶ.. Σερετίλην] Hæc Seretila, est procul dubio mendose pro *Serrepolis* (cf. Mannert. VI, II, 58. G.), quam ibidem collocat Ptolem. V, 8; eo magis quod mox (§. 149) forma genitiva Σερετίλλεως facile redeat ad Σεῤῥεπόλεως. *Leakius*, loc. cit. pag. 218.

Ibi stadia 150 Anonymi nos deducunt ad hodierna Pyrami ostia, quæ ulterius ad occidentem fuisse innuit noster. Et primum illud conjici facile patitur natura *Camporum Aleiorum* (cf. Strab. p. 993), et aspectus ipse litoris hujus. Si Pyrami ostia ibi olim fuerint, ubi hodie fl. *Ghihun*, quomodo *Januarium promont.* et *Didymas insulas*, collocaveris ad occidentem *Seretillis*, antequam ad Pyrami ostia deveneris! Immo, testantur Artemidorus et noster (cf. ad §. 154) esse stadia 500 a Pyramo ad Solos; stadia autem 700 reperiuntur ab hod. *Ghihun* ad Solos (hod. *Mezetlu*). Si contra antiqua Pyrami ostia posueris circa promontorium hod. *Karadash*, spatium habebis ad collocanda loca ab Ægæis ad *promontorium Pyramo proximum;* stadia 500 habebis a Pyramo ad Solos. Neque sententiæ meæ obstat noster, vicum quemdam Pyramum *supra Seretillim* collocans : debuit enim Pyramus fluere haud procul a Seretilli, et adluere cognominem vicum, qui parum a Seretilli distabat. — Præternavigationem *asperam* ibi esse asserit noster; et reperitur quidem in *Beaufort's South Coast of Asia minor*, hoc litus asperitatibus plenum. Cf. Mannert. VI, II, p. 64. — A Rhoso ad Seretillin stadia 250 rectæ navigationis, non procul a vero numerantur, ipso judice Leakio, loc. cit. p. 218, fin. De voce εὐθυδρομ. cf. ad §. 146.

Κώμη ἐπάνω Πύραμος] Id est, paullulum a mari forsan recedendo; vicus cognominis fluvio. Supra hunc vicum noster montem quemdam, *Parium*, 60 stadiis distantem facit, de quo silent omnes, et Mannertus ipse. — Mox *ἀπὸ σταδ'*. De quo vid. ad §. 10.

149. Εἰς κώμην] Hæc videntur esse scholion marginale, quod in textum irrepsit, et quo admonere voluit librarius hanc ἄκραν esse etiam κώμην. Cf. nostra ad §. 120. — Ibi stadia 1000 (α͵), ut nimia, et stadium unum (α'), ut arctiorem numerum, quivis rejiciat. Quærendum est hoc prom. in intervallo inter hod. *Ghihun* et *Karadash*, ni supra vana fuerit mea conjectura de antiquis Pyrami ostiis. De Januario prom. cf. nostra pag. 419, 420.

150. Διδύμας νήσους] De quibus fere omnes silent. Artemidorus tamen eis adludit ap. Stephan. voc. Διδύμη :... Ἀρτεμι-

ἄκρας δὲ δύο νησία Δίδυμά φησι. Quas reponendas in Ægæo mari et circa Scyrum insulam, male credidit Berkelius, p. 302. Nempe eum latuit hic Stadiasmus noster, qui lucem alteri loco Stephani ejusdem voc. Δίδυμα, adfert: εἰσὶ δὲ δύο νησίδια πρὸς τῇ Σύρῳ (leg. πρὸς τῇ Συρίᾳ vel Σύρων γῇ); neque adjecisset Berkel. p. 301, *de situ omnes silent*, neque emendasset pag. seq. πρὸς τῇ Σκύρῳ. Has *Didymas* prætermittunt Cellarius, Mannertusque.

Ceterum non semel hic concinit noster cum Artemidoro, unde plura forsan sumsit. Mox ad §. 154, auctor laudatur a Strabone Artemidorus, de numero stadiorum, quem exhibet noster quoque a Pyramo ad Solos. Et §. 119, quum *Carni* meminerit noster, Artemidorus unus est eorum, qui hanc adpellationem adhibuisse reperiuntur. Sed noster, §. 187, Ciliciæ terminum Coracesium faciendo, recedit ab Artemidoro ap. Strab. p. 986, C, cujus Cilicia a Celenderi incipit. Ceterum floruit Artemidorus 100 fere annis ante Christum, et dux esse potuit scribendæ compagis geographicæ, quam Straboni anteriorem esse in præfatione nostra suspicati fuimus.

151. Μάλλον] De qua vide nostra ad Scylac. p. 487. Adde, quod Mannertus, VI, II, 59 - 61, Scylacem erroris insimulaverit, scribentem pag. 301, navigatione sursum in Pyramo fluvio facta, ad Mallum naves devenire, εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμόν, dum fluvio perveniant non ad Mallum, sed ad urbem Adanam. Immo Ptolemæus collocat Mallum 2 mill. ad orientem fluvii, et idem innuit Strabo, pag. 993. Laudat tamen vir cl. Melam, I, 13: *Pyramus Mallum præterfluit;* sed vult ille utriusque verba intelligi, quasi naves pervenirent ad *Margasa,* emporium Malli urbis. Hæc satis ingeniosa, parum probat Tzschuk. ad Mel. I, not. exeg. p. 405, at nihil ipse concludit. Sed nemini forsan veterum exprobrandus est error. Mallus ita a Pyramo distabat, ut alii eam fluvio proximam, alii ab eo recedentem dicere potuerint, eo magis, quod, ut ait Mannertus, portum in fluvio ipso urbs haberet. — Stadia 100 esse a Didymis ad Mallum, facilius intelligas, si ostia Pyrami et insulas Didymas collocaveris circa hod. *Karadasch.* Cf. nostra ad §. 148.

152. Ἀντιόχειαν ἐπὶ Πύραμον...] Quam laudat etiam Stephanus: Ἀντιόχεια... ἕκτη, Κιλικίας, ἐπὶ τῷ Πυράμῳ; sed nullus alius, ut ait Mannertus l. c. p. 61. Ceterum de scribendi forma ἐπὶ Πύραμον cf. p. 418, init.—Minime distare potuit 150 stadiis Mallus a Pyramo: fort. leg. σταδ. ν'.

153. Vulgo Ἐπὶ τὴν Ἰωνίαν] Rescripsi γωνίαν, fere ut Herodotus adhibet τὴν γωνίην Σινιακόν, IV, 99; cf. adnot. ad loc. De sensu vario vocis γωνία cf. cl. Hasium in *Bulletin univ. des scienc. hist.*, août 1827, p. 142, ... Ceterum nescio quot stadiis distaret hoc promontorium ab ostiis Pyrami, quem laxius noster collocat περὶ τὸ ἀκρωτήριον. Videntur perpauca subaudienda esse, quum mox proficiscatur noster ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆ Πυράμου.

Ἔπειτα πρὸς ἀνατολήν] Obscura hæc sunt: non potest πρὸς ἀνατολὴν respicere ad ipsum iter a Rhossica rupe ad Antiochiam. Si fuerint olim Pyrami ostia circa hod. *Karadash*, forsan respicerent hæc verba ad navigationem sursum factam per fluvium a mari ad Antiochiam. Forsan navigantes præmonet noster, ut circa Pyrami ostia, *versus orientem* paullulum deflectant, et a læva, id est, ab occidente, caveant. Vide num melius sit rescribere ἐπὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν τῆς ἠπείρου, *versus partes continentis ad orientem jacentes.* Nam mox, §. 154, habemus similem scribendi formam, ἐπὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη τῆς ἄρκτου, quod in priori loco induceret me ad conjiciendum ἐπὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν (subaud. μέρη) τῆς ἑσπέρας (pro ἠπείρου), si aliquid perspicui micaret ex his tenebris. Ut ut est, ἠπείρου vix pendere potest a νότῳ. — Mox rescrib. μικρὸν διαφυλάσσου, vel μικρῷ διαφ., ut mox μικρῷ παρέλκων. Ceterum habet noster φυλάσσου §§. 18 et 56, διαφυλάττου §. 287, de quo vide præf. nostr. p. 415. Conjicit Longuevillius διαφυλασσομένῳ. De voce νότῳ vide mox nostra.

Στάδ. τν'] Ait Leakius, l. c. pag. 218, fin., stadia 350 vere reperiri posse a Rhossico Scopulo, hod. *Cape Hanzir*, ad Antiochiam Pyramo insidentem. Mannertus, VI, II, 63, hunc transitum fieri vult a Rhossica rupe ad ostia Pyrami, quod facilius intelligerem, sed quod repugnat ab Anonymi verbis. Ut ut est, uterque trajectum intelligit a Rhossica rupe ad hod. *Ghikun* ostia. Stadia 350 plura sunt, quam ut concinant cum Mannerti sententia; pauciora, si usque ad Antiochiam via qualibet cum Leakio pervenias. Sed, fateor equidem, magis etiam augendus erit numerus, si Pyrami ostia mecum transposueris.

154. Vulgo εἰς Σώλυς] Rescribo Σόλυς, o brevi, ut §. 158 et 160. Habet et vulgo Σωλ. §. 295.

Ἐπὶ τὰ π. ἑ. μ. τῆς ἄρκτυ] Unde pendet ἄρκτυ? Intelligisne πρὸς ἑσπέραν τῆς ἄρκτυ, quasi gallice diceretur *ouest-nord-ouest*? Illud satis rediret ad formam ἐπὶ τὰ πρὸς νότον τῆς ἄρκτυ, §. 123. Vox νότῳ ibi absolute usurpatur, ut λευκονότῳ §. 127, de quo vide nostra ad §. 16.

Μικρῷ παρέλκας] Hæc ab ἐπὶ τὰ... usque ad παρέλκας, quasi per parenthesim præcipiuntur, et rumpunt seriem orationis, de quo jam dixi p. 417. Fort. leg. πάρελκε; nam imperativa forma gaudet noster: cf. ad §. 13.

Σταδ. φ'.] Sic Artemidorus ap. Strab. pag. 993, A: φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος, ἀπὸ τοῦ Πυράμου (a Pyramo) εἰς Σόλους εὐθυπλοίᾳ σταδίους εἶναι πεντακοσίους. Ait Leakius, l. c. p. 217, illud vero proximum esse, sed in tabula Leakii, 700 stadia reperio a Pyrami ostiis ad Solos. Ut stadia 500 vere numerari possint, vide quomodo rem composuerim ad §. 148. — De Artemidoro cf. nostra ad §. 150.

Ἀπὸ τῆς Κεφαλῆς] Locus idem, quem supra Ἰωνίαν, vel Κέφαλον corrupte dicit noster.

Ποταμ. Ἄρειον] Fort. Ἀλήϊον, ex *Campo Aleio* Strabonis, p. 993; vid. ibi interprett.: vel potius mendose pro Σάρον. Nam videtur hic fluvius esse omnino Sarus aliorum. Sed minime distare potest Sarus a Pyramo 120 tantum stadiis, at stadia 500 sunt ab hod. Ghihun, et 300 forent a loco, ubi Pyrami ostia reposuerim. Videntur stadia 70 vel hod. numerari posse a Saro ad Cydnum, in tab. Leakii, si ostia utriusque fluvii paullulum abscondita in continente intelligas, ita ut circum promont. ibi medium navigatio fiat. — Silet Strabo de Saro in descriptione Ciliciæ, p. 993; sed eum per transennam laudat p. 809, C.

155. Ῥηγμοί] Cujus ostii paludis non meminit Ptolemæus: sed videtur Strabo, p. 990, init., huc respicere his verbis:... καὶ τοῦ Κύδνου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ῥῆγμα καλούμενον· ἔστι δὲ λιμνάζων τόπος..., εἰς ὃν ἐμπίπτει ὁ Κύδνος...: Conf. Mannert. VI, II, 65.

156. Εἰς Ταρσὸν σταδ. ο'] Non 70, sed 5 tantum stadiis Strabo, p. 990, B (vol. III, pag. 62, Coray), ait distare Tarsum ab ostiis Cydni. Forsan intelligit Strabo intervallum ab urbe ad initium paludis, quæ Cydnum recipit, Stadiasmus *os* ipsum paludis, remotius ad meridiem et versus mare. Sic haberent hi paludosi loci 65 stadia a septentr. ad meridiem. Tarsum a mari stad. 100 distantem facit Leakius in tab.

Κύδνος] Hod. *Tersus-Tshai*. (Cf. Strab. p. 990, init. et fin. Almel. G.). Haud fluit amplius per urbem mediam fluvius, sed ad orientem. *Leakius*, l. c. p. 214, fin.

Quum in Leakii tabula stadia 100 reperiam ab hod. *Tersus* ad mare, sed 70 tantum a Tarso antiqua, apud nostrum, conjiciendum est novam urbem ab antiqua paullulum recessisse

ad septentrionem, aut saltem hos campos latius versus mare patere.

157. Ζεφύριον] (Laudatum Scylaci, Strab. p. 988, C, et Ptolem. cf. Mannert. VI, II, 66, 67, G.) Quærendum est hoc prom. in loco prominente inter Solorum ruinas et ostia Cydni, sito juxta ostia fl. hod. *Mersin*. (Recte. G.) Ceterum concinit cum Hierocle Stadiasmus dicendo Zephyrium esse non tantum prom., sed et *castellum*. *Leakius*, l. c. p. 214.

Ibi Cydnum inter et Solos prætermittit noster *Anchialen*, cujus meminit Strabo, p. 988, C, sed *paullulum a mari recedentis*, et portu carentis. De quo conf. Mannert. VI, II, 66. Nil igitur mirum, quod de illa sileant Scylax et noster.

158. Ἀπὸ δὲ Σόλων] Hic excidit mentio intervalli a Zephyrio ad Solos, stadia 40 circiter.—Haud potest Calanthiæ situs reperiri, et numerus Stadiasmi, 50 stad., dubitationem effugere, nisi seriem locorum ulteriorem cognoveris, et intervallum a Solis ad Corycum. Ait noster, §. 160, stadia 280 esse a Solis ad Corycum: at quid Corycum intelligendum sit! Hunc numerum non recedere a vero judicat Leakius, l. c. p. 213, sed a Solis ad prom. circa hod. insulam *Korghos*. Noster autem distinguit *Corycum vicum* et *Corycium promontorium*: vult Mannertus, VI, II, p. 76, hoc promontorium situm ad meridiem Coryci urbis, respondere *Zephyrio* prom. Ptolemæi. Sed Mannertus videtur Corycum urbem collocare, ubi Leakius collocat et urbem et promontorium simul, id est, circa hod. insulam *Korghos*, et promontorium Anonymi ulterius ponere ad meridiem. Ut ut est, stadia 280 numerat Anonymus *ad Corycum vicum, non ad promontorium*. Si hunc vicum posueris circa hod. *Korghos*, numerus mendo caret, sed plura menda erunt in numeris sigillatim datis, et stadia 170 tantum reperies a Solis ad Corycum (a Solis ad Calanthiam 50, ad Eleuntem 100, ad Corycum 20); et hæc causa fuit cur conjecerit Leakius mendosum numerum adferri, vel a Solis ad Calanthiam, vel a Calanthia ad Elæussam. Ceterum adjicit ille carere hæc loca ruderibus conspicuis, quibus Calanthiæ situs dignoscatur. Si autem seriem litoralem, duce nostro, secutus fueris, a Solis distabit Calanthia 50 stadiis, Elæussa 150, et *Corycus vicus* 170 (non 280, ut scribit mox Anonymus). Nil obstat quin fuerit *Corycus vicus*, distans 100 stadiis a promontorio ubi Strabo et alii collocant *inclytum antrum*, sed ad septentrionem hujus promont., nec vero ad meridiem, quod voluit Mannertus. Quomodo enim ad meridiem tot loca posueris promont. Corycum inter et Calycadni

ostia! Cujus rei curam parum habuit Mannertus. Inde consequitur, aut stadia 50 vere numerari posse a Solis ad Calanthiam, et 100 a Calanthia ad Elæussam, sed 280 minime ferri posse a Solis ad Corycum; aut, incerta esse intervalla locorum mediorum, si 280 vere sunt a Solis ad *Corycum vicum*. — Silet ibi noster de fluvio *Lamo*, quem Strabo p. 988, A, et Ptolem. laudant Solos inter et Sebasten; at Strabo et Ptolem. prætermittunt Calanthiam. Antiquitatem redolet hoc nomen Calanthia, quod minime apud recentiores reperitur; et forsan Calanthia tantum deleta, vicus circa Lami ostia, aut primum conditus fuit, aut crevit. Vide nunc an recte Gronovius Λάτμος pro Ἔρημος apud Scylac. p. 301, l. 2, excogitaverit. — Silet Mannertus de Calanthia VI, II, 69, ubi ejus meminisse debuisset. — Solorum rudera vide in *Beaufort's Karamania*, p. 240.

159. Ἐλαοῦντα] Rescribit Iriartus Ἐλαιῶνα; sed vulgatæ lectioni propius est Ἐλαιοῦντα. Quæ civitas Ἐλαιοῦσσα dicitur Straboni, p. 987, D, Stephano et ceteris. Interdum mutatur nominum propriorum genus; sic habet Scylax, pag. 321, Σολόεσσαν ἄκραν, et mox Σολόεντος ἄκρας. — Eleusa hod. *Aiash.*

160. Ἀπὸ Σεψαούσης] Forsan liceret conjicere Ἐλαιούσης ob præcedens τὸ Ἐλαιοῦντα. Sed rectius, me judice, putat Leakius, l. c. pag. 207, reducendum esse Σεψαούσης ad Σεβαστῆς Ptolemæi. Fuit enim *Sebaste*, recentius nomen Elæussæ. Stephan. Byz.: Ἐλαιοῦσσα..., ἡ νῦν Σεβαστή. Sic antiquæ adpellationi recentiorem nescio quis adhibuerit. De quo vide supr. p. 419.

Εἰς κώμην] Vicus est apud nostrum urbs inclyta Oppiano dicta *Halieut.* III, 208; de quo vide Mannert. VI, II, 73, 74. Sed valde suspicor *vicum* Stadiasmi 100 stadiis ad septentr. recedere a recentiorum *Coryco urbe*. Cf. nostra supra.

Εἰς Κώρυκον· σταδ. σπ′] Supra ad §. 158, ostendi hunc numerum mendo quidem carere, si deveniatur usque ad hod. insulam *Korghos*, sed non ad *vicum Corycum* nostri. Ibi igitur ρπ′ rescriberem, nisi valde conjicerem hæc, ἀπὸ δὲ Σ. εἰς Κώρ. σταδ. σπ′, forsan serius adjecta fuisse a librario quodam, cujus ætate vicus et promontorium confundebantur.

Ὑπὲρ ὤν...] Hic ὑπὲρ significat *ulterius*, ut ap. Scymn. Chium vs. 617. Interdum sensum exprimit a litore recedendi mediterranea versus loca, ut ἄνω, ἄνωθεν. Conf. ad Scymn. fragm. vs. 99. — Promontorium illud Corycium idem esse videtur ac Κωρύκιον ἄντρον Strabonis, p. 987, C, de quo uberius Mela, I, 13, §. 3; cf. ibi Tzschuck. not. exeg. p. 413. Plinius, V, 27: *Juxtaque mare Corycos, eodem nomine oppidum*

et portus et specus. Illud *juxta* Plinii, *20 stadiis* respondet ap. Strab.—Ait Leakius, loc. cit. p. 212, Corycum suum hucusque nomen servare *Korghas*, at non promontorium amplius esse, sed *insulam*, in qua castellum.

161. Καλὸν Κορακήσιον] Prætermissum ceteris. Sic recedit ab aliis noster in describendo hoc litore : et videntur antiquitatis indicia esse, 1.° Calanthia vicus ; 2.° *Coryeus vicus*, 100 stadiis a promontorio distans ; 3.° *Calum* illud *Coracesium*, quod reponi potest circa Zephyrium Ptolemæi, vel cum Leakio, l. c. p. 212, fin., in hod. *Pershendi*.—Stadia 125 numerat noster a Corycio prom. ad Coracesium, ubi incogitans Mannertus, loc. cit. pag. 77, stadia 25 tantum vidit. Sed scatent ibi errores in numeris, ut ait Leakius, l. c. p. 213, init. : nam vix stadia 100 sunt Corycium prom. inter et Calycadni ostia : ibi autem Anonymus sigillatim 215 numerat.

161 *. Ποικίλην] Cf. Strab. p. 987, B, qui describit etiam κλίμακα nostram iter ad Seleuciam. Mox pro vulg. ἐπὶ Λίνου, recte rescribit Leakius Καλυκάδνου, ex Strab. p. 986, C. Seleuciæ ruinas reperit *Beaufort* in dextro litore fluvii.—Stadia 70 nostri nimia esse videntur. Cf. supra.

162. Καλόδιον] Stephan. voc. Ὑρία : . . . ὁ Καλύκαδνος, ὃν Καλυδνόν τινες καλοῦσιν. Secundam formam nescio quis inseruerit, utpote mediæ ætatis.—Stadia 40 cum Anonymo reperit Leakius, l. c. p. 211, et Pœcilen Petram collocat in recessu hod. *Pershendi*.

163. Vulgo Σαρπεδονίαν] Leg. Σαρπηδ. — Hoc prom. mire concinit cum *longo* et *arenoso* promontorio *Lissan el-Kahpeh*. *Leakius*, loc. cit. pag. 203.

Recte, meo judicio. Cf. Beaufort, *South coast of Asia minor*, ubi accurate depingitur natura locorum, sed perperam inditur *Sarpedon* nomen hodierno *cape Cavaliere*.

Vulgo ἀνατείνον τὰ βρ.] Rescribo uno tenore ἀνατείνοντα : nam utitur hoc verbo noster de locis prominentibus. Conf. §§. 19 et 50.

Νεωπάνου] Quid sit, nescio. Fors. οὐρανόπανον, ut §. 139. Ceterum de situ obverso Carpasiæ concinit Strabo, p. 1001, B : κεῖται δὲ (Καρπασία) κατὰ τὴν ἄκραν Σαρπηδόνα. Noster 400 stadia numerat a Sarpedone ad Carpasiam Cypri, sed 300 tantum ab Anemurio ad prom. Crommyum, utpote propius. Stadia 500 vere sunt ad Carpasiam, 437 ad Crommyum.

164. Vulgo εἰς Σόλους] Contextus clamat εἰς Ὀλμούς, quod

jam vidit Leakius, loc. cit. pag. 202. De qua urbe vid. Strab. pag. 986, C. Hanc laudat quoque Scylax, pag. 301, init., sed non amplius Ptolemæus, utpote forsan, crescente Seleucia, deletam. De Holmis sic Leakius, loc. cit. p. 205, 206: « Concinit Stadiasmus cum Strabone et Plinio, Holmos collocando in primo loco ad occidentem prom. Sarpedonis, et Plinius Stadiasmum adstruit collocando Mylas, Holmos inter et Aphrodisiadem. Forsan hodiernus *Aghaliman*, portus urbis *Selefke.* » Cf. *Beaufort*, tab. laud.

165. Vulgo Ἀπὸ... ὁρμῶν] Rescripsi Ὀλμῶν.

Μύλας] Qui locus, peninsula hic dictus, apte respondet promontorio *Cavaliere*, quod continenti per arctissimum isthmum jungitur. Ait Beaufort se ibi nulla antiquitatis vestigia reperisse; scilicet in bellis sub crucis signo susceptis, nonnulla horum litorum loca recentioribus ædificiis tecta fuerunt, et antiquæ ruinæ latuerunt. Quorum bellatorum commorationem ibi testantur hodierna nomina *Cavaliere* et *Provençal.* — *Leakius*, loc. cit. pag. 205.

Fallitur Leakius Mylas collocando in prom. hod. *Cavaliere*; nos non tam procul ad occidentem deduxerunt 40 stadia anonymi ab Holmis. Mylæ reponendæ sunt in abrupto quodam loco Holmos inter et insulam Pityussam (hod. *Manavat*).

166. Νησούλιον] Mihi videntur majora intervalla exprimi a Mylis ad Nesulium, a Nesulio ad Philæam, et a Philæa ad Pityusam, quam ut hæc contineri possint inter Holmos (*Aghaliman*) et insulam Pityussam (*Manavat*); nec video quomodo series locorum componi possit. — Ceterum vocem ἐπιπνεῖαν explanat mox noster, §. 168, proximam Pityusam laudando.

167. Φιλαίαν] Omittunt ceteri. Mox a Mylis 900 stadia numerat noster; 80 tantum sunt.

168. Πιτυοῦσαν] Laudatur hæc insula in *Actt. S. Barnabæ.* Cf. Wesseling. not. p. 708. *Mannert*, VI, II, pag. 81.

Insula hod. *Provençal*; Turcis dicta *Menavat.* — *Leakius*, loc. cit. pag. 209.

Mendosum numerum affert noster; nam 130 stadiis, sed 30 verius a Philæa distare potest Pityusa. — Hæc *Cherrhonesus* πρὸς τὴν Μύλη (sic), et distans a Pityusa 20 stad., diversa est ab ἄκραις supra laudatis, et forsan spectabat versus *Mylas*, quod vere reperio ibi in promontorio quodam; cf. Leakii tabulam geogr.

169. Ἀπὸ τῶν ἀκρῶν] Id est, ab occidentali parte insulæ.

Ἀφροδισιάδα.] Quærenda hæc insula, aut in promontorio, aut juxta prom. hodiernum *Aphrodisias*, vicinum prom. Aulioni Cypri. *Leakius*.

Ego contra Aphrodisiadem ponerem in hod. portu *Cavaliere*, ad orientem prom. *Cavaliere*. Illud poscunt, tum stadia 45, quæ numerat noster a Pityusa ad Aphrodisiadem, tum iter factum versus Zephyrium, *ad sinistram habendo Pityusam*. Hæc minime intelligi possunt, nisi Aphrodisias fuerit hod. *Porto Cavaliere*, et mox prom. Zephyrium hod. *Capo Cavaliere*. — De Aphrodisiade vide nostra ad Scylac. p. 486.

170. Ζεφύριον] De quo vide supra.

Ἀπὸ τῦ Ζ. ἐπ' ἄκρ.... Ἀφροδ...] Hæc videntur esse mera repetitio marginalis: at non ita. Nam quum insideret Aphrodisias urbs in isthmo quodam, illam adpropinquabant utrimque navigantes, et illa relicta ab oriente ad meridiem, promontorium legebant, et iterum a meridie ad septentrionem, 40 stadiis, ad latus urbis occidentale deveniebant.

Ἐπὶ τὴν κα... δ̓ῖθιν, σ?δ. ρκ'] Locus fœdatus. Ceterum stadia, non 120, sed 180, reperias a Sarpedone ad Aphrodisiadem. Mox stadia 500 recte numerantur ab Aphrodisiade ad Cyprum. — De Ciphiso silent omnes.

171. Ἀπὸ Μέλανος] Videtur hic esse fluvius hodiernus, qui exit in intimam partem sinus *Papadula*. — *Leakius*, loc. cit. pag. 206.

At magis occidentem versus recedit hic fluvius, quam ut sequentia loca contineantur cum intervallis datis, usque ad Pisurgia. Seriem locorum Stadiasmi, et intervalla intelligerem, si exiret Melas inter hod. *Capo Cavaliere*, et promont. alterum proximum insulæ *Papadoulo*; sic promont. *Crauni* collocaretur juxta *Papadoulo*. — Silet noster de intervallo a Ciphiso ad Melanem, quod 40 stadiorum forsan foret.

Ἐπὶ... Κραύνυς] De quo prom. silent omnes. Vide supra.

172. Πισούργια] Forsan collocanda ad occident. hodiernæ *Papadoulo*. — Κράμβουσα. Hod. *Papadoula*, quod recte scribit Leakius in sua tabula. — Mox stadia 120 summatim numerat noster ab Aphrodisiade ad Pisurgia, non mendose, si rectam navigationem intelligas. Sin aliter, paullo plura numeranda forent. Nam, §. 170 fin., habet noster ab Aphrodisiade ad Ciphisum 35 stad. (a Ciphiso ad Melanem stadiorum numerus excidit, quem 40 esse conjecimus); a Melane ad Craunos 40; et tandem a Craunis ad Pisurgia 45. Sic, stadia 120 colliguntur, vel prætermisso intervallo quolibet a Ciphiso ad

Melanem, unde summa adaugeretur. Intelligenda igitur navigatio ibi recta.

173. Βερνίκην] Hunc sinum cum Leakio collocarem ad occidentem promontorii cujusdam, et ad orientem hod. *Kilindria*.

174. Ἀπὸ Κιλινδήρεως] Non exprimit noster intervallum a sinu Bernice ad Celenderim, forsan quia Bernice nomen erat sinus patentis ad orientem portus Celenderis. *Leakius*, loc. cit. pag. 202.

Μανδάνην] Primo adspectu, vix dubitatur quin Mandane illa eadem sit ac Melania Strabonis (p. 986). Anonymi tamen *stadia 7* Mandanen collocant proxime ad orientem Posidii (hod. *Kizliman*); reperit tamen Beaufort (loc. cit. p. 200) antiqua vestigia 3 millibus tantum ad occidentem Celenderis (id est satis ulterius ad orientem a Kizliman); sic dubium est utrum mendosum sit intervallum Stadiasmi, an diversa sit Mandane a Melania Strabonis. *Leakius*, l. c. p. 202.

Sed potius ego Mandanen quærerem, ubi Arsinoen collocant Strabo, pag. 986, B, Ptolem., et Stephanus. Hanc prætermittere noster non potuit, quum insuper, in §. 293, laudaverit Ἀρσινόην τῆς Κιλικίας. Reperio Mannertum, VI, II, 84, illud idem conjicientem. Forsan quoque aliquid commune habet hæc Μανδάνη cum *Myanda* Plinii, V, 27, et cum mendoso Μυοῦς Scylacis, p. 301, init. Scylax enim illud ponit proxime ad occidentem Celenderis, sicut ac Stadiasmus collocat Mandanen suam. Nonnulli mss. ap. Plin. pro *Myanda* habent *Mysanda*, quod Scylacis Μυῦς lectioni propius est. Quum recte viderit Mannertus, loc. cit. p. 82, Arsinoen sub romana tantum ditione ita vocari potuisse, forsan Μυάνδη, aut aliquid simile, priscum nomen fuit, et utrumque Stadiasmus adhibuit, priscum ibi, novum §. 292, ex recentiori manu. — Mandanem ponerem juxta fluvium exeuntem ad orientem prom. hod. *Kizliman*.

175. Ποσείδιον] Hoc promont. Scylaci laudatum (p. 300), hod. dicitur *Cape Kizliman*, Anemurium inter et Celenderim situm. Concinunt Stadiasmi intervalla cum locorum natura. *Leakius*, loc. cit. p. 201.

Ego *stadia 47* potius legi mallem, nam plura quam 107 stadia sunt a *Kilindria* ad *Kizliman*.

Διονυσιφάνους] Ex intervallis Stadiasmi videtur hic locus idem esse ac Arsinoe Strabonis, Plinii, Stephani, Ptolemæi; hod. *Sokhta-Kalesi*, aut reponendus in monte juxta *Sokhta-Kalesi*. — *Leakius*, loc. cit. p. 202.

Vide nostra ad §. 174. Quum noster collocet Dionysiphanem, 50 stadiis ab Arymagdo, hod. *Direk-ondasi,* distantem, stadia plura quam 30 numerari debent, ut Dionysiphanem deveniamus. Immo valde suspicor oscitantem librarium scripsisse in posteriore loco ἀπὸ Μανδάνης, pro ἀπὸ Πιτυίδος; et pro σταδ. λ', legendum π' (80). — De forma genuina vocis Διονυσιφάνης, nescio quid conjiciam: forsan in utroque loco genitivus ille casus pendet ab omissa voce quadam.

176. Εἰς Ῥυγμάνης] Forsan corrupte pro Ἀρυμάγδου. Arymagdus fluvius, quem collocat Ptolemæus Anemurium inter et Arsinoen, idem esse videtur ac Lalassis, quem Plinius, V, 27, depingit fluentem ab Isauria ad mare, quo Anemurium adluitur. Hic fluvius hod. *Direk-Ondasi.* — *Leakius*, l. c. p. 201.

178. Ἐπὶ Κράμμα... σταδ. τ'] Non 300, sed 350 numerat Strabo, pag. 986, B. Sed neuter recte: nam stadia 450 vere sunt. Plin. (lib. V, c. 31), 50 M. habet. Mox Stadiasmus, §. 201, ait distare Anemurium ab Acamante 700 stadiis; rectius ibi.

Σταδ. π'] Mendosus numerus (quod jam vidit Mannert. VI, II, p. 85: stad. 90 vere sunt. G.) — Reperis *Beaufort* (loc. cit. p. 186), a Selinunte ad *Anamur*, litus ubique asperum, duobus tantum vallibus et duobus torrentibus interruptum esse; quorum prior est *Kharadra*, alter est in medio itinere inter *Kharadra* et *Anamur*. Prior respondet Charadro Stadiasmi, posterior Platanunti. Intervallum a Platanunte, tum ad Charadrum, tum ad Anemurium, est stadiorum 150 (pro 350). *Leakius*, loc. cit. p. 200.

Fallitur Leakius de intervallis: 60 stadia fere tantum sunt ab Anemurio ad Platanuntem, et inde 90 ad Charadrum.

179. Χάραδρον] Cf. nostra ad Scylac. p. 485.

Σταδ. π'] Cf. supra.

Ἄνδροκος] Strabo, pag. 986, B: ὑπέρκειται δ' ὄρος Ἄνδρικλος (al. Ἄδρικος), καὶ παράπλους τραχὺς, Πλατανοῦς καλούμενος. Ibi mendum esse suspicor; nam non solet παράπλους ullus proprio nomine donari. Est locus, vel urbs apud nostrum *Platanus*; haud aliter eam habuit procul dubio Strabo. Ceterum, ni fallor, respicit hoc nomen Ἄνδροκος, vel Ἄνδρικλος ad Heroem Σάνδοκον, vel Σάνδακον Apollodori, III, 14, 3, ὃς ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν, πόλιν ἔκτισε Κελένδεριν.

180. Κράγον χωρίον] Cf. Mannert. VI, II, pag. 84, 89. — Ad Cragum non 100, sed 80 stadia reperire mihi videor.

181. Ζεφυρίας] Fort. Ζεφύριον, corrupte pro Νεφελίς Ptolemæi et Livii, XXXIII, cap. 20. G. — Hic silet noster de Syedra

et Hamaxia; sed cetera nomina eadem sunt et in eodem ordine ac apud Strabonem, adjecto tamen promontorio Nesiazusa, cujus nullus meminit alius, et promontorio Nepheli, de quo conf. Livius, XXXIII, 20 : *Nephelida, promontorium Ciliciæ*. Videtur Nephelis, ex numero Stadiasmi esse promontorium 2 vel 3 millibus distans a Crago, occidentem versus. At si ita erit, perperam Ptolemæus inseruit Nephelim Antiochiam inter et Anemurium. *Leakius*, p. 199.

Ptolemæi seriem secutus est *Beaufort*, et Nephelim ex conjectura posuit inter Cragum et Charadrum. Sed forsan Antiochia paullulum recedebat a mari, ita ut ab occidente procedenti, vel ante vel post promontorium Nephelim, laudari potuerit. Videtur noster Cragum ceu *locum* tantum habere, et illius Zephelium vel Nephelim, *promontorium* Livio dictum, asperrimam partem Cragi montis esse : aut, si Cragum *locum* et *montem* simul intellexit, Nephelis erit promontorium aliud ejusdem montis.

182. Νησιάζουσαν] Hoc promontorium, ceteris prætermissum, reperio, 80 stadiis peractis, haud multum a Selinunte remotum. Cf. Leakii tabulam.

183. Σελινοῦντα] Corrupte pro Σελινοῦντα. Cujus urbis et promontorii situm ære repræsentatum reperias in *Beaufort's Karamania or descript. of As. min.* London, 1817. Sunt ruinæ in sinistro litore fluvii. — Hæc stadia 100, quæ ibi numerantur, bene forent, a Crago monte; sed a Nesiazusa stadia 25 tantum sunt.

184. Σταδ. ας'.] Hunc numerum adstruit Strabo, p. 1000, C, his verbis : ὁ δ' Ἀνεμοῦρος... ἐγγυτάτω μὲν πρὸς Σελινοῦντα... ἐν διάρματι σταδίων χιλίων. Sed stadia 800 tantum reperio.

185. Ἀπὸ.... Ἀνεμούριον] Puto legendum omnino Σελινοῦντος, si Nauli fuerint locus continentis. At conjici potest Ναύλους (fort. Γαύλους, ex navigiis quibusdam phœniciis illuc adpellere solitis; cf. nostra ad Scylac. p. 542, et Letronn. ad Dicuil. p. 126, 127), fuisse insulam quamdam in intervallo a Cypro ad Selinuntem.

186. Vulgo Λάερτον] Recte Leakius Λάερτον. Straboni Λαέρτης, pag. 986, A; Ptolem. V, 5, Λαέρτη, urbs mediterranea. Stadia 320 ibi numerari non possunt, quum vel a Selinunte 160 tantum sint.

187. Κορακήσιον] Hodie *Alaya*. De quo vide Leakium, pag. 197. Videtur numerus ρ' esse vero proximus.

188. Ἀνάξιον] Quamvis intervalla ruinarum inter Corace-

sium et *Karaburna* repertarum *(a)*, non satis concordent cum duobus locis (Anaxio et Augis) in Stadiasmo memoratis, pronus forem ad collocandum Anaxium in orientalibus ruinis, et Augas in occidentalibus, id est, in promontorio quodam. Videtur Stadiasmus innuere Anaxium non fuisse in litore, et portum ejus fuisse Aunesim dictum, quod mire concinit cum ruinis vicinis hodiernæ *Alaya.* Valde suspicor Anaxium Peripli eamdem esse ac Hamaxiam Strabonis, et geographum perperam posuisse hanc urbem ad orientem Coracesii. *Leakius*, loc. cit. p. 197. Cf. *ib.* p. 198, not. 23.

De forma dicendi εἰς Αὔ. ἐπὶ χ. cf. ad §. 143.

189. Αὐγάς] Locus omissus ceteris, sed reponendus circa Ptolemaïdem. Intervalla ibi recte exprimi videntur.

190. Λευκόθειον] Quem locum haud absimilem a *Leucolla* Plinii, V, 27, judicaverim cum Mannerto, VI, II, 122, et Leakio, loc. cit. p. 196. Quum autem hod. *Cape Karaburnu* in hoc litore maxime promineat, videtur Leakio esse *Leucotheus* Stadiasmi, quamvis nomini hodierno sensum *nigri loci*, antiquo *albi loci* inesse reperiamus (cf. adnot. mox). Concinit enim situs *Karaburnu* cum intervallis Stadiasmi (quæ ibi carere mendis *Lapie* etiam judicat) ; et bene ratio redditur 200 stadiorum a Coracesio ad Leucotheum *(Karaburnu)*.

191. Εἰς Κυβέρνας] Corrupte pro Κιβύραν. Habent Scylax, pag. 300, et Ptolem. τὰ Κίβυρα. Non civitatem ipsam laudat Strabo, pag. 983, fin., sed Κιβυρατῶν παραλίαν τῶν Μικρῶν. Inde conjicit Mannertus, loc. cit., hanc urbem Strabonis ætate jam non amplius exstitisse; de quo vid. præf. nostram, §. 13, pag. 424. At quum, non *urbem* ipsam, sed *litus Cibyratarum Minorum*, Strabo collocaverit Siden inter et Melanis ostia, dum noster (nec immerito) Cibyram posuerit ad orientem Melanis, Strabo forsan non errore damnandus, quod vult Leakius, loc. cit. p. 196, quasi seriem geographicam aperte læderet geographus. *Vix credamus*, ait ille, *alienum territorium interpositum fuisse Siden inter, civitatem inclytam, et fluvium Melanem, ab ea 4 millibus tantum distantem.* Sed, quamvis desideretur rei ratio historica, potuit Cibyratarum litus dictum non mendose tunc produci usque ad occidentem Melanis fluvii. Ut ut est, recte videtur Leakius conjicere Cibyræ vestigia hæc esse, quæ *Capt. Beaufort* vidit

(a) Cf. *Beaufort* tab. laud. *Leake* Anaxium collocat, ubi *Beaufort* Laerten ; et Augas, ubi *Beaufort* posuit Ptolemaidem.

in colle quodam octo millibus distante ad orient. Melanis, et quatuor ad occid. prom. *Karaburnu*.

Potuit nomen Κίβυρα, immo potius Κυβέρνα, quale refert corrupte noster, ansam præbuisse formandæ vocis hodiernæ *Karaburnu*, promontorii proximi. Forsan quoque nomen Μέλανος, id est, *Nigri* fluvii, ad vicinum prom. transiit; nam idem sonat *Caraburnu*, ac prom. *Nigrum*.

192. Ἀρτέμιδος ναόν] Cujus templi nullus alius meminit. Strabo laudat ibi *Minervæ fanum*, sed quod Sides urbis esse ait. Noster contra suum *Dianæ templum* distans facit a Melane 9 stadiis, et a Side 59 stadiis ad orientem. Inclytum autem erat juxta Pergen Dianæ fanum, cujus meminerunt Strabo, pag. 983, C, et Mela, I, 14, ubi vid. Tzschuck. not. exeg. p. 432; potuit hoc nostrum ex altero ob viciniam ortum esse.

193. Vulgo Μέλανον; leg. Μέλανα] Hod. *Menavgat-Su*. Strabo, p. 984, init., Zosimus, V, 16, et Mela, I, 14, Melanem ponunt laxius *juxta Siden*, ad orientem; distantem facit a Side noster 50 stadiis; atqui hoc idem intervallum vere reperitur a ruderibus Sides ad ostia fluvii *Menavgat*. *Leakius*, loc. cit. p. 196.

Nullam stationem navalem laudat noster ad ostia Melanis fluvii, quem πλωτόν, *navigabilem*, tantum vocat, quasi sursum navigantibus emporium aliquod obvium foret. Strabo contra: εἶθ' ὁ Μέλας ποταμὸς, καὶ ὕφορμος. Nescio an satis præruptum ibi foret litus, ut subjaceret ὕφορμος (cf. ad §. 3): si autem fuerit humile, legendum forsan apud Strab. καὶ ἔφορμος.

Στάδ. δν'] Plura quam 4050 sigillatim noster numeravit.

194. ΛΟΙΠΟΝ ΠΑΜΦΥΛΙΑ.] Cf. Præf. in Stadias. §. XIX, pag. 428, 429.

De variis Pamphyliæ et Ciliciæ terminis dixi ad Scylac. p. 483, nec me pudet horum nonnulla emendare. Haud perperam, ni fallor, conjeci Pamphyliam Hecatæi incipere a Nagido, id est, forsan ab Anemurio prom., et hujus regionis terminum occidentalem esse Melanem fluvium apud Strabonem, et Stadiasmum; sed non adjicere debuissem *Ptolemæum*, quippe qui vel Syedram in Pamphylia includat. Nec me pœnitet Scylacis Pamphyliam a Melane, etsi omisso, incipientem facere, in quo Straboni et Stadiasmo præfuit. Notavi hanc regionem Pomponii ævo *(a)* iterum duxisse initium ab

(a) Nam legendum est ibi lin. 28: *ab Anemurio, dum Mela viveret*; et mox: *qui videtur Coracesium cum Ptolemæo....*

Anemurio : apud Ptolemæum a Syedra, *apud nonnullos* a Celenderi, ut ait Plinius, V, 27, et tandem a Coracesio apud Hieroclem et alios quosdam recentiores.

Σίδην] De situ ruderum hujus urbis cf. Leakium, loc. cit. pag. 195, 196. Sic ille : « Quamvis ea sit Turcorum imperitia, ut Siden vocaverint *Eski Adalia* (Veterem Attaliam), haud ignotum tamen erat verum Sides nomen 150 abhinc annos, apud *Hadji Khalfa*. Græci *Perges* ruinas vocant Παλαιὰν Ἀτάλειαν. »

195. Εἰς Ἀττάλειαν] Inserta hæc videntur, aut saltem sunt extra consuetudinem scribendi perpetuam, quum serius, §. 202, Ataliam vere primum deveniamus. Ceterum stadia 350 haud recedunt a vero.

196. Εἰς τὸ Ἐμπόριον] Nescio quale sit emporium illud, quo stadiis 300 ab Atalia deveniebant.

Εἰς Σίδην στάδ. ν'] Intervallum litorale reposcit numerum υ' (400), quod parum recedit a vulgato ν'. Forsan ab Iriarto ipso error manavit.

Εἰς τὸν Ἀκαμ. στάδ. ϛυ'] Mendose. Strabo, p. 1000, C, ait ab Acamante ad Siden esse 1600 stadia : ego 1280 reperio.

Σελεύκειαν] Fallitur Mannertus, loc. cit. VI, II, 124, dicendo hanc urbem ignotam esse ceteris. De qua tamen haud pauca scripserunt Steph. ad voc., et Ammian. Marcell. XIV, 8, neque silent Ptolemæus et Plinius, V, 27. — Conjicit Leakius, loc. cit. p. 195, Seleuciam fuisse portum Syllii urbis, de qua vide nostra ad Scylac. p. 483. Seleuciam tamen ipsam mediterraneis locis adscribit Ptolemæus ; sed illam olim ad mare fuisse testatur Plinius loc. cit. Potuit tunc locus ille *Hormia* dictus, Syllii portus esse. — Apud Stephan. non ita liquet pro Σελ., πόλις ἐπὶ Κιλικίᾳ Τραχείᾳ λεγομένῃ, legendum esse Τραχεία λεγομένη recto casu, ut præcipit Holsten. in Stephan. pag. 286, 287. Ait ille Seleuciam ita cognominandam esse *ex Ptolemæo ;* sed meminit ibi Ptolem. Κιλικίας Τραχείας tantum, immo mox Seleuciam expresse in Pamphylia collocat. Auctor erit igitur Ptolemæus, quo duce, legamus apud Stephanum : . . . ἐπὶ Κιλικίᾳ, Τραχεία λεγομένη. Potuit hæc civitas a Plinio *Tracheotis*, ab Epiphanio Τραχεία cognominari, sed non ita a Stephano. Fallitur aperte Holstenius, loc. c. p. 287, init., dicendo : *certum est sitam fuisse in Cilicia.* Scribendi forma ἐπὶ Κιλικίᾳ apud Steph. non significat *in Cilicia,* sed potius in aditu Ciliciæ, quasi diceret Seleuciam sitam esse circa terminos Ciliciæ et Pamphyliæ. Cf. nostra ad Scymn. vs. 152,

supr. p. 344. — Ceterum ibi Leakius nulla rudera reperit, et mendose stadia 80 (non 100, ut scribit Mannertus) numerari suspicatur. Si Seleuciam posueris ad ostia fluvii, cui insidebat Syllium, stadia 80 vere sunt; sed mox 100 stadia minime numerari possunt a Seleucia ad Eurymedontem. Stadia 150 tantum vere sunt a Side ad Eurymedontem, et suspectus est aut prior (80), aut posterior numerus (100).

197. Εὐρυμέδοντα] Hod. *Kapri-Su;* sic dictus ex antiqua urbe *Capria.* — *Leakius,* l. c. p. 194.

De stadiorum ibi numero vide supra.

198. Ἀπὸ Κυνοσβρίας] Locus ignotus. Deest mentio intervalli ab Eurymedonte.

Κέστρον] Hic ille fluvius est, quem Kœlherus reperit duabus horis distantem a *Stavros,* occid. versus. *Leakius,* l. c. p. 194.

Strabo pag. 983, C, ait anaplum ad Pergen esse 60 stadiorum.

199. Ἐπὶ Ῥυσκόποδα] Deest numerus, sed minimus ille : nam stadia 50 sunt a Rhuscopode ad Catarrhactas, et non multo plura sunt in geogr. tab. Cestrum inter et Catarrhacten. Silent ceteri, quod sciam, de Rhuscopode.

200. Μάσουραι] Videtur *Masura* Stadiasmi et Μάσυδος Scylacis (p. 299), et Μάσυλος Ptolemæi, idem esse locus ac *Magydus.* Cf. Mannert. VI, II, pag. 128. Conjungit Scylax pariter Μάγυδ. καὶ ποταμὸν Καταῤῥ.

Τοὺς Καταῤῥάκτας] Stadiasmus noster, ait Leakius, loc. cit. pag. 191, accuratius naturam locorum depingit, plurali numero Καταῤῥάκτας usus. Nam hic fluvius, quum ad ostia advehitur, se in plura brachia dividit. Cf. nostra ad §. 202.

201. Μυγδάλην] De qua silent omnes.

202. Ἀπάλειαι] Corrupte pro Ἀττάλειαι. De ortu hujus urbis vide Strab. pag. 983, B, Almel. D'Anvillius, Gossellinus, et *Capt. Beaufort,* ex Strabone, p. 983, B, Attaliam collocant in ruderibus antiquis, jacentibus in hodierno *Laara,* ad orient. fl. Catarrhactæ; sed series locorum in Ptolem. et Stadiasmo, immo et hodiernum nomen Adalia, alium situm Attaliæ reposcere visa sunt Leakio, l. c. p. 192, 193. At noster 80 stadia numerat a Catarrhactis ad Attaliam, quod ægre nunc reperitur intervallum a Catarrhacte usque *Adalia.* Sic parum concinit hod. *Adaliæ* situs ad occid. Catarrhactarum, cum Stadiasmi numero. Ego suspicor Strabonem recte Attaliam posuisse ad orientem fluvii, et simul Ptolemæum nostrumque

ad occidentem; nempe ostia fluvii non semel mutata fuisse, postquam de rupe unda desiluisset. Laudat Strabo τὸν Καταῤῥάκτην singulari numero, Stadiasmus Καταῤῥάκτας, forsan quia alveus in plura ostia tunc divideretur. Forsan fluvius in posterum sese exoneravit ad occidentem Attaliæ. Quod adtinet ad hod. *Adalia*, illud nomen procul dubio redit ad veterem *Attaliæ* adpellationem; sed fortasse non ad veram urbis antiquæ sedem. Cf. ad §. 191, fin. p. 557. Ergo possunt rudera Attaliæ esse in hod. *Laara*.

Ni fallor, Scylacis Periplus iterum tractandus p. 299, l. 10. Vulgo habet : Ἴδυρος πόλις, νῆσος Λύρνία, Τεία, Ὀλβία, Μάσουδος καὶ ποταμὸς Καταρρ... Vide emendatt. varr. p. 481. Ego nunc locum sic compono : Ἴδ. πόλις, νῆσος [Ἀπελέβουσα]; Αυρνησσὸς (vel Λύρνας), Ἀτάλεια (pro νῆσος Λυρνατία Salmasii, et νῆσος Ἀργαῖς Gronovii), Ὀλβία, Μάγυδος.... Suspicor post νῆσος literas fuisse exaratas, quarum nullam curam habuit librarius, sed sub queis latuerat fors. nomen quoddam ante Λύρνία. Ptolem. V, 5, fin. duas insulas tantum Pamphyliæ adscribit, *Crambusam* et *Atelebusam*; posterior autem est orientalior, et ei forsan adludit Scylax, eo magis quod *Dionysiada* pro *Crambusa* Ptolemæi dederit. Conf. ad §. 205. Sed de Attalia objicietur mihi illam Alexandro serius conditam fuisse, et ægre in hoc libello interponi posse. Expellas eam, lector, si mecum non credideris eam disgnoscendam esse (serius insertam) in Λύρνία, Τεία, ubi in ΛΥΡ...ΑΙΑ..ΤΕΙΑ facile excidit vetus scriptura, qualem conjicio, ΛΥΡ[ΝΗΣΣΟΣ] ΑΤΑΛΕΙΑ. Immo videretur Scylacis interpolator scripsisse Ἀτάλειαν simplici τ, ut auctor recens Stadiasmi.

203. Τένεδον] De quo silent ceteri. Asserit Mannertus, VI, II, p. 130, 131, hunc locum a Scylace laudari nomine Τεία. Aliud supra conjeci de his literis. Immo si *Tenedus* ibi laudaretur ap. Scylac., alii insuper ejus meminissent; nam præcipuos tantum locos memorat Scylax. Forsan Tenedus pars fuit antiquæ Olbæ, aut locus ei ita vicinus, ut Tenedus non per se ipsum constaret et excitaretur, stante Olba. Conjicit Mannertus Olbam et Attaliam a nonnullis confusas fuisse, ceu eamdem urbem. Sed utramque distinguunt Strabo et Ptolemæus. Olbæ tantum meminit Plinius, et Attaliam prætermittit, non quod una eademque urbs forent, sed quia ex veteribus libris, ante conditam Attaliam scriptis, suam compagem sumeret. Peutingeriana tabula contra et Stadiasmus noster Attaliam tantum laudant, et Olbam omittunt, quia stantem tunc

urbem solummodo respiciunt. Strabo autem et Ptolemæus utriusque sedem indicare erudite voluerunt; et forsan haud absimilis erit Scylaceus Periplus, qualem emendavi. Ut ut est, Tenedi forsan nomen respicit ad antiquas colonias ex Troade in Pamphyliam devenientes. Cf. Strab. p. 983, C.

204. Εἰς Λύρναντα] Non Λύρνας, sed Λυρνησσός Straboni, pag. 983, C, et Dionysio Perieg. vs. 875; Scylaci laudata, quamvis in corrupto loco. Vide nostra ad §. 202. — Pauciora stadia numerat noster ab Atalia ad Lyrnantem.

Vulgo Φάσηλις] Rescripsi Φάσηλις ex Scylace, Ptolem., Dionys., Eustathio &... Alii Φασηλίς, alii Φάσηλις. — Videtur hic mons esse hod. *Tekrova*. Mire concinit cum nostro Scylax: (ibi mons)... καὶ ἐὰν προσπλέῃς ἀπὸ θαλάττης ἀνώπερον, ἔστι Φάσηλις πόλις καὶ λιμήν. — Stadia ibi desunt ad Corycum, fors. 100. Vocatur Straboni, pag. 982, B, Corycus αἰγιαλός, quod importuosum locum innuit; videtur esse vicus ap. Anonymum. Cujus rei rationem reddit Mannertus, VI, II, 134, 135. Cf. nostra supr. p. 506, 507.

205. Φοινικοῦντα] Constant. Porphyr. Them. I, §. 44: Φοῖνιξ ὁ ποταμὸς καὶ πόλις ὁμώνυμος. Vult Beaufort esse hod. *Cape Adrachtan*. Sed portum Phœnicuntem cum Mannerto quærerem potius circa ruinas Olympi urbis, hod. *Deliktash*. Videtur Phœnicus esse *Siderus* Scylacis; et Olympus mons, qui urbi imminet, respondere monti, in quo Scylax collocat *fanum Vulcani*.

Ὄλυμπος] Ptolemæo laudatus. Conjicit, nec immerito, Mannertus, urbem monti cognominem ap. Stad. intelligendum esse. G. — *Beaufort* ruinas Olympi detexit in hod. *Deliktash*, et Phaselidis in *Tekrova*. Mons ille excelsus est hod. *Solyma*, cujus pars altissima, *Taghtalu* dicta, imminet Phaselidis ruinis. Distinguit Anonymus Phœnicuntem portum, et montem Olympum; Strabo (pag. 982, Almel.) monti et urbi simul nomen idem tribuit. Ibi Scylax (pag. 299) collocat Sideruntem. *Leakius*, loc. cit. pag. 189.

Non vidit Leakius Scylacem hic unum habere montem, dum noster duos distinguit, unum juxta Phaselim, de quo silet Scylax, nisi quod posuerit Phaselim ἀνώπερον ἀπὸ θαλάττης, et alterum juxta Phœnicuntem (fors. Sideruntem Scylacis).

Κράμβουσαν] Est procul dubio eadem insula ac *Dionysias* Scylacis et Plinii (hod. *Garabusa*). *Beaufort*, l. c. p. 37.

Videtur noster, immo et Strabo, p. 982, B, Crambusam in continente collocare; Ptolemæus contra insulam facit. Cf.

Mannert. VI, II, p. 135, 136. Exprimit hoc nomen ignitam locorum naturam, et πῦρ πολὺ αὐτόματον, cujus meminit Scylax, p. 299. — Ibi pro ἐκ δὲ Φασήλιδος legendum omnino ἐκ δὲ Φοινικοῦντος, quod poscit et intervallum 100 stad., et series usitata orationis. Similem librarii incuriam vidimus §. 185.

206. Posidarisuntis nullus alius meminit, quod sciam.

207. Μωρὸν Ὕδωρ] *Aquæ Regiæ* Solini c. 29, ut jam vidit Mannertus. Nisi id recederet a pronuntiantis voce, conjicerem Μαῦρον ὕδωρ, id est, *Nigra Aqua* recentioribus Græcis. Sanutus, *Secret. Fidel.* p. 286 : *Mauron Græci nigrum vocant.*

208. Ἄκραν Ἱερὰν] Ibi noster Pamphyliam terminat : fere similiter Strabo, pag. 791, C. Scylax, p. 300, Eurymedonte fluvio, et dimidiam præternavigationis diem tantum Pamphyliæ tribuit. Strabo, p. 983, B, et Ptolemæus, ab Olbia initium ducunt, et Phaselim in Lycia ponunt : Mela (I, 14, fin.) Phaselim ultimam Pamphyliæ urbem facit. Respicit forsan noster ad mediam ætatem Alexandrum inter et Romanorum ibi victorias. Cf. dissertat. §. XV, pag. 425, 426. — Pauciora stadia sigillatim numerat noster ab Atalia ad pr. Hieron : M. 60, id est, stad. 600 fere nostri, numerat *Portolano d'Alvise da Mosto*, p. 36, 37.

Σταδ. φ'.] Mendosum prorsus ; nam 930 vere sunt. En primum 710 stadia sigillatim reperio, et lacunæ sunt numerorum in §§. 197-198, 199, 204. Immo illud intervallum rectæ navigationis merito ait noster esse 600 stadiorum. De voce πόρος vid. ad Scymn. vs. 284.

Λοιπὸν Λυκία] Titulus marginalis, qui serius collocandus erat, initio §. 209. G. — Chelidoniarum insularum nomen translatum est in Sacrum promont. ; quod nunc dicitur *Cape Khelidhoni. Leakius*, l. c. p. 185.

Κελιδονίας πέτρας habet Steph. ; Lucianus, *Navig.* §§. 7 et 8, Χελιδονέας. Ceterum videtur etiam Lucian. respicere ad promont., nec vero ad insulas, et promontorium illud terminum facere Lycii et Pamphylii maris. Locus procellosus, de quo vide et Athen. VII, p. 298, A, Casaub.

209. Μάραι] Fort. legendum Μύραι (quæ civitas vocatur Μύρα ap. Strab. p. 981, fin., Stephan., Ptolemæumque). In serie quidem geographica collocatur Myra urbs Adriacam inter et Symenam (§§. 212, 213) ; cf. Mannert. VI, III, p. 166. Sed, quum urbs præcipua ibi foret, et suum nomen vicino territorio forsan daret, eam statim laudandam esse credidit noster, aut librarius quilibet. — Distabant a Chelidoniis Myræ 235 stadiis.

Κυπείας ἄκρας] Vix dubito quin legendum sit Ἱερᾶς ἄκρας, eo magis quod numerus sit ͵αω' (1800 stad.), et Strabo, pag. 1000, C, hoc ipsum διάρμα ab Acamante ad Chelidonias dixerit esse 1900 stad. Noster autem ait 1800 stad., sed *felicissimæ navigationis.* — Stadia 1300 a prom. Sacro ad Acamantem reperit *Lapie*, et M. 160 numerat *Portolano del mare d'Alvise da Mosto* (Venet. 1737) pag. 29.

Σταδ. ͵ας'] Multo plura præternavigationis stadia sigillatim numeravit auctor Stadiasmi. Sunt stadia 1400.

210. Μελανίππην] Maxima pars numerorum hic mendosa videtur. Melanippe tamen collocari potest in sinu quodam ad septentr. promont. *Khelidoni*. Melanippe fuit forsan portus Gagarum urbis. *Leakius*, l. a p. 185.

Stephanus: Μελανίππιον, ποταμὸς Παμφυλίας...τινὲς δὲ Λυκίας. Reponit Berkelius τόπος pro ποταμός. Videtur noster viri docti sententiam adstruere.

211. Εἰς Γάγας] Videtur Scylax, pag. 299, dedisse formam Γαγαία. Vid. ibi Voss. p. 480.

Ἀλμυρόν] Vix dubitari potest quin hic fluvius Almyrus sit depravatio vocis *Limyrus*, de qua videndi Plin., Steph. et Strabo (p. 981, C.). Limyræ rudera sunt juxta *Finika*. *Leakius* p. 186. — Cf. Scylac. p. 279. — Stadia 60 potius reperirentur a Gagis ad Almyrum, quam a Melanippe.

Ἀλμυρὰ corrupte pro Λίμυρα. Cf. Mannert. VI, III, 164.

Ἀπὸ Μελανίππης εἰς Πύργον] Recte contendit *Leake*, p. 187, 188, ibi tertium illud ἀπὸ Μελανίππης esse repetitionem mendosam librarii; legendum est enim ἀπὸ Ἀλμυροῦ εἰς Πύργον. Ceterum, ait *Leakius* intervallum 210 stadiorum ab Hiero promontorio ad Adriacam, rectum esse; ibi enim non numeranda sunt in prætemavigatione stadia 60 a Melanippe ad Gagas, urbem mediterraneam. Pyrgos Isios hodie *Cape Pyrgo*, teste Leakio, p. 187.

212. Πύργον τὸ Ἴσιον] Cf. ad §. 99, fin.

Ἀδριακήν] Ptolem. Ἀνδριακή; hod. *Andriaki*. Cf. Beaufort, *Karamania*, p. 26. Silet noster hic de Myra (supra laudata fors. §. 209), quia urbs erat mediterranea, cujus portus erat Andriace, teste Appiano, *Bell. civ.* IV, pag. 636, C, ed. Stephan.

213. Σόμηναν] *Simena* Plinio, V, 27, dicta, et Stephano. Sepulcra nonnulla reperit *Capit. Beaufort*, ubi conjiciendum est hanc urbem exstitisse. Cf. Leakium, p. 188.

Nn*

214. Εἰς Ἀπέρλας] (Hierocles Ἀπερλά). Hanc lectionem comprobant inscriptiones repertæ a *Cockerell*, quarum una refert nomen urbis τῶν Ἀπερλειτῶν. Mendose apud Ptolem. *Aperræ* et ap. Plin. *Apyræ*, in *Notitia Episcoporum* Ἀφριλλῶν. Recte in Hierocle et Stadiasmo. Quæ civitas collocanda ad caput hodiern. *Assar Bay.* — *Leakius*, l. c. p. 188.

Ptolemæus collocat *Aperlas* ad orientem *Andriaces*, noster ad occidentem. G.

215. Ἀπὸ ἀκρωτηρίου] Hic videtur noster omisisse locum ab Aperlis ad promontorium quodlibet : conjicit Mannertus, VI, III, pag. 167, Aperlas fuisse in ipso promontorio, unde hic proficiscitur noster.

Ἀντίφελλον] Minime dubitandum est, quin jaceant hujus urbis ruinæ in litore, quod est in conspectu hodierni *Castel Rosso*. Cf. Leakium, l. c. p. 185. Hod. *Andifilo*.

216. Μεγίστην. Vulgo Μεγίστην] Laudata ins. Scylaci, p. 299, init., et Ptolemæo. Eadem ac Cisthene; hod. *Castel Rosso.* Cf. Leakium, l. c. p. 184, et Mannertum, VI, III, p. 168.

217. Ῥόπην] Hæc Rhope, auctore *Leakio*, l. c. p. 184, est aperte eadem ac *Rhoge* Plinii et Stephani Byzant., hodie dicta *Saint-George.*

218. Ξεναγόρου νήσους] Respondent Enagoræ Plinii, V, 31, et hodie vocantur *Volo* et *Okhendra*, atque jacent, auctore Leakio, l. c., in ore sinus *Kalamaki*. Sed nullo modo stadia 300 numerari possunt ab insula *San-Giorgio* ad *Kalamaki Bay*. Forsan pro στάδ. τ', legendum π', 80.

219. Vulgo Πάταραν] Cf. nostra ad Scylac. pag. 479. De ruinis hujus urbis vide Leakium, l. c. p. 182, et *Beaufort*, tab. laud. Prætermittit hic noster Dolichisten insulam; cf. Mannert. VI, III, p. 169.

220. Ποταμὸν πλωτὸν] Forsan genuina lectio est : ἐπὶ ποταμὸν πλωτὸν [ὑπέρκειται πόλις] Ξάνθον. Ut ut est, non sunt hod. stadia 60, sed fere 10, a ruinis Patarorum ad Xanthum fl. Estne conjiciendum ostia fluminis mutata fuisse, et accessisse ad Patara et orientem ! Ait Strabo, p. 981, C, distare Xanthum a mari 70 stadiis (nam distat jam 10 Latonæ fanum), Plinius 15 M. P., quod parum concinit. Conf. Mannert. VI, III, pag. 172.

221. Εἰς Πύδνας] Ceteris ignota urbs, judice Mannerto, loc. cit. Ruinas sub monte Crago animadvertit *Beaufort*, quas autumat Leakius, loc. cit. p. 182, respondere Pydnis Stadiasmi, et easdem esse ac *Cydnam*, a Ptolemæo numeratam

inter urbes montis Cragi. Adjicit Stadiasmus ἐπ' εὐθείας, ait Mannertus, ut ostendat ibi litoris recessum esse.

222. Σταδ. ρμ'.] Hæc stadia 140 a Xantho ad prom. Hieram, ait Leakius, l. infr. cit., nos perducunt ad eminentissimum locum hodierni *Efta Kavi*, id est, *Sept-Caps*. Cf. Mannert. VI, III, p. 174.

223. Καλαβαντίαν] Nusquam reperio vestigia hujus loci, nec mentionem quidem ullam. Sic de *Perdiciis* et *Cissidis*.

225. Εἰς Κισσίδας] Ait Leakius, l. c. p. 182, hæc 130 stadia a Sacro promontorio ad Cissidas, et 85 illa a Cissidis ad Telmissum, Cissidarum situm ostendere in peninsulæ promontorio, cujus ad meridiem est portus *Saint-Nicholas*.

226. Vulg. Λάγουσαν. Mox Λαγύσαν] Plinius, V, 31, laudat *Lagusam*.

227. Εἰς Τελεμισσόν] Ait *William Leakius*, loc. cit. p. 181, hoc intervallum 355 stadiorum Telmissum inter et Xanthum, si stadia decem in geographico milliario numeraveris, vere reperiri in geogr. tabula.

De *Telmensi*, vel *Telmessi* scriptura, conf. Wessel. ad Herodot. I, 78.

228. Ἐπὶ Πηδάλιον] Cf. §. 233. — Mox κατὰ τὴν Ῥύπισαν non intelligo, nisi fuerit Rhypisa insula quædam in trajectu obvia, sed omnino diversa a Rhopusa §. 239. Ceterum stadia 200 sat bene reperiuntur, sed non rectæ navigationis. — A Chelidoniis ad Telmissum, non 1500, sed 1100 stadia reperio.

229. Εἰς Δαίδαλα] Mendose Δαίδαλα τόπος Ptolemæi : rectius Strabo, p. 979, med. Concinunt Stadiasmus et Strabo de terminis Cariæ circa Dædala desinentis. Cf. Mannert. VI, III, 176. Ptolemæi Lycia vel *Calindam* ad occid. amplectitur.

230. Nullus, præter Anonym., Callimachen novit. *Mannert.* VI, III, 194.

231. Vulgo εἰς Κρύαν] Ptolem. mendose Καρύα. Rectius Mela, I, 16, et Plin. V, 28, *Crya*. Steph. Κρύα. *Mannert.* l. c.

Crya urbs est aperte Cryassus Stephani et Plutarchi (*de Virt. mul. (a)*). Stephanus distinguit Crya a Cryasso, priorem Lyciæ, posteriorem Cariæ adscribendo; fallitur procul dubio, nisi forte Crya sint vetus urbs, et Cryasus sit recentior, Plutarcho dicta. *Leakius*, l. c. p. 224, 225.

232. Εἰς τὴν Κοχλίαν] Fort. εἰς τήν. Nullus veterum *Cochliam* urbem, vel locum in continente ponit Crya inter et Clydas.

(a) Vol. VIII, pag. 271, 272, Hutt. Cf. Berkel. ad Stephan. voc. Κρυασσός. G.

Stephanus hæc scribit : Κοχλίουσα, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Hæc est forsan insula quam laudat noster, apud quem εἰς τὴν Κοχλ. mendose scribi potuit pro εἰς νῆσον Κοχλ.

233. Ἐκ Κλυδῶν] Ap. Ptolem. alii legunt Λύδαι, alii Χύδαι. Recte conjicit Mannertus, VI, III, 194, genuinam lectionem esse Stadiasmi. — Silet noster de intervallo vel a Cryis, vel a Cochlia ad Clydas. — De Pedalio prom. cf. Mannert. l. c.

234. Ἐπὶ τῷ Γλαύκῳ] De *Ancone* illa silent omnes. Glaucus *sinus* est Straboni, p. 963, B, Plinio, V, p. 27, *amnis Glaucus; fluvium* procul dubio innuit noster. *Vicus* est Stephano : Γλαῦκος δῆμος, ἐν Λυκίᾳ (sed suam Lyciam multum producit ille). Forsan Glaucus vicus Stephani idem est ac Ancon nostri, Glauco fluvio insidens.

235. Πάνορμον] Portum eumdem, de quo Strabo, p. 963, B : ἔχει δ' ἡ πόλις (Καῦνος) νεώρια καὶ λιμένα κλειστόν.

236. Κυμαρίαν] *Cymariam* et *Pasadam* ceteri omittunt.

239. Ῥόπουσαν] Forsan excidit vox νῆσον (procul dubio, quum §. 245 noster scripserit ἐπὶ νῆσον Ῥόπυσαν. G.) Genuinum nomen est Ῥόδουσσα. Scribit saltem Plinius, V, 31, §. 35 : *proxima Cauno Rhodussa. Mannert.* VI, III, 199. — Incogitans ibi Mannertus 110 stadia apud nostrum numerat; sed forsan pauciora sunt 15 Anonymi.

240. Videntur hæc εἰς τὸ ἀπέναντι, scholion marginale esse; sed bene exprimunt quærendam esse Leucopagum, διὰ πόρου, in obverso litore, neque intrandum esse in sinum ibi obvium. Ceterum de hac forma repetita indicandi cf. ad §. 143. — De Leucopago silent ceteri. — Samus illa quærenda est circa peninsulam sitam in aditu sinus Physci; omissa ceteris.

241. De Posidio illo silent omnes et de Phalaro.

243. Ἐλαιοῦσαν] Ἐλεοῦσα Straboni, p. 963 et 964, A. Cf. Mannert. VI, III, 200. A Phalaro forsan 50 distabat Eleusa, sed 4 tantum ab obposito continente; cf. Strab. l. c.

244. Εἰς Ῥόδον στάδ. ρν'.] Stadia 150 ab Eleusa ad Rhodum noster numerat; sed Strabo, p. 963, A, stadia 120 tantum, quod vero propius reperio. Forsan habet manuscript. ρκ', in cujus loco Iriartus exscripserit ρν', facili mutatione.

Ἥτις ποιεῖ] Hæc verba respicere videntur ad subputationem aliunde sumtam. — Mox pro vulg. ἐπὶ Μαλλόν, reposui ἐπὶ Μαλλόν, quod intervallum non 600, sed 4200 stadiorum est, et longitudinem totam asianæ peninsulæ ad meridiem exhibet. Mox nos deducit noster ad Fanum Byzantii, cujus jam meminit in Prologo : sed stadia ibi 4800, pro 600 numeranda erant.

245. Εἰς Ἀλεξάνδρειαν] Ægypti, procul dubio. Non stadia 4500, sed 3800 reperio.

Pro vulg. Κάλωνα rescripsi Ἀσκάλωνα, cujus etiam meminit noster §. 301. Ad quam urbem non 3600, sed 5800 stadia reperio.

Εἰς Κεσαρίαν] Corrupte pro Καισάρειαν. Stadia 4760 pro 3600 reperio. — Ad Berytum 4635 pro 3600. — Ad Sidonem 4635 pro 3600. — Ad Byblum 4730 pro 3600, — Ad Tripolim 4760 pro 3600. — Ad Seleuciam 4550 pro 3600. — Ad Ciliciam 2100 pro 1500. — Ad Corycum, si intelligas Corycum situm juxta Pamphyliæ et Lyciæ terminos, (cf. §. 204), stadia 1400 pro 1000, et 3500, si Corycum Ciliciæ (§. 160) intelligas. — Ad Cyprum noster 2800 numerat, recte ad Palæpaphum; sed 2500 tantum reperio ad Acamantem. — A Rhodo ad Patara stadia 700 recte (præternavigationis) numerantur. — Ad Caunum 450 mendose; 250 vere sunt, et fort. leg. σν′ pro υν′, quod facile mutatur. — Ad Rhopusam insulam stadia 250 mallem, quam 350. — Ad Physcum 250, pro 450, eadem emendatione ac supra. — Εἰς Ἄγνιν quid sit nescio; nam vix conjicere licet τὴν Ἀγκῶνα §. 234, ad quem stadia 350 circiter forent. — Ad Cnidum 350 pro 750; fort. pro ψν′. legend. φν′. — Ad Nisyrum (nam pro Μήσυρον leg. Νίσυρον) insulam, stadia 700 circiter reperio pro 820. — Ad Telum (nam pro εἰς Τίλον leg. εἰς Τῆλον) stadia 550, recte. — Ἀπὸ Λεπαπηλέων forsan Rhodi insulæ locus est, mendose scriptus, unde ad insulam Carpathum trajectus fieri solebat. Laudat Ptolemæus Ποσείδιον πόλιν Carpathi. Intervallum a Rhodo ad Carpathum ait noster esse 420 stadiorum, haud procul a vero; Scylax 100 stadiorum (pag. 326), mendose; Plinius (IV, 12) 50 *mill.*, quod Stadiasmi 420 stadiis satis apte respondet. — A Rhodo ad Coum stadia 850 numerari possunt. — Ad Chium stadia 2000 pro 3000 reperio. — A Rhodo ad Myndum stadia 1000, recte. — Ad Samum 1800, recte. — Ad Tenedum 4200 pro 3700.

246. Ibi incipit *diaphragma*, id est, iter per insulas a continente ad continentem, de quo vide nostra p. 428. — Recte noster navigantibus versus Scyllæum prom. Argolidis, præcipit habere ad sinistram Nisyrum et Astypalæam, ad dextram vero Coum, Lerum (etsi paullulum recedentem), Amorgum, Ium, Sicinum. Adjicit ille *Daphnen* quamdam; pro τὴν Δάφνην reponerem τὴν Σίφνον, quod reposcit navigationis series, nisi mox vulgatum Δήραν videretur nos reducere ad Θήραν, cujus ad orientem erat Ἀνάφη. Forsan Anaphen et Theram ibi

noster laudavit; sed contra geographicam rationem, nisi iterum scripserit καὶ ἐκ τῶν εὐωνύμων τὴν Ἀνάφην καὶ τὴν Θήραν. Aut potius suspicor hæc, καὶ τὴν Ἀνάφην καὶ τὴν Θήραν, reponenda esse post Νίσυρον καὶ τὴν Ἀστυπαλαίαν. Mox, post Sicinum, bene succedunt Siphnus (quam prætermisit noster), Seriphus, et Cythnus, ad dextram navigantis. Collocat juxta Scyllæum prom. Anonymus *Donusam* quamdam insulam, de qua silent omnes, sed omnino diversam a Δονουσία Stephani, et Plinii, IV, 12, juxta Naxum collocanda. (Cf. Mannert. VIII, 756, et nostrum, §. 252.)

247. A Cnido stadia 180 vere sunt, ad Coum *urbem*; ad *insulam* pauciora sunt. — Cnidi ruinas vide in *William Turner, Journal of a Tour in the Levant;* London, 1820, t. III, p. 31.

248. A Coo ad Halicarnassum stad. non 180, sed 120 vere sunt. Fort. leg. ρκ', quod facile mutatur cum ρπ'. Hic scribitur simplici σ Ἁλικαρνασός, recentioris librarii manus. Nam auctores veteres, et numi habent duplicem σ. Cf. Tzschuck. ad Mel. I, not. crit. p. 493.

249. Ad Myndum stadia 220 recte numerantur.

250. Stadia 350 ibi nimia esse videntur.

251. A Myndo ad Coum urbem stadia 140 vere reperio.

252. A Coo ad Lerum stadia 350 forsan recte numerantur, sed ad urbem, nec vero ad meridionales insulæ partes. — Ad Delum stadia 1300, recte. — Ad Samum stadia 600 pro 1000. — A Coo ad Delum, stad. 1300, recte, ut supra. Ibi vocem κύρου non intelligo. Fort. leg. χεῖν, ut §§. 209 et 245. De voce ουεμωπάτυ cf. ad §. 146. — Ibi incipit diaphragma aliud, sive iter per insulas a Coo ad Delum. Recte naviganti præcipit noster petere Calydnas (nam pro Κάλυδναν fort. leg. Καλύδνας). Iterum a Coo profectus, habet ad dextram *Hypsirisma* (forsan insulam quamdam Coum inter et Calydnas, ut hod. *Kappari*): et Calydnas (nam plurali numero insulam unam dicit noster, Homero duce, *Il.* II, 677; de quo uberius Tzschuck. ad Mel. II, not. exeg. p. 754, 755) et Celerin (ignotam, fors. hod. *Kalolimno*, sed fors. repetitionem mendosam sequentium καὶ τὴν Λέρον) et Lerum et Pathmum, et Icariam (nam pro vulg. Ἄεραν rescribendum erat Ἰκαρίαν, quæ insula jacet ad septentr. Pathmi). Sed contra seriem geographicam adjicit noster abrupte *et Amorgum*, et inde navigat *Donusam* versus, sitam ad orientem Naxi (cf. Mannert. VIII, 756). Ego valde suspicor hæc καὶ τὴν Ἀμοργόν... usque ad εὐωνύμως esse marginale additamentum cujusdam docentis esse a Coo iter aliud ad Amor-

gum forsan, vel ad insulam quamlibet. Rectius stabit geographica ratio, si pone καὶ τὴν Ἰκαρίαν, adjicias δεξιὰς δὲ λαβών.... qua vere ad Delum deveniunt. Totum igitur locum ab his, καὶ τὴν Ἀμ. uncis inclusi. Ibi suspicor εὐωνύμως scholion esse marginale, cujus vim in versione ostendi. — De Donusa cf. ad §. 270. Melanthios Scopulos, præter nostrum, laudant Scylax, pag. 325, Strabo, pag. 943, fin., et Apollonius, IV, 1707, ubi vide schol. Melantios Apollonii (*duos scopulos*) collocat schol. juxta Theram, quod, ut jam vidit Vossius ad Scylac. p. 547, 548, omnino recedit a Melanthiis Strabonis, ad meridiem Icariæ collocandis. Nam Strabo a Trogilio Asiæ prom. profectus, ad dextram habet Samum, Icariam, Corsias, ad sinistram *Melanthios scopulos*. Scylax pariter et Anonymus suos Melanthios collocant inter Icariam fere et Myconum. Diligentius Melantiorum situm exprimit Scylax dicendo a Mycono trajectum ad Melantios esse *paullo minorem antemeridiano*. Sed laxius usurpat ille vocem τεσαρτεσίδιος; ego autem suspicor ibi adjecta σταδίων μ΄, non pendere ab ἐλάττων, sed scholion esse præcedentium, quo intervallum a Mycono arctius exprimitur. Sic distarent Melantii 40 tantum stadiis a Mycono. Ab his parum recedit noster §. 279, fin., dicendo esse stad. 180 a Delo ad Melanthiam rupem. Ut ut est, aut fallitur Apollonii scholiastes, quod valde suspicor, aut duplici in loco jacebant scopuli Melantii vel Melanthii dicti. Habet Scylax Μελάντιοι; Strabo et Stadiasm. Μελάνθιοι; Apollon. et ejus schol. Μελάντιοι; de quo cf. Vossium ad Scyl. pag. 548. Coævam autem scripturam habent noster et Strabo (cf. nostra p. 424). — Ibi vox Σκοπέλους excidit, quæ restituenda est ex §. 270. — Melantios scopulos prætermisit Mannertus. — Mox pro καὶ Τενμων primum conjeceram καὶ Τῆνον (nam ap. Scylac. pag. 324, l. 15, pro Τῆνον erat vulgo Τεῖνον); sed minime navigantes a Mycono profecti, Tenum ad sinistram habere poterant, ut ad Delum adpellerent. Ego potius post Μύκονον interpungerem, et mox rescriberem ἐκ τῶν εὐωνύμων καταλείπων...

253. Videntur hæc διὰ τῆς Ἀττικῆς, innuere lineam a Myndo productam per obversam Atticam. Sed stadia 1500 hic numerat noster, fors. arctius. Nam paullo plura sunt a Myndo ad prom. Sunium, rectissimæ navigationis. Ceterum Strabo, p. 943, D, 1600 stadia ad Sunium numerat a Trogilio, Asiæ promontorio circa Samum: fere paria sunt duo intervalla.

Διὰ τῶν Κορσικῶν] Quæ sint hæ *Corsicæ*, nescio. Sed diversa

procul insula est a *Corseis* Stephani, Samo proximis, et a Corsiis mox §. 257; ubi vide nostra. Collocandæ videntur hæ Corsicæ Myndum inter et Lerum. Nam mox pro τῆς Τελέρυ legendum est τῆς Λέρυ. Videtur prima syllaba Τε, mera repetitio articuli τῆς. — Mox Horbidam non agnosco; sed collocanda videtur fere inter Calydnam et Amorgum, circa Lebinthum. — Ante λαβὼν lacuna subest. Pro ἐπὶ τῆς Ἀμυργίας fort. leg. ἐπὶ τὴν Ἀμυργόν, ut supra, nisi ante Ἀμυργίας lateat substantivus intellectus. — *Nosusa*, de qua silent omnes, quod sciam, quærenda est Amorgum inter et Naxum. — ὕπως πλέεις; forma præsentis, cum sensu imperandi. Cf. ad §. 22.

255. A Lero ad Lebinthum 250 stadia vere numerari possunt.

256. Cinarum insulam, cujus situm incertum ait Cellarius *Geogr.* lib. II, c. 14, fin., videtur noster collocare Lebinthum inter et Amorgum. Sed quum reperiam ad occidentem hod. *Levita* (Lebinthi) insulam *Zinnari* dictam, verisimile est illam esse Cinarum antiquam. At illa non 500 stadiis, sed vix 100 a Lebintho recedit. Immo, quum adjiciat noster stadia 85 tantum esse a Cinaro ad Amorgum, forsan erit ut conjiciamus *Zimari* nomen ab insula vicina, Lebinthum inter et Amorgum sita, ad hodiernam *Zimari* transiisse. Sin aliter mendosus erit proximus numerus. Ceterum, præter Plinium, cui *Cynara* scribitur, hujus insulæ meminit Athenæus, lib. II, fin., pag. 71, C, Casaub.

257. Videntur hæc, ἐπὶ τὰ πέρατα, esse scholion præcedentium ἐπὶ τὰ ἄζυγα. — Καὶ ὁ παράπλους. Minime intelligo quomodo vox παράπλους adhibeatur de itinere ab insula ad insulam, nisi pars saltem hujus itineris præternavigatio sit insulæ Amorgi. Hujusmodi fere est παράπλους ap. Thucyd. I, 36, de quo vide nostra ad Scylac. p. 560. — Ἐπὶ τὰς Κορσίας. Quæ sint Corsiæ illæ, incertum; sed diversæ videntur a *Corassiis*, quas Strabo, p. 747, B, et 943, D, collocat *ad occidentem Icariæ*. Laudat quoque Plinius *Corasias*, IV, 12, sed situm minime ostendit. De quo vid. Mannert. VI, III, 303. Ex hoc Anonymi loco *Corsias* illius collocarem Naxum inter et Amorgum, ubi d'Anvillius, nescio quo fretus, *Coraxias insulas* posuit. Mox §. 262, noster ab Amazonio Patmi stadia 400 numerat ἐπὶ τὴν Κορσίαν: si eadem insula intelligenda est, quam supra suspicatus sum, stadia 400 vix sufficiunt; sed nimia erunt, si Corsias posueris ad occidentem Icariæ. Conjicit Mannertus distinguendas esse Corseas Plinii, V, 31 (Κόρσειαι Stephani), quæ Ioniæ adjacent,

a Corsiis Strabonis: illud non ita liquet. Sed potius ego distinguerem *Carsias* Anonymi à *Corsiis*, sive *Corseis*, sive *Corassiis* aliorum. Nam Corsiæ aliorum sunt aperte circa Samum et Icariam: Corsiæ Anonymi collocantur circa Naxum et Amorgum §§. 257–259, et mox §. 270 noster à Delo ad Corsias trajectum exprimit, in loco ubi a septentrione ad meridiem procedit a Delo ad Theram, ad Anaphen, ad Ium, ad Cimolum, ad Siphnum, sed minime ad orientem et septentrionem abire videtur. Immo mox §. 259, ait noster navigantibus ab Amorgo (cf. nostra ad loc.) ad Naxum, Corsias esse ad sinistram. Ut ut est, eædem sunt hæ *Corsiæ* ac *Corsicæ* §. 253.

258. Εἰς Μινώας] Leg. Μινώαν, ut §. 270, init., quæ una erat e tribus urbibus Amorgi insulæ. Cf. Stephan. voc. Ἀμοργός et ibi Berkel.

259. Ἐκ τῆς Κορσίας] Puto per incuriam (ut in §. 185 et 205) hæc scripta fuisse, pro ἐκ τῆς Μινώας. Nam non potest nauta Corsiam relinquere, et Corsiam ad sinistram habere, dum Naxum petit. Si contra *ex Minoa* et Amorgo profectus fueris, Corsiam vel Corsias in trajectu ad sinistram habebis. Cf. supra §. 257. Sed stadia 65 pauciora sunt; intervallum exprimi non potest, quum Panormi situs nos fugiat. Si fuerit Panormus in occidentali parte insulæ, quod suspicor, stadia 400 saltem numeranda sunt.

260. A Panormo ad Delum stadia circiter 200, nec vero 420, numeranda sunt. Fort. leg. σκ′ (220) pro υκ′. — Mox a Coo ad Lerum stadia 320 forsan vere sunt, at non ad insulæ partem meridionalem, sed ad portum Leri (vide mox nostra), qui videtur spectare septentrionem versus.

262. *Parthenii* hujus nullus meminit. Videtur promontorium esse quoddam insulæ Leri, 60 stadiis ab *urbe* distans; et illud etiam ostendit *civitatem* supra, potius quam *insulam totam* intelligendam esse. — Recte scribit Mannertus, VI, III, 302, Amazonium esse meridionale promont. Patmi; conf. §. 262. Stadia 200 bene habent, sed non respectu navigationis rectissimæ.

263. A Pathmo ad Corsias, stadia 500, non 400 reperio. De Corsiis vide nostra ad §. 257. — Ab Amazonio ad Delum stadia 750 forsan erant, sed non rectissimæ navigationis.

264. A Delo ad Chium plura sunt quam 700 stadia rectæ navigationis; fort. leg. ψν′.

265. Habet noster stadia 80 *ab Andro ad Portum Tyri*. Hic etiam intelligo *Andrum civitatem*, non insulam totam,

quum *ab Andro* noster nos perducat ad locum in insula ejusdem nominis aperte insidentem. Civitatem hodiernam *Andro* *Lapie* noster collocat in litore orientali insulæ, nec immerito; sed antiquam civitatem in litore occidentali potius ponerem, ubi *Lapie* posuit hod. *Cato Castron.* Ibi enim montem reperio, antiquarum urbium sedem solitam, et rivulum; immo ab urbe Andro Anonymus 80 stadia numerat *ad Portum Tyri.* Totidem autem stadia reperio a *Cato Castron* ad hod. *Porto Gaurio.* Hic ille est portus veterum *Gaurion*, vel *Gaurelion*, quem duplicem perperam fecit d'Anvillii tabula, Gaurium collocando in orientali litore circa hod. *Palæo Castro.* Valde crediderim λιμένα Τύρυ Anonymi esse corrupte pro λιμένα Γαυρίυ vel Γαύρειον., ut habet Xenoph. Hellen. I, V, 21, eumdem ac Κάτεων Diodori, XIII, 69, ubi conf. VV. dd. Laudat Scylax pag. 272, Ἄνδρον καὶ λιμένα, et adjicit Dicæarchus vs. 143, hunc portum *spectare versus Geræstum.* Immo unus tantum apud veteres memoratur Andri portus (conf. Mannert. VIII, 743), et ostendit locorum natura illum quærendum esse in hod. *Gaurio.*

266. Quid sit illud promontorium non liquet. Si stadia 50 bene numerantur a Gaurio, conjicerem illud promontorium esse Andri insulæ, non extremum ad septentrionem, sed ad occidentem; et forsan illius nomen, quod excidit, erit *Cregea* mox laudata §§. 268, 269. Videtur Scylax pag. 324, vocare Παιώνιον promontorium septentrionale Andri, quod 80 stadiis remotum facit a Geræsto hod. *Mantelo.* Ad meridiem Andri Scylax collocat Aulonem quemdam, quem nescio utrum *promontorium*, an *fretum* vocaverim. Plures *urbes* hujus nominis laudat Schellerus in lex. lat., et fretum Ciliciam inter et Cyprum ex Plinio, V, 31, §. 35, et Ptolem. Videtur Scylax innuere *fretum*, scribendo τὸν Αὐλῶνα, immo et adjiciendo τὸ Αὐλῶνος διάπλυς, quod male cum Vossio verto: *Ab Aulone trajectus*... Si contra Aulon est locus Andri ipsius, promontorium erit meridionale insulæ. Sed *fretum* potius intelligam, hod. *Bocca piccola.*

267. Ἐσχατιὰ ἄκρας] Fort. Ἐσχατιὰ τῆς ἄκρας Συνίυ, ut ἐσχατιὰ τῆς Κύπρυ §. 170, fin. Videtur hinc excidisse nomen prom. *Sunii*, in conspectu jacentis, 450 stadiis vere distantis, et ad quod sæpe desinebant diaphragmata, ut §. 253, init., et ap. Strab. p. 943, D.

268. Hæc *Cregea Acra* procul dubio Andri insulæ erat, quamvis Mannertus VIII, 264, eam Eubœæ insulæ tribuerit,

sed videtur non reponenda omnino ad septentrionem. Vide nostra ad §. 266. Ut ut est, stadia 120 ibi pauciora sunt ad Carystum Eubœæ meridionalem. Fort. leg. ρν', quod parum recedit a ρκ'.

269. *Petaliam*, singulari numero, ap. Strab. p. 682, init. Cf. ibi Casaub., Plinius IV, 12, §. 21, *Petalias quatuor insulas.* Stadia 100 reperio a Carysto, sed a Cregea Andri, 250.

270. A Delo ad Theram stadia circiter 700, pro 350 numerare debuisset noster. — A Delo ad Amorgum stadia 650 esse poterant, sed non rectæ navigationis. — *Minoa,* Amorgi insulæ urbs, jam laudata §. 258. Videntur hæc, εἰς τὴν Μινώαν, esse scholion, ad explanandum quam versus partem insulæ stadia 650 essent. — Ad Anaphen stadia 800, pro 100 numeraverim. — Ad Ium stadia fere 500 reperio rectæ navigationis; nescio an plura vere peragerentur. — De Corsiis vide nostra ad §. 257. Stadia 400 pro 650 reperio. — Ad Cimolum 600 stadia rectæ navigationis reperio, pro 800. — Ad Siphnum 440, pro 640. — Ad Cythnum 500 fere, pro 350; fort. leg. φν' pro τν'. — Ad Tenum 100 fere, pro 350. — Ad Naxum 200 rectæ navigationis. — Donusam jam laudavit noster §. 252; quam si, duce Mannerto, VIII, 756, ad orientem Naxi collocaveris, et quæsiveris in hod. *Donusa,* stadia 320 non recedunt a vero. — Ad Patmum 650 vix reperio rectæ navigationis, pro 850. — De Melanthiis scopulis vide nostra ad §. 252. Forsan ibi singularem formam adhibet noster, quia ad unam ibi rupem respiciat, nec possit meta intervalli esse multiplex. Stadia 180 forsan ibi non mendosa; cf. ad §. 252. — Ad Ceum (si Ceum in Καίας recte agnoverimus) stadia 500 pro 300 reperio. — Ad Andrum, pro stadiis 800, vix 300, vel 350, si *urbem* Andrum intellexeris. — Ad Parum stad. 200, pro 400.

271. Ἀφ' ἧς καπίλιπον] Sic semel, ni fallor, Scylax p. 257, ... ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἀπέλιπον. Usurpat enim ἐξεστρατεύμην passim.

272. Si Panormus ille fuerit Naxiorum (cf. §. 259 et adnot. ad l.), forsan 280 stad. numeranda sunt. Sed, si res est de Panormo juxta Myndum sitam, stad. fere 1000 sunt rectæ navigationis. Verum magnopere suspicor ibi legendum esse ἐκ Μύνδου in utroque loco, pro ἐκ Δήλου, quod per incuriam ex præcedentibus iteravit librarius. In utroque loco ita legebat Mannertus, VI, III, 247 et 248, quamvis de sua emendatione nihil moneat. At non recte numerari possunt stadia 80 a Myndo ad

Panormum, sed 220; nam Panormum ad septentrionem Posidii merito collocant tum ceteri, tum noster §. 276. Perperam Mannertus duos ibi Panormos distinguit apud nostrum, unum inter Myndum et Caryanda, alterum ad septentrionem Posidii (cf. loc. cit. p. 253). Panormus juxta Posidium collocandus est, ad quem noster trajectum exprimit, utpote totius sinus Bargyliaci patentis. — Barbyliam singulari forma hic scribit noster, sed plurali melius §. 274. De Βαρβύλια, mendose pro Βαργύλια, cf. Mannert. VI, III, 248. — A Myndo ad Bargylia stadia 250 non sunt.

273. Posidii meminerunt Polyb. XVI, 12, init., Strabo, p. 973, B; Mela, I, 17, et Plin. V, 29. — Stadia 250 non sunt a Panormo ad Posidium, sed 40, ut rectius noster ipse scribit §. 276. Mox laudatur Ἀγκιστρον, locus parum notus: suum nomen procul dubio ex re piscatoria sumsit, cui Jassenses valde dediti erant, teste Strab. p. 972, fin. — Ceterum hoc segmentum videtur ex margine in textum irrepsisse, aut melius ponendum supra post εἰς Πάνορμον.

274. Εἰς Ἰασόν] Veteres Græci habent Ἴασσον. Alii hanc urbem in continente, ut Plin. V, 29, et Ptolem., alii in insula, ut Strabo, p. 972, C, et Stephan. ad voc., collocant. In insulæ ipsius circuitu urbs jacebat, sed in parte continenti proxima, quod exprimit Strabo hisce, ἐπὶ νήσῳ κεῖται, non iisdem ac ἐν νήσῳ; cf. nostra ad Scylac. pag. 443, et supra ad Scymn. p. 344. Minus accuratam dicendi formam adhibuit Stephanus. Sed jamdudum insula mole, vel ponte continenti juncta fuerat, ita ut urbem insidere in continente plures haud perperam assererent. Cf. Cellar. *Notit. orb. ant.* t. II, p. 55, ed. 1706, et Tzschuck. ad Mel. I, not. exeg. p. 472. Cf. Iasi rudera in *Turner's Journal*.... t. III, p. 82. — A Bargyliis ad Iassum, non stadia 220, sed 50 ait esse noster *Lapie.*

275. Ab Iasso ad Posidium stadia 220, non 120 reperio. — Acriten promont. ibi nullus laudat: collocandum est non procul a Myndo. — *Passalorum* meminit Stephanus: Πάσσαλα Μυλασσέων ἐπίνειον. Mylassam cum Cellario et Leakio colloco in peninsulæ isthmo Iassum inter et intimam partem Ceramici sinus, ubi jacet hodie *Melaso*. Illud suadet, tum hodiernum nomen, tum Anonymi contextus, tum Plinius ipse, V, 31, *insulam* quamdam *Passala* in Ceramico sinu collocans. Meletius contra, p. 462, init., ed. 1728, d'Anvillius et Mannertus Mylassam ponunt ad septentrionem Physci, a Strabone abrepti, cujus verba sunt pag. 974, B: πλησιάζει δὲ μάλιστα τῇ

κατὰ Φυσκον θαλάττη ἡ πόλις, καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῖς ἐπίνειον. Inde conjiciendum aut duplicem urbem fuisse, aut errare Strabonem, aut emendanda esse illius verba. Scribit noster esse stadia 20 ad Passala (portum Mylassorum, teste Stephano), Pausanias, VIII, 10, ait esse 80 a Milassis ad *navale* urbis: Forsan apud nostrum rescribendum est σ'ταδ'. π' pro κ'; sed hodie a *Melaso* ad litus stadia 120 reperio. Laudat Pausanias *marinæ aquæ scatebras* apud Mylasenses; vide num sit quid commune cum *Passalis* (πᾶς-σάλος) Stadiasmi. — De varia scriptura vocis Μύλασσα, conf. Cellar. *Geogr. ant.* tom. II, p. 63, et Mannert. VI, III, 281. Habent numi unum σ, sed aliter alibi scribi potuit, ex varia in pronuntiando discrepantia. — De voce corrupta εἰς Θένδον vid. pag. 420.

276. A Posidio ad Panormum stadia 40; recte. Conf. ad §. 273.

277. A Panormo ad Miletum stadia 80 parum recedunt a vero, sed ad portum ipsum urbis. Mox prave stadiis 300 constat idem intervallum §. 279.

280. De Pharmacusa cf. Mannert. VI, III, 304. Stadia 120 vere sunt ab hod. *Fermako* ad ostia Mæandri.

281. A Mileto ad Samum ægre stadia 300 reperio. A Mileto ad Telmissum, jam laudatam §. 227, stadia 2000, non 2500 reperio.

282. Vocula εἰς ante Κύπρον, aut redundat, aut reponenda ante εὐώνυμα. Ait Strabo, pag. 1002, C, post Paphum esse Acamantem, sed de intervallo silet, quod recte exprimit noster. — De κατὰ ἀνέμῳ, cf. ad §. 16.

283. De insula Numenio silent omnes.

285. Silet noster de intervallo a Papho ad Palæpaphum, quod est fere 100 stadiorum. Ait Strabo, p. 1002, C, Palæpaphum a nova urbe distare 60 stadiis, sed pedestris itineris. — A Palæpapho ad Tretum stadia 50 vere sunt.

286. Silet noster de intervallo a prom. Tretis ad Curiacum, quod est 140 stadiorum. — A Curiaco ad Amathuntem stadia 150 vere sunt. Imperativum ἀσφαλίζου reperias etiam §§. 54 et 118. — Videtur haud immerito noster promont. suum Cargæas collocare 40 stad. ad merid. Curiaci remotum.

287. Prætermittit noster Citium, quæ portu tamen non carebat; cf. Strab. p. 1001, C. — Pedalii promont. meminit Strabo, sed non Ptolemæus, apud quem Θρόνοι πόλις καὶ ἄκρα, respondere videntur et urbi Thronis, et promontorio Pedalio. — Stadia 80 nos vere perducunt ad insulas quasdam, sitas juxta

hodie *Famaguste.* Ibi urbs Ammochostus in insula insidere videtur. Est tamen promontorium Cypri ipsius apud Ptolem.

288. Salaminem urbem laudat Strabo, sed de *portu* silet.

289. Εἰς Παλαιὰν] De qua silet Ptolemæus. Strab. p. 1001, fin., videtur Citium inter et Amathuntem collocare μεταξὺ πολίχνην Παλαιὰν καλουμένην καὶ ὄρος Ὄλυμπον. Sic Mannertus Palæam Strabonis posuit, VI, 1, 580. Sed supra Strabo ipse Olympum posuit in orientali parte Cypri : vox μεταξὺ ibi respicit forsan ad orientaliores locos. Ut ut est, aperte collocanda est cum Stadiasmo *Palæa* ad orientem Salaminis. Strabo πολίχνιον laudat, noster κώμην. — Non scripsisset Mannertus Palæam nulli laudari, præterquam Straboni, nisi tunc Stadiasmus noster eum latuisset. Cf. supra, p. 416. — Stadia 120 videntur a vero non recedere.

290. Phileuntis nullus meminit. Sed ad orientem (non ad occidentem, ut d'Anvillius posuit in tab.) Salaminis Ptolemæus collocat Ἐλαίαν ἄκραν. Vide an forma Ἐλαιοῦς, Ἐλαιοῦντος, satis redeat ad Φιλεῦντα Stadiasmi. Forsan adspiratio levis sonum τοῦ φ pronuntiando imitari potuit. — Stadia 300 recte ibi numerantur.

291. Ἐπὶ τὰ ἄκρα] Rescripsi nomen proprium Ἄκρα, ibi et §. 299. De quo Strabo, p. 1001, B : εἶτ' ἄκρα (fors. Ἄκρα) καὶ ὄρος. Forsan *Dinaretum* Plinii. — ὁ δὲ λευκός. His verbis siccum et sterilem agrum exprimunt veteres. Cf. supra nostra ad Dicæarch. p. 183. — Fanum Veneris idem memorat noster, ac Strabo loc. cit. — Hæ *insulæ duæ* sunt Cleides Strabonis, p. 1000, C. ἀνάπλοι illi videntur non respicere ad navigationem per fluvios factam emporia versus mediterranea, ut sæpe, sed potius ad litorales locos navibus trahendis aptos, qualem habet Scylax, p. 281, fin. Cf. ibi adnot. p. 441.

292. Ab Anemurio ad Acamantem stadia 700 vere sunt.

293. Ἔχων δεξιὰν τὴν Κ.] Illud idem exprimit Strabo, p. 1001, A. — Εἰς Ἀρσινόην τῆς Κιλικίας. Aut ponenda sunt hæc τῆς Κιλικίας post Ἀκάμαντος, aut delenda; aut leg. τῆς Κύπρου. Si Arsinoen Ciliciæ vere intellexerit noster, stadia 100 tantum sunt; si ad Arsinoen Cypri perveniendum est, stadia 900 numeranda erunt.

294. Vulgo τοῦ Κρομυακοῦ]. Κρομμύων ἄκρα Strabonis, p. 1003, A, et Ptolemæi; de quo cf. Mannert. VI, 1, 566. Ibi perturbatur series locorum; nam videtur noster, postquam ad occidentalem Cypri partem transiluit, nunc procedere ab Acamante orientem versus, et post Arsinoen reperire laudan-

dum promontorium quoddam, Καλλινούσαν ἄκραν Ptolemæi. Forsan ibi hæc Callinusa intelligenda est, cujus ad orientem ponendum est *Melabrum*, de quo silent omnes.

296. Εἰς Κυρηναῖον] Primo adspectu vera lectio videtur esse Κερυναῖον, aut Κερύνιον, quod propius foret τῷ Κερύνεια Scylacis. De qua urbe et variis script. cf. Wessel. ad Diodor. XIX, 59, et Mannert. VI, 1, pag. 567. Sed civitas illa aperte collocatur ad orientem Lapethi apud Scylacem, pag. 302, Ptolemæum, et apud Strabonem, p. 1001, A, si bene hanc urbem Casaubonus dignoscit in vulgato πόλεια. Noster contra Lapathum poneret ad orientem Ceryniæ, quod vero repugnat. Ut ut est de vera lectione, intelligendum est ibi procul dubio Crommyon promont. Strabonis, quod supra, §. 294, noster videtur laudavisse. Non stadia 350, at 250 ibi numeranda.

297. A Crommyaco ad Lapethum stadia 250 numeranda videntur. Fort. leg. σταδ. σν΄ pro vulg. ντ΄. — De varia scriptura vocis Λάπαθος, cf. supr. p. 424, et Cellar. t. II, p. 161.

298. A Lapetho ad Carpasæam, pro stad. 350, 650 circiter reperio. — Omittit noster plura loca, neque ignobilia. — Χειμάζει βορέῳ. Sic §. 293. Cf. ad §. 16.

299. Τὰ ἄκρα] Cf. ad §. 291. Stadia 100 recte numerantur. — Μιτίδημον. De quo cf. nostra pag. 431. Ceterum videtur hic deesse numerus stadiorum a promontorio orientali Cypri ad Anemurium; ait Strabo, p. 1000, C, a Clidibus ad Pyramum fluvium esse 700 stadia; paullo plura erant ab orientali insulæ parte ad Anemurium. — Periplum Cypri dicit noster esse 1250; longe procul a vero. Strabo, p. 1000, med., ait circuitum insulæ Cypri, sinus prætemaviganti, esse 3420 stadiorum; Timosthenes ap. Plin. V, 31, refert esse 429,500 pass., quod ad idem redit, judicante jam Casaubono ad Strab. loc. cit.; *Portolano d'Alvise da Mosto* (p. 31, fin.) M. 500. Sed revera stadia 4250 numeranda sunt.

300. A Curiaco promont., jam laudato §. 286, longe plura stadia sunt, quam 1300. Strabo, p. 1002, fin., tradit esse 3600 a Papho ad Alexandriam; intervallum est haud impar a Curiaco ad Pelusium; sed stadia 2500 tantum reapse reperio. M. 400 habet *Portolano* supr. laud. (pag. 38, init.) a *Gavata* Cypri ad Alexandriam.

301. A Cepo, *Hierocepia* Strabonis, p. 1003, Almel., ad Ascalonem stadia 2500, pro 3300, reperio. Sed numerum 3300 fulcit Strabo supra laudatus, qui a Papho ad Alexandriam 3600 numerat.

302. Ἀπὸ τοῦ Καμὼν] Est procul dubio corrupte pro ἀπὸ τῆς Κάσου. At insula Casos a Samonio promont. stadiis 250 tantum distat, auctore Strabone, p. 749, B. Stadiasmus autem habet 500 stadia, mendose procul dubio. Ego 325 reperio stadia, quorum 700 in uno gradu continentur. Ceterum bene nos deducit noster ex oriente ad occid. in Cretam, sive quod Asianorum gratia præsertim scripserit (vide supr. p. 426, 428), sive quod respiciat usitatam navigantibus viam. Nam tutius a Caria Cretam deveniebant, teste Thucyd. VIII, 39: ... πρὸς τὴν Κρήτην (ἐκ τῆς Μήλου) πλεύσαντες, καὶ πλείω τὸν πλοῦν διὰ φυλακῆς ποιησάμενοι, ἐς τὴν Καῦνον τῆς Ἀσίας κατῆραν.

Σαμώνιον], Sic Ptolem. et Strabo ipse pag. 724, 727, B, et 728. Alii Σαλμώνιον. Cf. Apollon. schol. IV, 1693.

Vulgo ἀνέχον πρὸς βορρᾶν] Leg. βορέαν. Illud promontorium aperte est hod. *Salmone*, et inflectitur septentrionem versus.

303. Εἰς Ἱερὰν Πύδναν] Sic habet Hierocles; Ἱερὰ πέτρα Ptolemæus; hod. *Girapetra*. Numerus ibi mendosus; nam 380 fere stadia numeranda erant. — Hic lacuna subest. Ceterum incaute Mannertus ibi ait esse stadia 90 apud nostrum.

Χρύσεα] Hod. *Calderonis*. Perperam Mannertus, VIII, 707, eam quærit in sinu hod. *Palæo Castro*, et vult esse ins. *Grades*. Aperte nos deducit Stadiasmus ad meridiem Samonii prom. Contextus clamat esse insulam oppositam hodierno *Girapetra*.

304. Stephanus habet, Βῆνος, πόλις Κρήτης, de qua silet Ptolemæus. Hierocles Βιέννα; *Blenna* legitur in tab. Peuting. Nescio cui respondeat Biennus Ptolemæi; sed *Bienna* Hieroclis et *Blenna* tab. Peuting., omnino diversa est a Bieno Stadiasmi, quum sit nostra ad orientem Hieræ Pydnæ.

305. Εἰς Λέβηνα] Laudatam Ptolemæo. Philostratus, p. 192, 193, ed. 1608, Apollonium deducit in fanum Æsculapii, Λεβηναῖον; quod πεφράχθαι πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, et insidet κατὰ τὴν Φαιστόν. Cf. Pausan. II, 26. Lebena portus erat Gortynæ, teste Strabone, p. 733, init. — Pro stad. 70, 470 videntur esse numeranda. — Insula *Oxia* est illa forsan quæ reperitur ad occid. hod. *Capo Lionda*.

306. Ἀλάς] Cujus non meminit Ptolemæus. Forsan quærenda circa ruinas hod. *Calismeonne*. Vid. *Carte de la Crète, par Lapie*, 1825. Stadia 20 videntur non recedere a vero.

307. Μάταλαν] Μέταλλον Strabonis, 733, 734, Ματαλία Ptolemæi. Cf. Mannert. VIII, 719. — Non stadia 300, sed 150 sunt ad urbem, immo 100 tantum ad promontorium.

308. Εἰς Συλίαν] Hic locus *promontorio* respondere videtur

hodiernæ *Pointe Mauty*. De quo silet Ptolem. — Stadia 65 revera sunt.

309. Εἰς Ψυχίαν] Ψύχιον Ptolemæi et Stephani Byz. Reperiuntur rudera hujus urbis juxta portum hod. *de la Sude*. Cf. *Carte de la Crète*, *par Lapie*. — Pro 1 stadio 192 fere dimetior.

310. Ἐπὶ τὸν Δάμωνα] Quid sit nescio : non videtur locus esse in serie litorali. Forsan ad insulam quamdam nos transvehit noster. Insulam hod. *Paximades* conjicere licet, quam a proxima *Gaulo*, vel *Claudia*, diaphragma noster mox dederit haud minus abrupte, §. 312.

Ἀπὸ δὲ Πύδνης..] Suspectus locus : nam si ab Hiera-Pydna proficiscitur noster, stadia 900 reperit Lapie : sed quid ibi tale intervallum abrupte adferre cogitaret ! Immo quid Pydnam vocaret λιμένα ξηρόν, quam supra, §. 303, de illa satis dixerit ! Procul dubio hic latet nomen insulæ cujusdam in conspectu Psycheæ.

311. Ἐπὶ Ἀπολλωνιάδα] De quo loco silet Ptolem. Forsan hod. *Port Sainte-Marine*.

312. Εἰς Φοίνικα] Strab. p. 728 : Φοῖνιξ ὁ Λαμπέων ; Ptolem. Φοῖνιξ πόλις. Stephano Φοινικοῦς. Fors. hod. *Sphakie*. — Stad. 100 hic bene habent.

Ἀπὸ Κλαυδίας]. Videtur Κλαυδία esse insula Γαῦδος Strabonis, pag. 425, A, quam agnovit Casaubonus esse Κλαύδην Lucæ in *Actis*, XXVII, 16. Κλαῦδος Ptolemæi et Hieroclis. Hod. *Gozzo*, Cf. Mannert. VIII, 719, et supra, p. 419. Ibi stadia 250 pro 300 invenio.

313. Εἰς Τάῤῥον] Auctor anonym. Vitæ Apollon. Rhod. : Τάῤῥα δὲ πόλις Κρήτης, ὥς φησι Λυγκεὺς ἐν τοῖς Φιλολόγοις. Sic dicta Stephano, voc. Τάῤῥα. Cujus situs incertus est. Ruinas quidem reperio circa hod. *Pointe de Loutraki* ; forsan ibi Tarrha, vel Tarrhus, collocanda, nisi forte in anfractu occidentaliore.

314. Ποικιλασσόν] Ποικιλάσιον Ptolem., quærenda videtur circa hod. *Saint-Romeli*. Stadia 160 pro 60 mihi dinumerantur.

315. Εἰς Συβάν] Hæc Syba est Σύϐα Ptolemæi, cujus rudera sunt in hod. flumine *Flumia* vel *Soggia*. — Stadia 50 vere sunt.

316. Ἀπὸ Λισσοῦ] Deest intervallum (fors. 100 stad.) a Syba ad Lissum, eamdem ac Μίνωσσαν Scylacis, pag. 265, med., et Λισσός Ptolemæi. Hod. *Castel Selino*. — *Chalamyde* illa Stadiasmi ignota est. Mendosus procul dubio numerus, non 250, sed 50 stadia reperit *Lapie* a Lisso, ad locum quemlibet a Criu-Metopo 30 stadiis distantem. — Est quidem ad

orientem Lissi (hod. *Selino*) locus *Colami* dictus, sed cui nihil commune cum Chalamyde nostra.

318. Εἰς Βίεννον] Sic duæ sunt ejusdem nominis in Creta. Cf. §. 304. — Stadia 12 vere sunt.

319. Vulgo εἰς Φαλάσαρναν] Rescripsi Φαλασάρναν. Habent Scylax, Dicæarchus, Ptolem., Stephanus, τὰ Φαλάσαρνα plurali numero; Strabo mendose Φάλασρα. — Non 260, sed 160 reposuit natura locorum.

Ὅρμος ἐστὶν] Scylax, p. 265: Φαλάσαρνα καὶ λιμὴν κλειστός. Cf. Dicæarch. vss. 119, 120.

Ἰουσάγουρα] Forsan insula hod. *Sordi*, quod jam conjicit Mannertus, VIII, 690. — Mox altera insula *Mese*, distans 3 stadiis (non 80, ut scribit Mannertus imprudens), erit hod. *Kirgiani*, ad meridiem Phalasarnes, nisi forte fuerit parvula illa, quæ jacet ad occid. insulæ *Sordi*. Et tandem *Myle* fors. respondet hodiernæ *Pondico*. Laudat Plinius, IV, 12, §. 20, *duas Mylas*.

Ἔχει δὲ ἱερὸν Ἀπόλλωνος] Hoc fanum est in portu insulæ Iusaguræ, nec vero Phalasarnorum.

320. Τὸν Τρητὸν] Hoc promontorium sine nomine indicat Scylax, p. 264: ... τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ἐφ' ᾧ ἔστι πόλις Φαλάσαρνα. Est Κίμαρος Strabonis, p. 727, B, Almel., Κόρυκος Ptolemæi, Κωρυκίη Stephani, voc. Κώρυκος, fin. Hod. *Capo Buso*.

321. Ἀγνεῖον] Hic locus, de quo ceteri silent, reponendus ad septentrionem montium hod. *Grabusas*, et extra sinum.

Ἱερὸν Ἀπόλλωνος] Apollinem ibi singulari veneratione colebant; ejus fanum jam laudat noster §. 319.

Μαρτῖλος] Hod. *golfe de Kissamos*.

322. Εἰς Κίσαμον] Strabo: Ἀπέχει δὲ ἐπίνειον ἐστι Κίσαμος. Mox habet noster Κισσάμου; sed neutrum emendare volui. Collocanda Cisamus circa hod. *Cativati*. — Stadia 80 recte numerantur.

323. Τύρον] Prom. Ψάκον Ptolem. hod. *Capo Spada*. Strabo, p. 734, init.: Τῆς.. Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίνυρος (in marg. Τύρος), ubi pristinam lectionem recte revocat Mannertus. Ibi noster silet de fano Dianæ Dictynnææ, cujus meminerunt Scylax, p. 265, Dicæarchus, vs. 120 - 122, et Strabo loc. cit., quum diligenter laudaverit Apollinis fana, §§. 319 et 321, et supra Minervæ fanum, §. 301. — Ceterum liquet nostrum ipsissimam ἄκραν exprimere, quum adjiciat βλέπει πρὸς ἄρκτον, ut Scylax πρὸς βορέαν ἄνεμον. Suum tamen pro-

montorium a Cissamo 25 tantum stadiis distans facit, quia initium totius peninsulæ intelligit.

224. Vulgo ἐπὶ τὸ Δίκτυνον] Proximum Δικτυννῖς hic reposcit Δικτύννιον. Hoc autem Dictynium respondet τῷ Δίκταμνον Ptolemæi, et reponendum est forsan in anfractu quodam, circa medium litus orientale hujus peninsulæ. Cf. *Carte de la Crète, par Lapie.* Nonnulli tamen voluerunt Dictamnum esse hod. *Port Magny.* Ibi intervalla mendosa sunt, neque seriem locorum satis aperte ostendunt.

Ὅρμος ἐστὶν αἰγιαλός] Suspectus locus: nam ubique sensum vocis αἰγιαλός satis expresse statuit noster. Cf. nostra ad §. 3. Pluribus locis unum potius, quam plures uno damnari licet.

325. Κοίτην] Hod. *Santo-Theodoro.* Mannert. VIII, 693. Aliis Cœtonia.

326. Vulgo Κοιλωνίαν] Hæc *Cœlonia,* mendose pro *Cydonia,* urbs est maritima apud nostrum et apud Ptolemæum. Strabo, p. 734, A, eam collocat ἐπὶ θαλάττῃ, sed adjicit: διέχει... τῆς ταύτῃ δὲ θαλάσσης τεσσαράκοντα (σταδίους). Reperiuntur hod. rudera Cydoniæ in litore ipso. Olim perperam veterem Cydoniam in hodierna *Canea* reponebant; sed jacent rudera illa ulterius ad occidentem fluvii hod. *Platania.* Forsan mutata fuit locorum natura, quum sit humile litus, nec reperiatur portus κλειστός, quem laudat Scylax. — Stadia 60 ibi parum recedunt a vero.

327. Εἰς Ἀσπέραν... πεζῇ δὲ μίλια ρκ'.] In hoc loco Stadiasmi latinum nomen *Aspera* Romanorum ætatem prodit, qua conscriptus est, et μίλια mendose est pro στάδια. Locorum tamen descriptio accurata videtur; certe apud alium scriptorem non reperitur... (Ceterum) recte *Aspera* dicitur hæc regio. *Mannert.* VIII, 695.

Ego potius rescriberem εἰς ἑσπέραν. Nam læditur lector tali serie orationis:... εἰς Ἀσπέραν.... ὁ τόπος Μίνω καλεῖται. Quid *Minoa* vocaret noster locum, jam dictum *Asperam!* Videtur prorsus auctor nomen portus cujusdam serius tantum exprimere, ad quem nos supra, omisso nomine, deduxerat. Recte contra, ni fallor, intelligitur navigationem fieri *occidentem versus,* id est, retroeundo, postquam prætergressus fueris prom. hod. *de la Sude,* quod ipsum quasi retrogradum ad occidentem iter forsan notandum esse judicavit noster. At objici duo possunt: 1.° hæc 150 stadia a Cydonia ad intimam partem sinus *de la Sude,* arctiora esse; 2.° ubique iter ἀπὸ τόπου... εἰς τόπον, cum nomine statim subjecto, et quærendum

igitur loci nomen proprium in Ἀσπίεραν. Sed primum, mendosus erit stadiorum numerus, cum lectione qualibet τῶ Ἀσπίεραν; nam rudera Minoæ urbis in intimo sinu jacere inter omnes constat, et proxime jacentes insulæ *Leucæ*, hod. *de la Sude*, omnem dubitationem tollunt de litoris parte, quo nos deduxerit Stadiasmus; minime igitur emendationi nostræ repugnat stadiorum numerus; 2.° similem dicendi formam, etsi rariorem, adhibuit noster, §. 73: Ἀπὸ τῶ Σx. πρὸς λίβαν (leg. λίβα) στάδ. β'· νῆσός ἐστιν... Πορλία καλεῖται. Simillime hic procedit oratio. Cf. §. 74. Conjiciunt Hasius noster et Pouquevillius, ibi legi posse εἰς Ἄσπραν, idem sonans ac εἰς Λευκήν, sive quod ex proximis insulis *Leucis* nomen ad continentis partem oppositam transiluerit, sive quod ex montibus magnis Cretæ interioris, Λευκοῖς Ptolemæo dictis, et nive candescentibus, hæc adpellatio manaverit. At sera admodum interpolatio foret εἰς Ἄσπραν. Cf. p. 418. Et tandem Longuevillius conjicit εἰς Ἀπτέραν, quod geographicam rationem minime lædit. —Quod adtinet ad vocem μίλια, recte vidit Mannertus legendum esse στάδια. Sed a Cydonia ad Minoam 650 stadia, pro 150, prætemavigationis reperio, et 250 circiter, pro 120, pedestris itineris.—Μίνω] Μινώα Ptolemæi; cujus rudera hod. *Palæo Castro*. Mox Λευκαί, hod. *Fort de la Sude*, et vicinæ rupes.

328. Ἀμφιμάτειον] Fluvius est Ἀμφιμέλα Dicæarcho, vs. 128; Ἀμφιμαλῆς κόλπος Ptolem. Cf. Mannert. VIII, 695, 696. Hod. *Armyro*. — Stadia 400 pro 150 reperio.

Περὶ αὐτῶ] Pravus græcismus. Cf. pag. 417, 418.

329. Ὑδραμον] Corrupte pro Ῥίθυμναν, ut jam vidit Mannertus. Vult vir cl. VIII, 696, mox ἔχει αἰγιαλόν exprimere *stationem apertam, eine offene Rhede*; sed ait noster tantum hanc urbem carere portu. Vide nostra ad §. 3. Nullus veterum refert vel portum, vel stationem quamlibet ibi fuisse; nec aliud agit noster, quam illius silentii rationem reddere. —Ibi stadia 200, pro 100 reperio. — Sequentia καλεῖται..., aut abrupte interpolata fuerunt, aut pendebant a verbis nonnullis, quæ exciderunt: nam transilit noster subito ad mediterraneam urbem, Eleutheram; quæ civitas Ἐλεύθεραι dicitur Scylaci, pag. 265, et Ptolemæo. Cf. Mannert. VIII, 725. Alucinatur vir doctus, ib. pag. 696 et 795, dum vult τὸ Ἐλευθέρα esse cognomen Hydrami, vel *Rhithymnæ* urbis: eum Stephanus præsertim (cf. Mannert. loc. cit. pag. 697 et 725) in errorem abripuit, distinguendo Ἐλεύθεραι et Ἐλεύθερνα, sed perperam, quum variæ sint ejusdem nominis formæ. — Mox ab *Amphi-*

matrio numerantur *millia* 50 ad Eleutheram; ibi pro μίλια legendum etiam σ7άδια: nam millia 50 respondent 400 stadiis; sunt autem 65 circiter stadia ab Amphimatrio, vel Amphimalla, ad Eleutheram. Immo valde suspicor pro ἀπὸ τῆ Ἀμφιματρεὺς μίλια ν', rescribendum esse ἀπὸ τῆ Ὑδράμου (Ῥιθύμνας) σ7άδια ν'. Nam perperam ab Amphimalla hic iterum proficiscitur noster; nec minus mendose mox adjicit ἀπὸ Ἀμφιματρεὺς εἰς Ἀσ7άλην... Suspicor hæc incaute scripta esse pro ἀπὸ Ὑδράμου; sin aliter, collocaretur Astale Amphimallam inter et Rhithymnam, quod vero repugnat. Ceterum sæpe fallitur librarius in nomine loci unde iterum proficiscitur; vide nostra ad §§. 185, 205, 259*, 272. — Εἰς Ἀσ7άλην. De qua silent omnes et Mannertus ipse. Ego Atalen ponerem juxta hod. *Atali*, ubi *portum* et *fluvium* reperio, λιμένα et ὕδωρ Stadiasmi. — Scatent mendis ibi numerales literæ: ab Amphimallo ad Astalen stadia 450, pro 30, reperio. Debuisset noster hic proficisci, non ab Amphimalla, sed ab Hydramo (id est, a Rhithymna,) jam laudata. Forsan, ut jam diximus, per incuriam librarius nomina mutavit; ut ut est, a Rhithymna ad Astalen stadia 260 circiter forent. — ἀπὸ ὧδε Ἐλευθέρα...] Hæc verba non suum locum tenent, sed videntur repetitionem esse præcedentium. Rudera Eleutheræ antiquæ (hod. *Telefierna*), reperiuntur distantia 100 stadiis, tum ab Amphimalla, tum a Rithymna. Sed minime proxima sunt *Astalæ*.

330. Heracleum laudatur Ptolemæo. Adjicit Strabo, p. 730, A, hunc portum fuisse Cnossi civitatis. Hod. *Carapinna*. — Stadia 650 pro 100 reperio. — Μονησὸς illa est Γνωσσός. Strabo illam non 20, sed 25 stadiis distantem a portu facit. Videntur hæc πόλις κεῖται Μονησός, esse scholion marginale, et pro κεῖται forsan legendum καλεῖται. Conjicit Mannertus, VIII, 700, *Monesum* illam esse Ἀμνισὸν Strabonis, p. 730, sed perperam, ni fallor. — Mox vulgo... ἀπὸ σ7αδίων μ'. Πρὸς δύσιν καλεῖται Δῖος. Aliter interpunxi; nam pendent aperte πρὸς δύσιν a præcedentibus, et significant spectare hanc insulam occidentem versus. — *Dius* insula est Δία Strabonis, p. 741, B, Stephani et Ptolemæi.

331. Ab Heracleo ad Cherrhonesum, fors. hod. *Maglia*, stadia 300, pro 30 reperio. Vide an legendum sit σ7άδ. τ', pro σ7άδ. λ', quod facile permutatur.

332. Εἰς Σολοῦντας] Mendose pro Ὀλοῦντα, quod mutavit sibilatio duplex ante et post hanc vocem. Cf. ad §§. 24, 31 et 270. Ptolem. mendose Ὄλουλις, fors. pro Ὀλοῦς πόλις. Rectius

Scylax, p. 265 : .. ἄκρος κάλλιστον, καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ Ὀλοῦς. Hæc concinunt cum ἄκρα et ὑφόρμῳ Stadiasmi. Meminit Oluntis hujus Pausan. IX, 40. — Recte mihi videtur Mannertus Oluntem collocare juxta portum hod. *Mirabello*, quod sequentia etiam innuunt : sed stadia 50 circiter a Cherronneso numeranda pro 60. — ἀπέχει δὲ ἀπὸ γῆς... hæc respiciunt ad parvam insulam, hod. *Fort de Spinalonga*.

333. Camaræ meminerunt Ptolem., Stephan. et Hierocles, pag. 650. Laudat Berkelius ad Stephan. ex Goltzio numum cum inscriptione Καμάρας. *Camara*. hod. *Sainte-Vénérande*. Stadia 15 ibi pauciora esse videntur.

334. Εἰς ἱέραν] Valde dubito an sit ἱέρα nomen proprium urbis. Collocat Ptolemæus Μινώαν portum ad occident. Camaræ; quum autem supra, §. 327, noster locum *Minoa* laudaverit, forsan ibi declarare voluit esse *alteram Minoam*. Notandum est reperiri in Cretæ tabula, ed. *Lapie*, tria ruderum vestigia in conspectu peninsulæ *Colokyta*, quorum prima forent locus 15 stadiis distans a Camara ad septentrionem; secunda, Camara ipsa; tertia, 25 stadiis vere distantia, Minoa Ptolemæi. Sed libello, ibi lacunis laboranti, vix confidere licet de intervallis; immo Minoæ alterius ruinas reperire credidit *Lapie*, juxta hod. *Trano* vel *Istrona*.

335. Ἐπὶ τὴν Κητίαν] Hod. *Cap Settia* vel *Sitia*. Habet Plinius, IV, 12, *Cytæum*; Stephanus : Ἔστι καὶ Κύταιον, πόλις Κρήτης. Sed vix crediderim illud idem esse ac *Cetiam* Stadiasmi. Nam Ptolemæus videtur hujus Cytæi locum indicare; collocatur autem circa Apolloniam, multo longius ad occidentem. Ni fallor, plures confuderunt Cytæum cum hodierna *Sitia*, quia Κητίαν Stadiasmi ignorarent, quæ corruptelam vocis in *Sitia* explanat, nec locorum seriem rumpere nos cogit. — Pro 15 stadiis, 400 saltem numeranda sunt.

336. Διονυσιάδα] Videtur respondere *Dionysias* Stadiasmi, promontorio *Sunio* Strabonis, p. 727, B, hod. dicto *Sidero*. Ceterum insulæ duæ, mox dictæ, videntur esse hod. *Paximadakia* et *Yanitzari*, et vetus nomen servant in hod. *îles Yanis, ou de Bacchus*. — A Cetia ad Dionysiadem stadia 300 numerat noster, quod nimium foret, nisi *præternavigationem* intellexeris.

337. Ab hod. *Sidero* (*Dionysiade* Stadiasmi) ad Samonium, non stadia 120, sed 200 reperio, *rectæ navigationis*.

INDEX GENERALIS

RERUM ET VERBORUM.

INDEX

GEOGRAPHICUS ET HISTORICUS.

(Littera D, *Dicaearchum* designat; S, *Scymnum Chium*; S. F, *Scymni Fragmenta*; A, *Anonymum Stadiasmi auctorem.*)

ADDENDA ET EMENDANDA.

Ad pag. 103; in Testimon. veter. de Dicæarcho. — Adde: Polybium ap. Strabon. II, p. 104, vel Polybii *fragm.* lib. XXXIV, pag. 629, ed. Schweigh.

Ad pag. 108, vs. 11. Vertit Hudson. *id quod satis magnam requirit facultatem;* et Hudsono duce, *Celidonio* sic: *ciò che è avere sufficientemente grande scienza.* Sed non video quæ tanta doctrina insit in componendis versibus istiusmodi.

Ib. vs. 12. Melius fors. vertendum erat absque emendatione ulla: *Arbitror enim sine erroris periculo rem vobis esse, et (recte in descriptione nostra) jacere... civitates...* Ibi ἔχειν usurpatur neutro sensu, ut sæpius; et κεῖσθαι pro εὖ κεῖσθαι, nisi malueris subaudire iterum ἀσφαλῶς.

Ad pag. 118, lin. 10, pro ᾠδεῖον, leg. Ὠδεῖον τῶν ἐ. τ. οἰ. κάλλιστον· θέατρον ἀξιολ.; et in vers. lat.: *Odeon omnium in toto orbe pulcherrimum: theatrum memorabile...* (Cf. pag. 166, fin.)

Ad pag. 123, l. 11, leg. στάδια ρλ', et in lat. vers. *stadia centum et triginta.*

Ad pag. 131, lin. 3 et 4; Dicæarchus Anthedonis incolis tribuit θαλάσσιον βίον, ut ait Archilochus ap. Athen. III, p. 76, B., p. 82 in Liebel. Archil. fragm. Sic Strabo de Iassi incolis (p. 972, fin. Almel.): καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς ἐνθάδε ἐκ τῆς θαλάττης.

Ad pag. 149, not. 32. Vertit *Celidonio* sic: *L'Ellade sembra da Ambracia cominciare, ch' è vicinissima all' estremità.* Quod non probaverim.

Ib. not. 36. De Philea *Celidonio* laudat Macrob. *Saturn.* lib. V, cap. 20.

Ad p. 161, not. 114. Malit *Celidonio* παλαιωτάτη (cf. vol. II, p. 28, 29), et contendit στενή haud intelligi posse de Creta, magna insula. Rescribit autem vs. 114: ἡ δὲ πλέως στενή... *Angusta di confini è questa.* Sed vide nostra pag. 161.

Ad pag. 161, ad Dicæarch. vs. 120: *notandum est* καὶ ἱερόν *non pendere ab* ἔχουσιν, *sed a* λέγουσιν εἶναι..., *nam Phalasarna non habent fanum Dictinnæum.* G.—Ad vs. 128: Μεσσάπολις est Μασσαλία Ptolemæi. *Holstenius.*

Ad pag. 163, not. 143, adde : cf. tamen ad Stadiasm. §. 265, p. 572.

Ad pag. 170, ad not. 19. Vide Epigramm. Charmi ap. Athen. lib. XIII, p. 609 (t. V, p. 207, Schw. G.). Vid. Strab. XIV, de Tarso, p. 673, ubi eam cum Athenis comparat. *Holstenius.*

Pag. 176, not. 40. De indole Atheniensium haud pauca ex veteribus auctt. collegit *Celidonio Errante* ad Dicæarchi Fragm. vol. I, pag. 105 - 108.

Ad pag. 178, not. 50. *Celidonio* sic Lysippi versus ap. Dicæarch. pag. 122, l. 4, sqq., emendat et interpretatur : *Leggo* ἄμ' ἀνδίας (cum H. Stephan., Hermanno et Marxio. G.) *e non* ἀμαλλιῶα (Gronovii), *perchè l' epiteto insiem molesta è acconcio alle rose per le spine. Interpetro* ἀλιεια *per feste solari*, λεύκη *per pioppo bianco secondo lo scoliaste di Pindaro*; ἀλιαιαν ἕως *per festa solare, che ricorreva in certi tempi; per* ἐπ' αὐτῆς *leggo* ἐπ' αὐτούς *in significazione di contra. Isocrate:* ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν.

Ad pag. 179, not. 55; Athenæi locus, prave laudatus a Manzio, legitur lib. VI, p. 224, ed. Casaub.

Pag. 180, not. 58. Sic totum locum *Celidonio* rescribit : Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν διὰ Δελφινίου (vel Δαφνουσίων) καὶ τοῦ Ἀμφιαράου ἱεροῦ ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας πορεία.

Pag. 183, ad not. 70, adde : *Hudson* (mox) *tradunt* triginta : *per avventura sarà errore di stampa. Celidonio.*

Ad pag. 183, not. 72; cf. mox ad Stadiasm. §. 56 et 291.

Pag. 191, not. 115. *Io leggerei* ἀειφιλίας (*perpetuità di amicizia*), *e trasporterei la voce* ἀξιόλογοι *innanzi* πάσης ἀειφιλίας. *Non ignoro che la voce* ἀειφιλίας, *non si trova ne' lessici; ma vi ha esempi che* ἀεί *si unisce ai sostantivi* (ex. gr. ἀειφυΐα). *Per lo che io leggo* : ... ἐν αὐτοῖς μεγαλόψυχοι, καὶ ἀξιόλογοι πάσης ἀειφιλίας. *Celidonio.*

Ad pag. 192, l. 4 : adde : Perperam; nam conjungit Dion Chrysost. ἀγροίκους et ἀρρύθμους de rusticis hominibus et agrestibus (pag. 359, C, ed. Morell.). De voce ῥυθμός ad mentis formam et τρόπον respiciente, vid. Liebel. ad Archiloch. fragm. p. 108; Lips. 1812.

Ad pag. 194, not. 138, adde : Jacobs ad *Philostrat. imag.* p. 533, pro σίτῳ rescribit σίτων.

Pag. 195, not. 145. Vulgo οὐ πεποιημένους. Rescribit Holstenius apud Huds. εὖ κεκοιμένους (sic, nec vero πεποιημένους, ut scripsi); de quo *Celidonio* scribit : *Leggerei piu tosto* εὖ κεκομμένους (!! Vid. tamen Hesych. κεκμᾶσται. G.) : *ma non*

approvo correzioni senza necessità..... (*Ma*) *io qui interpetro* πνέω *per* ἐπιπλέω. Et vertit quidem vir doctus; *e statuë non perfette.*

Ad pag. 195, not. 148, l. 2, post *in Vit. Aristid.* adde: ubi de eorum contentione cum Atheniensibus......, quam Aristides gravissima oratione castigat. *Holsten.*

Ad pag. 197, not. 162. ἀγαθή... Ob piscium copiam, ostreorum imprimis, de quibus extat facetum responsum Dromeæ parasiti ap. Athen. IV. *Holsten.*

Ad pag. 201, not. 175, adde: Vide *Narrat.* 27 Cononis ap. Phot. cap. 186. Eadem hæc fere Eustath. ad Dionys. pag. 109, et Strab. lib. VIII, p. 383. *Holsten.*)

Pag. 203, not. 190. *Grozio legge* αὐτόχθονες. *Io ho tradotto secondo l'avviso di Grozio. Tuttavia, sebben duro fosse in un poeta, porrei la virgola a* λέγεις, *e leggerei* αὐτὸς τοὺς *interpetrando i Atticizzi quando parli, atticizzamo alcuni de' tuoi; o sia i tuoi. Celidonio,* loc. cit. vol. 1, pag. 195.

Ad pag. 206, not. 206. Rescribit hunc locum Holsten. in ed. Manzii, sic:..... ἢ ἀπέχθεις, τὸ ὑπὲρ γῆς φαινόμενον... Cum adnotatione hacce: *Plura hæc, quæ omnino perverse legebantur hactenus, ut et legi et recte intelligi possint, non ingenio, sed ratione effectum est.*

Ad pag. 335, l. 6, adde: *Chrysost.* p. 250, fin. *illud ipsum exprimit*:......Ξέρξης ὁ τῆς ἠπείρου ΗΠΕΙΡΟΥ κύριος.

Ad pag. 344, not. 152, fin., adde: Eodem sensu Stephanus: Σελεύκεια, πόλις ΕΠΙ Κιλικίᾳ. Cf. nostra ad Stadiasm. S. 196, p. 558, et Eurip. *Hecub.* 733, Barn. (716, Matth.).

Ad pag. 349, de Scymni vs. 184 νόμους... cf. ... Thucyd. VI, 17.

Ad pag. 349, not. 188. De urbe illa Βεροίᾳ, cf. Ukert. *Geogr. der Gr. und R.* I, II, pag. 473.

Ad pag. 369, not. 379. De quo versu et sqq. cf. Ukertum, loc. cit. I, II, pag. 138.

Ad pag. 507, not. 4. Hic locus Ταρόσυλα dicitur Synesio, *Epist.* IV, p. 164, D, ed. Morell.

ERRATA.

Pag. 107, in varr. lectt. l. 2, leg. vs. 5. Vulgo εἰ.
—— 109, vs. 39, leg. τοῦ.
—— 112, vs. 74, leg. προσβάντι.
—— 113, vers. lat. lin. prim. pro *Veneris*, leg. *Dianæ*.
—— 115, vs. 130. Numerus 130 collocandus est superius ante τὰς δὲ...
—— 116, vs. 132, leg. οὕτως.
—— 122, l. 9, leg. ὅσοις μᾶλλον.
—— 123, l. 11, leg. στάδια ρλ', et in vers. lat. *stadia centum et triginta*.
—— 140, l. 11, leg. ἔτι δὲ.
—— 147, l. 15, not. 20, pro *ignaram*, leg. *ignavam*.
—— *Ibid.*, not. 23, leg. *Epist. XXI, lib. XVI.*
—— 149, not. 33, leg. *Marcian. Herad.* pag. 96.
—— 157, not. 90, leg. Plin. *Hyrescon*.
—— 172, lin. 1, leg. περιρραλιχθ.
—— 176, l. 4, leg. ἀδυνατώτατος.
———— l. 5, leg. *Gell.* 1, cap. 115.
———— l. 11, leg. *indole plebeia præditi sunt.*
—— 183, not. 74, fin., leg. ἕνεκα.
—— 196, not. 155, leg. *Hesiod. Opera.*
—— 197, not. 158, fin., leg. *et Arnobium, lib. IV.*
—— 201, not. 180, leg. *Strab. lib. VIII.*
—— 204, l. 7, leg. *animadvertit.*
—— 380, l. 15, leg. *urbe Trachine.*
—— 438, l. 3, leg. ἐπὶ.

FINIS VOLUMINIS SECUNDI.

